L. Et respondet arrogatia Israel in facie eius, & Israel & Ephraim ruerunt in iniuriae sua. L. Arrogatia namque est elatio metus vel spiritus, qua visus in dei contemptu erigit, ut eum non cognoscatur id est, cognoscere vel venerari contenerat. Haec arrogatia in facie illius quod eiusmodi est, tunc redit, quoniam reddidit ei quod dignum est. Quid est illud? Ait apostolus de gentibus. Et sicut non probaverunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobus seminum, ut faciat ea quae non conuenient. Ista redditio sive retributio mira & terribilis arrogatiae responsio est, quia & hic propheta breuiter insinuat, dum promisso, & redidit arrogatia Israel in facie eius, continuo subiungit: L. Et Israel, & Ephraim, ruerunt in iniuriae sua, ruerunt & etiam Iudas cum eis. L. His iam per ordinem transcursis, nunc recolendum atque replicandum est id quod iam plus quam semel diximus. S. Apostolus, commemoratis peccatis gentilium, verissime simili, sive & equali culpae subiectum inclamasse Iudeum, dicendo: Propter quod inexcusabilis es o homo ois qui iudicas in quo enim iudicas alterum te ipsum cōdemnas, eadem enim agis quae iudicas. Et illa veritate applicata nullius scripturae melius vel protius quam huius prophetiae testimonio confirmari posse. Sequtus L. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad querendum dominum, & non inuenient, ablatus est eis. L. Quod hic dicit in gregibus suis, & in armentis vadent ad querendum dominum, videlicet Israel & Iudas quae in iniuriae sua corruerunt. Hoc est quod saepe dicitur apostolus, ait de eisdem, quae (sicut hodie vidimus) tanquam rami de radice bona oliuæ, id est, de fide patrum, fracti sunt & ceciderunt: Israel vero sectando iustitiam in legem iustitie non pertinet. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt in lapide offenditionis. Et subinde. Ignorantes enim dei iustitiam & suam querentes statuere, iustitiae dei non subiecti. Iustitia illorum est, quam & statuerent volunt, in gregibus & armentis suis dominum quae reverentur, id est, greges & armenta certatum sacrificare, dissimulando ut audire quod econtra illum reclamat, dicens in David: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et in Esaia: Quo mihi multitudinem victimarum vestiarum, dicit dominus Plenus sum; Holocaustum arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Quis quaesuit haec de manibus vestris? Denique si recte perpendimus, populo ascendentem ex Aegypto, ubi carnes immolare consueverat eiusmodi sacrificia non tam iusta fuere quam permitta, testante ipso, cum dicit in Hieremias: Holocausta omnia vestra additae victimis vestris, & comedite carnes, ganum sum locutus cum patribus vestris, & non precepit eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustum & victimam: sed hoc verbum praecepit eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandavi vobis, ut bene sit vobis: Cum haec ita sint, nimis, sicut ait hic, vadet quod in gregibus suis & armentis suis ad querendum dominum, sed fieri quod sequitur, & non inuenient eum, quae videlicet offenditur in lapide offenditionis, & in petra scadali, & propter illam iustitiam sacrificiorum decertates ut illam statuat, iustitiae dei (quae Christus est) non sunt subiecti. Non ergo inuenient eum. Ablatus est eis? Quomodo ablatus est eis? Num quae de loco ad locum transiuit? Non utique, sed quae ipsi sunt excusat, & indignos se iudicantes aeternae vita, tali bono sunt exhaeredati, & collatuli est alii. Nam loco illorum, quae cum essent naturales rami, propter incredulitatem fracti sunt, & ceciderunt, hi qui erant velut oleaster, inferti sunt in bonam oliuam, & fide stant, id est, illis non creditibus gentes crediderunt,

qua non

IN OSEE PROPHET. CAP. V.

Fo. XXIII.

qua non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam quae ex fide est, & taliter dominus vel iustitia dei Christus ablatus est eis. ¶ Dicat quis: Quo ergo deuenit, vel quomo do impleta est veritas dei, qui pactum pepigit cum Abraham & cum semine eius, sicut scriptura restatur, dicens: In die ille pepigit dominus cum Abraham fecerit. Itemque: Et statuam (inquit) pactum meum inter me & te, & inter semen tuum in generatiobus suis fore & dare semper in eterno, ut sim deus tuus, & semen tuum post te. Ad haec prouida propheticus spiritus sapientia dicit: In domino praeuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. L. Et est Iudei sensus: Si de pacti ratione agitur, quod cum patribus eorum pepigit deus, & eius qui pepi sunt, sed ipsi praeuaricati sunt, id est, irritum fecerunt, sicut dictum est de illis ad prophetam Hieremiam: Reuersi sunt ad iniurias patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abiuerunt post deos alienos, ut seruirent eis, irritum fecerunt dominus Israel, & dominus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. Vnde uero Filii alieni, rationis modos breuiter exprimit, dicendo, quia filios alienos genuerunt. Genuerunt (inquit) non tam carnali procreatione, quam spirituali seductione. Nec vero tantummodo filios alienos genuerunt, sed & ipsi genitores filij alieni extiterunt, id est, filii quod carnis, sed non tamen in semine reputandi vel aestimandi sunt. Non enim (inquit apostolus) omnes Romani, qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque quia semen sunt Abraham, omnes filii dei: sed in Israhel, ac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi sunt filii dei: sed qui filii sunt promissionis, aestimantur in semine. Ergo filios alienos genuerunt, id est, tales facti sunt, vel taliter suos instituerunt, ut de illis semen illud, de quo ad Abraham dictum est, & in semine tuo benedicent omnes gentes, scilicet Christus veraciter dicit: Filii alieni mentiti sunt per salutem meam, filii alieni insurrexerunt aduersum me, & claudicauerunt a semini suis. Duris cordis & incircumcisibus auribus parum est hoc omne malum, quod (sicut sermo propheticus comminatur) non debeant inuenire dominum, & quod ablatus sit ab eis, transeundo ad fidem gentium, nisi etiam presentibus percellantur malis: qui presentia tantum bona diligunt. Sequitur ergo: L. Nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis. L. Ac si dicat: Non tantum illud de futuro preparatur eis malum aeternum, quod non poterunt inuenire dominum, verum etiam nunc in presentiarum afferentur eis bona transitoria, quae sunt partes eorum, partes impiorum, nam econtra sanctos & iustos dicit: Portio mea in terra viuentium. Cum pars Mensis Iudei tribus ergo suis, id est, cum eis quae sola diligunt tempore bonis, deuorabit eos mensis, naris. Breue tempus, brevis dierum numerus est mensis, semperque in motu, vel mutatione est, praesertim lunaris, qualiter solum nouerant ex lege, & commutabant hi contra quos propheticus hic sermo dirigitur. Unde quoties in scriptura sacra decima vel decimagnita die mensis quippam gestum vel gerendum legitimus, sine dubio nihil aliud quam decimam vel decimam quintam lunam intelligimus. Porro, luna ipsa nunquam in eodem statu permanet, sed semper mutatur, & nunc quodem cremento proficit, donec plena sit, nunc autem decrementum luninis patitur, donec penitus extinguatur. Itaque mensis hoc loco recte intelligitur temporalitas atque mutabilitas mundi vel vitae presentis, quae nunc deuorabit eos inquit, quae non solum mala aeterna in futuro, sed mala quoque presentia iamiam recipient in presenti seculo tam Israel quam Iudas. Quod iamdiu adimpletur videamus. Nam Israel ex tunctio ne captiuus in terra Asyriorum: Iudei vero, Babylonica quodem captiuitate post annos. lxx. soluti sunt, sed post Romanis agentibus, ceciderunt in ore gladiorum, & in omnes gentes captiuitati sunt, & partes suas, id est, terrena, quae sola quarebat bona, perdiderunt, quae noluerunt parte suâ esse dominum. His diebus, protinus mira propheticus spiritus acrimoniam sic in clamat, deuotio ratione illam iamiam imminentem significans, quae praeixerat: L. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vluilate in Bethauen. L. Buccina ex cornu animatis recurvo fit, Tuba autem ex aere vel argento in lege fieri praecepit, cocrepatque in bellis & in solennitatibus. Gabaa & Rama, ciuitates sunt in tribu Beniamini sibi vicinæ. Haec est Gabaa, in qua natus est Saul, Rama autem ipsa est quae rex Israel coronatus est occupare, sicut in Regum legitur, ut clauderet exitum & introitum tribui Iuda & Beniamin. Porro, Bethauen in tribu est Ephraim, quae ante vocata est Bethel. Quia igitur praeiserat superius decem tribuum & duas captiuitatem

Nume. 103

3. Re. 2. 15.

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. II.

uitatem, dicens: Nunc devorabit eos mensis cum patribus suis. Hora est eos quasi iam insita te vicina captiuitate, ut resonent buccinis, & tubis cohortantes se inuicem in coem lucem, & est sensus: Nolite vestra captiuitatem humili vocem deflere, sed buccinis concrepate & tubis, ut omnes audiant quod in circuitu sunt. Cui sensu bene congruit, quod Gabaa collis, Roma excella interstat. Dicit ergo eis: Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, id est, alicet, dite in montes & colles, celsaque voce deflete imminentem vobis captiuitatem. Vlulate etiam in Bethauen, ubi est unus ex aureis vitulis, pro quoque veneratione modo captiuum tradent habitatores eius. Et pulchre additur: Post ter gum tuum Beniamin. Vbi enim tribus finit Beniamin, non procul est haec ciuitas condita in tribu Ephraim, in posteriori, scilicet parte ipsius Beniamini. Itaque cum de persona tertia in secundam profilit, dicitur: Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen, post ter gum tuum Beniamin. Mira elo cutionis arte, & rem decenter exornat, & instantem tumultum captiuitatis acriter exprimit. Nec moratus eodem spiritu impetu ad personam tertiam recurrat, ac resilit, & dicit: L. Ephraim in desolatione erit in die correptionis. Supradixit. Ruet etiam Iudas, cum eis, scilicet cum Israel & Ephraim: nunc autem de luda tacet, & de Ephraim, id est, de dece tribubus dicit. Ephraim in desolatione erit, scilicet sine consolatiōne erit in miseriōe captiuitatis. Et recte, non enim Iudas quoque tunc temporis sine consolatione habebat esse captiuus in Babylone. Multasque consolationes habiturus erat, maxime per Danielis sociorumque eius gloriam sanctitatem, per quos sua magnalia deus Iudeorum ostendit, ita ut possent in deo suo gloriariora regnare Babylonis, & deinde post annos septuaginta solutione captiuitatis erat consolandi. Eiusmodi consolatiōibus Israel sive Ephraim in terra Assyriorum captiuus ca ruit. Recte igitur (ut iam dictum est) Iudas hic prætermisitus est, dum dicit, Ephraim in desolatione erit in die correptionis, id est, decem tribuum populus consolationū ex deo non habebit in die ultere, quo propter iniqūates suas hostibus traditus fuerit, quarum iniqtūatum maxime author extitit Ephraim, id est, Hieroboam ceteraque reges qui fuere de tribu Ephraim. ¶ Cur ita discerni debuerunt, ut Israel sive Ephraim in desolatione esset, iam loco alio diximus, quia videlicet aliqui de regibus Iudea iusti fuerunt, vt David, Ezechias, & Iosias, aliisque vero, & si peccauerunt, colendo deos alienos, cōuersti sunt, & pœnām egerunt, vt Manasses: & sub alijs quoque regibus suis populus Iuda reuersus est ad cultum dei. Regis autem Israel, id est, dece tribuum, pro quibus cunctis hic ponit Ephraim, ex quo reges illi fuere orti, nullus oīno à peccatis Hieroboam recessit, id est, a vitulis aureis, quos ille fecit. Idcirco & paulo supra dñs dixerat: Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus a me, non dabut cogitationes suas, vt reuertantur ad dñm. Mox ne cui dubitare vacet de veritate communiatū, sequit & dicit: In tribubus Israel ostendi fidem. Ac si dicat: Quae cūque hactenus promisi, vel cōminatus sum Israeli, effectū habuerūt, & in omnibus me ostendi veracem. Ergo & de hoc sermone nemo sibi blandiat, tanquam sermo sit incertus, quia profecto sicut in ceteris, ita & in isto fidelis & veras comprobabov esse deus. Sequitur: L. Facti sunt principes Iuda, quasi assumentes terminum, super eos effundam quasi aquam iram meā. Calumnia patiens Ephraim fractus iudicio, quoniam cepit abire post sordes. Hoc quod nūc dicebamus, Iuda aliquoties suas terminas iniqūates, Ephraim vero ppetuasse scelus idolatriæ, atque Idcirco Iudea quidem captiuitate debuisse terminari, Israeles vero si tue Ephraim non debuisse finiri, verbis presentibus placet intelligi, ac si dicat veritas vel iustitia dei. Idcirco, vt in exordio prophetiae huius dixi, domui Iuda miserebor, quia facti sunt principes Iuda qui assumentes terminū: & idcirco non addā ultra misereri domui Israhel, quia ceperit abire post sordes, & sicut iū dixi, non dabit cogitationes suas ut assumat terminū, vt cesset ire, vt terminet ipsas sordes, lucta hunc sensum illud quod ait, sup eos effundā quā aquā irā meā, profecto magna in ipsa ira sonat misericordia memoria. Etenim captiuitas Iudea fuit quidē ira peccatis debita, sed sicut aqua visibilis mūdare solet sordes corporeas, sic illa captiuitas eadē mūdauit populi peccata, vt iam non superset in quibusdam, videlicet in tribus pueris quippiā peccati, propter quod in Babylonie fornace lædi deberet eorum corpora. Igūque ait facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminū, sicut intelligi liber, ac si diceret: vijs suis pessimis terminū posuerūt, quod reges Israel non fecerūt, atque idcirco ira mea, id est, p̄sens captiuitas sic erit illis quasi aqua, id proficiet ad emūdationē peccatorum. Ecōtra, Ephraim calumnia patiens

Reges Iuda
meliores re
gibus Israhel.

Cant. 3

curabit nos, id est in nouissimo die carnis resurrectio resurgere faciet nos, q[ua]d resurrectio animae, id est remissione peccatorum sanauit iam & vivere fecit nos. Hinc est illud q[uod] Apo stolus dicit: Corpus quidem mortuum, id est certissime moritur, est propter peccatum; spiritus Roma, s[ed] vero vivit propter iustificationem. De illa resurrectione carnis quae secunda est, continuo dicit: Viviificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Et est sensus: Vivificabit nos in nouissimo die, vita vel resurrectio carnis, quam in persona sua mortuus propter nos, quae resurrectionis eius, quae die tertia facta est, hoc ipsum acribitus q[uod] suscitabit nos. Ita sanati & curati, id est anima & corpe vivificati atque suscitati. L Viuimus (ait) in conspectu eius. Johann.
 id est, immortales erimus, neque enim ultra mortem poterimus propter conspectum eius, quia vix debimus eum sicuti est: & inde similes ei erimus. L Tunc scieras, sequenturque ut cognoscas dominum. L Sciemus (inquit) & cognoscamus, non sicut nunc ex parte, sed per se. I Cor. 13.
 Et. Nam hinc & apostolus ait: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Item: Videmus nunc Esa. 49:7 per speculum in aenigmata, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoscimus ex parte, tunc autem Apoc. 7 cognoscamus sicut & cognitus sum. Sequemur inquit. Quo sequemur? Nemirum ad vitam fontes aquarum, sicut alius propheta dicit: Quia miserator eorum reget eos, & ad vitam fontes aquarum potabit eos. Et in Apocalypsi legitimus, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitam fontes aquarum. Quod idem est ac si dicat, videndo vel conspicendo deum, immortales erunt. Hoc dicent iniucem se cohortantes, hoc dicunt apostoli vel apostolici viri populis praedicantes, & subiungunt. L Quasi diluculum preparatus est egressus eius. L Ac si dicant, Quod dicimus, quia ipse coepit & sanabit nos, non in angulo gestum est, sed sicut diluculum a cunctis videt & latere non potest, & ad hoc venit ut videat, imo ut illuminet, ita egressus eius, quo de suis inuisibilibus ad visibilium nostra egressus est, cunctis innotuit, cunctis orbis audiuit, nec est qui se de ignorantia excusare possit. Hoc est quod Psalmista quod dicit: In sole posuit tabernaculum suum, id est in manifesto exhibuit hunc Psalm. 8: manitatem suam. Ac deinceps, Nec est qui abscondat a calore eius, quia videlicet oibus tam Iudeis & Gentilibus auditus est aduentus eius, audita est predicatio euangelij eius. Additur adhuc. L Et venit nobis quasi imber temporaneus & serotinus terrae. L Iuxta literam tempore imber tem ranus imber illa est pluvia, quae facta seminibus a deo datur terrae Palestinae, ut infusa poraneus calefacit semina. Serotina autem illa dicitur, quae ad maturitatem eosdem perducit fructus. Siz & serotina quidem terra illa non ita frequenter, ut nostra, de celo accipit pluvias, sed tantum bis in anno. Sp[iritu]aliter pluvia, sive imbre, utrumpq[ue], videlicet temporaneum & serotinum, intelligi oportet, & sancta prophetica atque apostolica scriptura est, Prophética namque scriptura ipsa est imber temporaneus, quia sicut serotino imbre infusa coalescunt semina, ita haec promissionem Christi venturi, quae ad Abram facta est, frequenti declamatione expectabile faciebat. Porro euangelica vel apostolica scriptura, imber serotinus est: quia sicut serotino imbre fructus ad maturitatem, perducunt, ita scriptura haec iam adueniente Christum confirmat, de quo prophetæ vaticinabantur. Igitur & veniet (inquit) nobis, quasi imber temporaneus & serotinus, id est talis & taliter veniet nobis, vel taliter nobiscum faciet, sicut utriusque scilicet noui ac veteris testamenti scripturæ testificantur. Haec ubi dixit de illis qui erant crediti, & fidem aduentus eius recepti, confessim ad eos, quos non esse credituros praesciuit, certitudine & dicit. L Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. L Sic nimis patriarcha Isaac cum filium suum Jacob benedixisset, & proinde Esau frater eius eiulatu magno fleret, dicens: Nunquid non reseruasti, & mihi benedictionem? Respondebat & dixit: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugari, frumento & vino stabiliri eum, & tibi post haec fili mi, quid faciam? Ac deinceps, In pinguedine terræ, & in rore cœli, desuper erit benedictio tua. Profecto ille Isaac typus Christi gesit duo vero filii (de quibus iam dictum est) formam prætuleret mysticam utriusque populi, scilicet & eius qui tammodo generatione carnis, & eius quod imitatione fidei semen eius Abraham. Et illic Isaac in typo Christi dicit agresti filio, & tibi post haec fili mi ultra quid faciam? statimque in populi. Duo filii Isaac, duo populi.

COMMENT. RUPERT. ABBAT. LIB. II.

Misericors & nō filij sunt promissionis, quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda: statimq[ue] inuenit vel scit quid faciat, dum dicit: Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Misericordia hæc parua illa est, quam intenders ille, in pinguedine (inquit) terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Parua namq[ue] misericordia est temporalium sive corporalium abundantia rerum, quarum omnium summa, illuc pingue dñe terræ, & rore cœli comprehensa est. Porro, misericordia magna illa est benedictio, quæ simplici Iacob in domo habitanti data vel effusa est secundum verba hæc: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Et deinceps: Et servant tibi populi & adoren te tribus. Esto dominus fratum tuorum, & incurueni ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Sic nāq[ue] benedicendo, magnam illi misericordiam imprecabatur, eam scilicet, vt de semine eius Christus nasceretur. Proinde, quia misericordiarum tanta differentia est, idcirco David, qui utiq[ue] minor em misericordiam fuerat consecutus, in pinguedine terræ, & in rore cœli desuper, utpote rex diues & inclitus, cū dixisset, miserere mei deus, statim addidit, secundum magnam misericordiam tuam? In quo Nimirum in eo, vt nequaquam promissione Christi de semine suo nascituri frustraretur, propter causam Vtiae Ethei. Nam inde est qd postmodū dicit, vt iustificeris in sermonibus tuis, subauditur, miserere mei, & seruando mihi misericordiam magnam, quā promisisti. Iam enim illi repromiserat Christus, dicendo. Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usq[ue] in sempiternum. Igitur & hic postq[ue] secundum magnam misericordiam dictū est de filiis promissionis suæ fidei. In tribulatione sua mane consurgent ad me, dicentes, venite & resuertam ad dñm, quia ipse cœpit & sanabit nos, percutiet & curabit nos; &c. confesisti ad filios carnis tanq[ue] ad Esau conuersus: Quid (inquit) faciam tibi Ephraim, quid faciā tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Ac si dicat. Populo electo, cultus typus erat Iacob, magnam misericordiam, magnam cōsequēte benedictionem habendo fidem seminis Abrahæ, quod est Christus; vobis filii carnis, qui tanquam Esau tardatis & foris vagamini, post hec ultra quid faciam? In pinguedine terræ & in rore cœli desuper fuerit haec enus benedictio vel misericordia vestra, sed nūc easdem ipsa properante captiuitate pertranseat, sicut pertransit matutina nubes, & in metidie sive vespera iam nō est, & sicut pertransit ros, qui cu[m] mane herba operuit, orto sole velocius disperat, & iam non est. Sic enim vobis contingit, qui mane compluti estis, & matutino rore maduistis, id est qui præsentem letitiam & tantummodo caducis sentis secundum bona requisitis. Nubes vestra pertransit, & ros vester orto sole siccatur, id est, letitiae vestra in tristitiam vertetur, & delitiae vestrae in futu[m] non inuenientur, vbi verus sol Christus in virtute sua lucēs in meridie cōpicietur. L Propter hoc dolauit in prophetis, & occidi eos, in verbis oris mei. L Propter hoc inquit, videlicet quia vos tantummodo rerum temporaliū matutinam nubem, rōremq[ue] transitorium requiritis, & gloriam dei regnūq[ue] futurū non atteditis, ego dolauit, id est multas percussionses feci in prophetis, qui vobis secundum vestram intentionem adulati sunt & applauferunt, videntes vana & loquentes mēdacia. Quales utiq[ue] fuerunt prophetæ Baal. Et illis nāq[ue] (scit in Regum libris legimus) Helias Thesbytes. CCCCL viros vna die interfecit id est magnā illōg[ue] multitudinē percussit Iehu, qui domū Achab subuertit. Hoc totū factū est ad imperium dñs. Idcirco cum dixisset. Dolauit in prophetis, protinus addidit, occidit eos in verbis oris mei. Hoc recte factū est, vt q[uod] propter lucrū temporales & (vt ait alias propheta) propter pugillū farinæ, nō soldū magna dei misericordia reliquerat, sed & popularē turbā feci deuocabat. Primum in ipsis dolaretur & occideretur, & deinde populū in captiuitate diceretur, matutina misericordia (de qua iam dictū est) & quasi transitorio rore frustratus. Quam iuste hæc facta sint vel siant, nūc toto in orbe securit, vbiq[ue] lux veritatis est. Sequitur. L Et iudicia mea, quasi lux egreditur. L Et est sensus. Sicut caligates in nocte oculos lux succedit illuminat, sic illis q[uod] hactenus in nocte ignoratiæ fuerat, annūtiata iudicia hæc p[ro]spicua erunt, vt dicat. Iudicia dñi vera, iustificata in semetipsa. Egredient igit[ur] iudicia mea quasi lux, id ē, qd voluerim, aut qd vtile esse iudicauerim ego, manifestius cognoscet. Quid est illud? Ait

L Quia

IN OSEE PROPHE. CAP. VI. Fo. XXV.

L Quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam dei plus q[uod] holocaustum. I Huius sue sententiae memor dñs semel, & iterum apud Matthæum inuenit: Vbi enim discum bente eo in domo eiusdem Matthæi, murmurabant pharisaei, dicentes eius discipulis: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vesters? Non est ergo opus valentibus medico, sed male habentibus. Statimq[ue] subiungit: Euntes autē discite q[uod] dicit, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Item, vbi disci pulis eius esurientibus, & spicas sabbato vellentibus atq[ue] manducantibus, cū dixissent: ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. Ait post alia. Si autem sciretis quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, numq[ue] condemnaretis innocentis istos. Ergo cum dicit in hoc propheta, q[uod] misericordiam volui, & non sacrificium: dignata fuoge redit, didic causam iudiciorum, cur supra inter cræterā dixerit. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendū dñm, & non inueniunt eum, q[uod] videlicet, neq[ue] secundū corpus, neq[ue] secundū animā misereri nouerunt proximis, prompti sacrificatores gregū: immolatores armentorum. Nam utiq[ue] misericordiam sive corporis & animæ testaf[er]e voluisse illa, quam commemorauimus, euangelica prolocutione. Vbi enim peccatores sine publicanis recipiunt. Matthæum dicit, euntes discite q[uod] est, misericordiam volo & non sacrificium, illam patenter misericordiā se requisisse significat, quæ impendit circa curam animarum. Vbi vero disci pulos suos esurientes, & sabbato spicas vellentes a sabbati violatione defendit, dicentes: Si autē sciretis q[uod] est, misericordiam volo & non sacrificium, nunq[ue] condemnaretis innocentibus istos. Ibi profecto misericordiā, quæ proximis in corpore necessitatibus impendit se esse voluisse testat. Igitur iudicia dñi vera sicut lux manifesta sunt, & causa cadit carnalis Israel sive Ephraim & carnalis Iuda, q[uod] certatim sacrificium offerunt quod dñs non vult & viscera misericordiæ nō habent quā dñs vult: q[uod] holocausta multiplicant quæ dñs nō requirit, & sciām dei negligunt: in qua dñs & creator creaturā rationalem voluit semper, & vult exercit. Non acqueuerunt voluntati eius, non executi sunt ea quæ ille voluit. s. misericordiam & sciām dei. Hoc est quod continuo subiungit: Lipsi autē sicut Adam transgressi sunt pactum ibi prævaricati sunt in me. L Et est sensus. Ipsi autem & peccaverunt, & peccati suum per superbiam defendendo mīhiq[ue] cōtradicēdo; contra semetipso & cōtra posteros suos immisericordes & crudeles exiterunt. Sed iam in isto secundi huius volumi, nis finem facientes, sequentis initium ab hoc eodem capitulo sumamus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS IN OSEE PROPHETAM commentariorum liber tertius.



In Canticis Canticorum dilectus amicæ sive loquitur: Ostende mihi faciem tuam amicā mea, speciosa mea, columba mea, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Vocis siue locutionis eiusmodi nunc opportune reminiscimur, quia videlicet saluo altiori coelestis gratia vel amoris gradu, in quo dilectus Christus & amica eius sancta ecclesia cognoscit, nimirum sapientis cuiusq[ue] animus dilectus, & sancta scriptura amica vel dilecta est illius q[uod] talis est, vt veraciter testimonium sibi phibeat cōscientia, quod sanctæ scripturæ pulchritudinē verā, & veritatem pulchram diligat. Illius nāq[ue] verba sunt hæc: Dixi sapientia, soror mea es, & prudentia voce amicā meam. Dicit ergo, nūc animus studiosus, & ipsa scripturæ præfentis admonet difficultas, vt dicat: Ostende mihi faciem tuā, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Sanctæ huius scripturæ facies non nisi sapienti vñquā ostensa prura diffili est, & vox eius non nisi in auribus diligētis vñq[ue] sonuit, neq[ue] alijs scire mereat, vox eius. q[uod] cōsilio

E 2 dulcis

COMMENT. RUPERT ABBATIS LIB. III,

Osee, 14

Sicut Ada
transgressi
sunt

Gene, 3
Ibi prae
ricti sunt
in me
Roma, 5

Roma, 3

Galaad ci
uitas intris
bu Gad

Sychen, q
& Neapol.
Exod, 23
Deut, 16

dulcis, & facie eius q̄ decora sit. Dicit enim ille q̄ scripsit: Quis sapiens & intelliget ista, intellegens & sciet hæc? q̄ semen huius dulcedinis atq; decoris authorem spiritum propitius habere operantes, dilectam hanc suam amicā instanter ccepto itinere sequiamur, vt faciem eius videre, & vocem audire, id est, & intentionem eius sentire, & verum eius sensum inspi cere mereamur. Cum dixisset in hoc propheta dominus, quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiā dei plus q̄ holocaustum, continuo subiunxit: Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me. Ab isto rursus capitulo populi peccata incipit declamare. Vnde & hic ad memoriam reuocandum est, quia (sicut superius iam diximus) septies hic propheta gentis sue peccataricis peccata percutit, totidemq; vicibus in aduentum sue sacramentū filij dei sermo eius recurrat, singulosq; cursus in eodem terminat: nimirum sapienti atq; intelligenti, qui hæc scire meretur, illud innuens, quod iustificari & a peccatis liberari aliter q̄ per gratiam vel fidem Christi nemo possit. Hac vice prima, quam nunc vñq; tractauimus, sic incepit: Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Tandem in persona Christi venturi, dixit: In tribulatione sua mane consurgent ad me &c. & tunc deinde ad initium redargutionis rediit, dicendo, quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam dei plus q̄ holocaustū autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me. Cum enim dicit, quia misericordiam volui, & scientiam dei, subaudiendum vel reminiscendum est, quod in initio capituli dixerat, non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Nunc itaq; ordine cęptō processuri, non negligenter præteritus, quia duo dixit in versiculo præsenti. Sicut Adam transgressi sunt, ibi prævaricati sunt in me. Breui versiculo & originale peccatum, & actualia tetigit peccata eorum. ¶ Dicendo namq; sicut Adam transgressi sunt, actualia peccata vehementer accusat; quia colentes idola, & cetera facientes scelerā, non quomodocunq; peccauerunt, non per ignorantiam, aut per infirmitatem deliquerunt, sed qui nequissimus peccandi modus est, scienter peccantes, scientes quod mala facerent, recedēdo a domo David, & a templo domini, quod erat in Hierosolymis, vitulosq; aureos colendo, peccatum suum defendenter, contradicendo sanctis prophetis, quo sequebatur dominus misit. Vnde & superius dominus dicit: Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Hoc nimirum erat ita transgreedi pactum, sicut transgressus est Adam. Ille namq; & transgressus est, transgressionem suam superbe defendit, dicendo, mulier quā dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. ¶ Porro subiungendo, ibi prævaricati sunt in me, originale respicit peccatum. Ibi namq; cum dicit, subauditur in Adā. Praemiserat enim, sicut Adam transgressi sunt pactū. Et vere in Adā prævaricati sunt, q̄ (vt Ap̄ls ait) per vñū hoīem in hunc mundū p̄tēm intravit, & per p̄tēm mors, & ita in oīs hoīes mors pertrahit, in quo oīs peccauerūt. Itaq; cū dicit, ibi prævaricati sunt in me, bene sc̄pe dictus Ap̄lus huic in isto quoq; sermonē consonat propheta, causando Iudeos & Grecos oīs sub p̄tēto esse, subiungēdo etiā hæc: Non est enim distinctio. Omnes enim peccauerūt, & egēti gloria dei. His dictis, continuo de p̄tēto actuali abundantius agit: s. de p̄tēto idolatriæ, & aureoī cultu vitulōī, quo sicut Adam transgressi sunt pactū, vt iam dictū est. Sequitur enim: ¶ Galaad ciuitas operantū idolum, supplantata sanguine, & quasi fauces viroī latronū par- ticeps sacerdotum in via interfectiū, pergentes de Sychē, quia scelus operati sunt. ¶ Galaad est ciuitas sita trans lordanem in tribu Gad, in qua idolum primitus est consecratum. Erat enim & ciuitas fugitiuoī. Sed quanto celebrior, tanto idolatriæ, & malorum omniū principiū fuit. Et quia isti idola primum consecrarent, vel maxime sicut præsens testatur, in malum adiuerunt, idcirco primi ab Assyrīis capti & in captiuitatem duici sunt. Porro, Sychen ciuitas in confinio decem tribuum & duas, quae postea Neapolis appellata est, vnde transitus erat Israelites in Hierusalem. Vbi solummodo licet vñctimas immolari. Tribus ergo tēporibus, qbus secundū legis præceptū populus ad templū domini ascendere debebat, sacerdotes idoloī ponebant in itinere latrones, qui infidarent per gentibus, vt magis vitulos aureos in Dan, & in Bethel, q̄ dominū adorēt in Hierusalem, & quos reuocare non poterāt, in eadē via interficiebāt. Sacerdotū illorū particeps nūc disicitur Galaad, videlicet eo quod Galaaditæ coniungēdo se iniqua coēderatione, & coope rando sacerdotib; in interfectione. Sensus igitur iste est. Si quæras, cur dixerit, ipsi autē trans-

IN OSEE PROPHE. CAP. VII:

Fo. XXVII.

transgressi sunt pactū sicut Adam, qui vtq; nō per ignorantiam, sed scienter per arrogantiā peccauit, & peccatum suū aduersus deū sese corripiēte proterue defendit. Ecce effectum sue opus manifestū habes malæ defensiōis. Nullū deniq; manifestius defensionis est experimentū, q̄ illos interficere, quibus admissum non placet cōmuniter suscipere peccatum. ¶ Locus interfectionis erat Galaad, mira puerione, mira supplantatione. Debuerat nāq; ciuitas esse non interficiētū, sed ab interfectione liberantium quempā fugitiū sectū dum legem domini dicentis. Cumq; vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradet in manus eius, quia ignorans percussit proximū eius; nec ante biduum triduū ve eius probatur inimicus & habitat in ciuitate illa, donec stet ante iudicium, cauſam reddēs factū sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Recte ergo dicit, supplantata sanguine, quia perditio vel derelicto cōstituto pacis suscepereat pro illo cōmutationē sanguinis. Diciter & quasi fauces viroī latronū, q̄a videlicet sicut latrones in fauibus, id est cauernis, locisq; abditis latentes, expoliāt prætereunte & interficiūt; sic in ea, quæ debuerat esse asylum fugitiūorum, sanguinarij sacerdotes simplicitati populi infidiales, expoliabāt eos fide, interficiēbant mente, & q̄s decipere non poterant, vestibus priuabāt, corpore ne cabant. Pro tanto scelere propheta dolens, exclamat: ¶ In domo Israel vidi horrendū. ¶ Ibi fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel. ¶ Quid enim magis horrendū, quid magis exclamatio dignū, q̄ istud accidisse, non in qualicūq; gente aut natione, sed in do Deuc, 32 mo Israel, in gente dei, in parte domini, sicut Moses loquitur, pars autē domini populus eius, Iacob funiculū hæreditatis eius. Deniq; gentis alterius peccati in idolis error est, Israeli aut, qui veri & vnius dei notitiā habuit, legemq; accepit, tale peccatum horror est. Propterea toties peccatum illius populi fornicationem appellat, & nunc quoque dicit, Ibi fornicatus est Ephraim, cōtaminatus est Israel. Ephraim vt se pe dictum est, ipse Hieroboam de tribu Ephraim, Israel vero decem tribus, quæ illo peccātū, id est vitulos aureos pro deo sibi faciente, cōtaminatae sunt, sequendo illū. Etenim sicut cōtaminatur adulterio mulier, sic derelicto deo populus ille cultu idolatriæ contaminatus est. Hæc aduersus Israel, id est decē tribus dicta sunt. Sed nunquid tantummodo illis iratus est? Nōnne & su per Iudā grandis ira, quā nunc videmus pro meritis erat vētura? Sequitur. ¶ Sed & Iuda pone messem tibi, cū conuertero captiuitatē populi mei. ¶ Ac si dicat, Duxi qđē in initio prophetici huius sermonis, q̄a non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione oblitus eorum, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in dño deo suo. & hoc verū est. Nam Israeli, id decē tribū captiuitas, de terra Assyriō ne reuocabiliā vero o Iuda transmigratio de Babylone est reducēda post annos. LX. Verūtamen cū conuerto illam captiuitatem populi mei, cū reduxero illos in terrā suā, q̄ ex te supererūt digni vt reliquiae saluentur pro ipsoī fide & meritis, vñque ad plenitudinē tēporis, q̄ conuerte da est vñiuersalis captiuitas omnis populi mei, p̄ aduentū saluatoris Christi; tu Iuda pone messem tibi quæ secāda erit, id est multitudinē filioī male natōī, qbus multipliciter pulsulabis, scito demetendam esse Romanos gladijs, sicut nūc, imo magis q̄ nūc decē tribus demetuntur & transferuntur ab Assyrīis. Quam ob causam? Quibus pro meritis sue pecatist? Ait, ¶ Cū sanare velleme Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, CA. VII. quia operati sunt mēdiacū, & sur ingressus est spoliātis latrunculus foris. ¶ Et est sensus: Cum ad saluandum Israel venissem, illa iniquitas reuelata est, & illa malitia Iudeorum se expressit, cuius illa iniquitas Ephraim, illa malitia Samariæ typus vel praecursio fuit, quādo relicta domo David, Hieroboam p̄tulit, relitto dño deo, vitulos aureos colere magis elegit. Diligenter prophetæ huius locū hunc, quē nunc ingredimur, pertractare conemur, memores illius dicit in fine voluminis, cuius saepē meminimus: Quis sapiens & intelligens ista, intelligens & sciet hæc, & scientes tanta esse vel talia q̄ hic prophetali oculo p̄videt ac p̄scribit, qualia si nudis eloquerebāt verbis, nimis intolerabile esset audire hominibus illius tēporis, sicut diximus iam in procēcio p̄sentis opusculi. Denique peccatum Iuda in saluatorē, cuius sanguinem fudit, hic mystice describit, propter qđā talia facta sunt vel fieri debuerūt in eiusdem excidio gentis. Quæ prospicies, hic recte dicat, sed & Iuda pone messem tibi. Cum(inquit) sanare velleme Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ. Qui nondum sapiens sive intelligens est, qualē sanctus prophetæ spūs loco

Galaad
supplantata
sanguine
foliū, zō, zt,

E 3 iam dī

COMMENT. RUPER. ABBAE LIB. III.

nam dicto requirit, nihil aliud significari hic arbitratur, nisi ac si dictum sit. Cū per David ē lectum meū vellem Israel instruere ad cognoscendum regnū deū, & ad tenendum firmiter solius nominis mei cultum legitimū, iniqas filioꝝ Israel magis exarsit, & malitia illorum pertinaciter in infantū, nec ante defisterunt, donec ad posteros deriuato regni gubernaculo iugum excusserūt, & a domo recesserūt eiusdē David, & deos sibi fecerūt iuxta mentioꝝ nem sua iniqitas, iuxta malitiosa desideria cordis sui. ¶ Vix ille David non solā p̄ secundū carnem extitit saluatoris nostri, verū etiā figurā eiusdē prætulit in mirabilibus gestis. Regnū eius p̄paratio fuit regni Christi, imo regnū vnum est Christi & ipsius David, iuxta qđ & angelus ad Mariam de illo dicit: Et dabit illi dñs deus sedē David patris eius. Econtra Hieroboam, & qui illū securi sunt, relinquētes David, typū gesserunt Iudeorū & pharisaeorū, qui Christū negauerūt ante facie Pilati, & dixerunt: Nō habemus regem nisi Cæsarē. Furor ille, quo Christum cōdemnatē, petierunt dimitti sibi Barrabā homicidā, & seditionis authore, illi malitia similis extitit, qua illi, qui sequuti sunt Hieroboam, veritate dei in mēdiacū cōmutauerūt. Vel (sicut hic scriptū est) mēdiacū operati sunt, q̄a veritate contēpta, mendaciū in vitulis aureis operati sunt, & coluerunt. Iḡis in verbis istis fī milititudinē pariter cōtemplemur & rem. Similitudinē, in illius statu tēporis, l. in eo quod ille Ephraim sive ille decē tribus taliter recesserūt a domo David. Rem vero in aduentu saluatoris, qđ Iudei rebellātes veritati, negauerūt eū, & populus regis huius esse voluerūt. Itaq̄ cū dicit: Cā sanare vellem Israel, reuelata est iniqitas Ephraim. Ponamus ante oculos mentis & illum David patrē carnis Christi, & hūc filiū eius regnū David, quia videlicet vterq; suo modo Israel sanare voluit, ille psalteriū componendo, iste carnem assūmēdo. Nā psalteriū illud manufactū typū fuisse carnis vel corporis Christi, testat ipse, cū in Psalmo p̄sonā patris ad eundē filiū, dū in sepulchro corpus eius quiescit, loquentē intrōducit. Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cythara. Et ille respondēs: Exurgā (inquit) diluculo. ¶ Illo psalterio suo manufactō David Israel sanare voluit, quia nimis idcirco verba cœlestia cū psalterio cecinīt, vt populū tantūmodo terrena diligentē introdūceret ad amorē & spēm futuri regni, q̄ vera sanitas est cordis. Hoc ante illum nemo fecit, vt promissia cœlestia verbis enūtiaret manifestis aut p̄cens ignis æterni. Hoc ita regnū est, vt apud Mosen fere nusquā inuenias promissiones paradisi vel regnū dei, neq; cōmīnations inferni, nominibus manifestis, præter locum vnu in cātico Deuteronomij, vbi sic dicit: Ignis succēsus est in furore meo, & ardebit vsc̄ ad inferni nouissima. Omnia clauſa sunt sub figuris, & bona q̄ dē æterna sub noīte terræ Chanaan, terræ quasi lacte & melle manātis; mala vero sempiterna, sub nominibus famis, pestilētiae, gladii, malarūq; bestiarū reddēta significat pro meritis. Talis nāq; & ita qđā modo puerilis sensus erat carnales populi in illī statu tps, vt nō nisi p̄sentia diligere p̄spera, nō nisi p̄sentia metuere sciret aduerla. Hinc primus (vt iā dictū est) cœlestis regni gloria patet ex prefītis verbis, addita vi musicæ dulcedinis, & ordine cōposito diuinæ religionis, volete dñs sanare Israel, s. vt sano corde terrena paruipēderet, cœlestia magis desideraret. ¶ At vero psalteriū istud sive hæc cythara, cui p̄ hoc dixit, Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cythara, multo amplius hoc egit sic aperiōdo os suū, vt Matth. scribit: Beati pauperes sp̄i, qm̄ ipsoꝝ est regnū celorum, &c. Nimiꝝ hæc expectationi carnalis Israel, valde contraria sonuerūt, beatificando pauperes, mites, lugētes, esuriētes ac s̄tientes iustitī, misericordes, mūndicordes, pacificos, & perfecionē propter iustitī sustinētes. Alter nāq; sentiebat carnalis Israel, scilicet beatus esse tantū illos, q̄ prosperarent in via huius seculi, qbus vacaret vt essent superbi, immenses, sive tyranni ridētes atq; exultantes, quamvis in rebus pessimis, inexperientes miserarum, atq; idcirco nescientes cōpati miseris, luxuriantes omni voluptate cordis & corporis, beligerantes atq; bellicis elatos triumphis, valentes p̄ potentī quos vellent occidere ac perseguī. Profecto sensus hic magna erat infirmitas ille autem sanare volebat Israel, vt sane saperet. Aduersus vtrūq; reuelata est iniqitas Ephraim, id est persecuti sunt eos omnes illi qui noluerunt sanari. Prīmū, quis nesciat quāta David ille regni dei Psaltes aduersa p̄ tulit, quanta mala passus est ab illis? Vsq; adeo quo gratis illum odio habuerunt, vt filium quoq; illius Absolon regē sibi faceret, quia nō alii habuerūt, quo duce cōsurgētes regno eum depellerēt. Mortuo Absolon secuti sunt Seba filiū Bochri, illo mortuo subtinerūt

David Ch
risti cypum
geslit.

Lucas, i.

Iohā, 19.

Psal. 59
Cœlestia
Promissa Da
uid prim⁹
Deut. 32.

Matth. 5.

Carnalis If

Odiū Ilea
el cōtra da
uid.
¶ Reg. 19

IN OSEE PROPHE. CAP. VII.

Fo. XXVIII

Victi & inuiti per sapientiam eiusdem David filiū eius Salomonis: sed deinde mox vbi occasio data est per imprudentiam Roboam, cœrueces suas excuserunt, regemq; alium & deos alienos, id est vitulos aureos sibi fecerūt. Haec fuit iniqitas Ephraim, & haec malitia Samariæ, quia videlicet Hieroboam de tribu Ephraim malū hoc iniqite gesit, & Samaria, per quam totum eius regnum intelligitur (sunt enim Metropolis decem tribuum) hoc ipsum malitiose suscepit, scilicet inuidendo domui David, inuidendo & designando tribui Iuda, quod sibitantum ex illa tribu reges deberēt esse destinati. Dixerunt em̄ quo, z. Regis, 19 dam loco viri Israel ad regem David. Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & trās dixerunt regem & dominum eius Jordaniem. Et respondens omnis vir Iuda, quia pro, Malitia Ephraim, pinquior (inquit) mihi est rex. Et respondens vir Israel decē partibus, ait, maior ego sum, Ita commota seditione quidam vir Belial nomine Seba filius Bochri cecinīt buccina, & ait, Non est nobis pars in David, neque hereditas in filio Isai. ¶ Deniq; ex dictis & factis huiuscmodi palam datur intelligi, quænam illa fuerit malitia Samariæ, de qua nunc loquitur hic, quia nimis scissuræ illius causa fuit inuidentia, quæ veraciter malitia dici potest, quia cuncta malitiosarum machinamenta cogitationum parit. Maxime vero tūc iniqitas quæcunq; sit, malitia meretur dici, quando sic se exercet, vt cum sapientia vel rōne incendere possit videri. Sapienter autem sive rationabiliter Samaria fecisse sibi videri potest. Gen. 48 rat, sequendo, regēt, faciendo Hieroboam de tribu Ephraim, quia patriarcha Jacob cum benediceret filios Joseph Manasse & Ephraim, iste quidem (ait) scilicet Manasses erit i. Para. 8, in populos & multiplicabitur, sed frater eius iūnior, maior illo erit, & semini illius crescat in gentes. Et in Paralypomenon legimus: Ruben quippe primogenitus erat Israel, sed cum violasset thorū patris sui, data sunt primogenita eius filiū Joseph filiū Israel. Et quidem pluraliter dixit filiū Joseph, sed cum ille (vt iam dictum est) Ephraim iūniorem priori prætulerit, iure sibi tribus Ephraim de primogenitis videbatur gloriari. Itaq; peccatum Samariæ recedentis a domo David & inuidentis tribui Iudei, vt ex ea reges aut principes deberent germinari, recte malitia debuit nuncupari, quia cum contra veritatem & ratione ageret, rationis & diuinae autoritatis patrocinio non carere sibi visa est. ¶ Et notandum, qualiter dixerit huic, reuelata est iniqitas Ephraim & malitia Samariæ, Antiqua malitia Israe. Latebat, quāndiu duces vel principes habebat Israel, qui illum cogerent ad cultum dei, qualium optimus vel maximus fuerat David. Reuelabatur autem quando moriētes decedebant illi, sicut quodam loco scriptura dicit, Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flebatur misericordia, & audiebat afflitorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquam autem mortuus esset Iudeus, reuertebantur, & multo maiora faciebant, quām fecerant patres eorum, sequentes deos alienos & adorantes eos. Non dimiserunt adiumentiones suas & viam durissimam, per quam ambulare consueuerant. Eodem modo tunc reuelata est eadem iniqitas, eadem malitia quando deceaserat David, quo regnante, non audebat reuelari, imo & multo magis tunc reuelata est, quām ea tenus aliquando reuelata fuisset. Prius nanque vrgente aliqua calamitate, & clamantibus illis ad dominum cum tribularerunt, suscitato salvatore aliquo, id est iudice bono, cōuerterebant ad dominum, & deos alienos relinquēbant. Ex tunc autem quando sic reuelata est, vt illos facerent vitulos, nunquam ab eisdem vitulis recesserunt, sicut manifeste de singulis regibus scriptura dicit, quia à peccatis Hieroboam non recesserunt. Hanc iniqitatem sive malitiam adhuc propheticus sermo perseguens, protinus addit. L Quia operati sunt mendacium, & sive ingressus est spoliāns, latrunculus foris. ¶ Mendacium quippe sunt operati, dicendo de vitulis, qui vtrūq; non erant dñi, isti sunt dñi tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Ad illud opus vt fieret, & diabolus inuisibiliter, & Hieroboam visibiliter operatus est. ¶ Pulchre ergo & veraciter dictum, sive ingressus est spoliāns, scilicet diabolus animas, furtim deuorans, per inspiratam occulte malitiā, & latrunculus foris videlicet Hieroboam latro visibilis, qui foris id est, exterius idola fabricās, extra domū sive partē domini, & peccare faciens Israel, nimis grande & crudele latrōciū fecit. ¶ Diximus, qualiter illo tempore regnante seu iam dececente David, iniqitas Ephraim & malitia Samariæ reuelata fuerat, cū sanare vellet dominus Israel, dicamus nunc, qualiter

E 4 nouiss.

COMMENT. RUPER. ABBAE LIB. III.

Offic. 6.

Huius tempore, cum in aduentu suo salvator itidem Israel sanare vellat, similis iniquitas vel malitia, immo & multo maior secundum similitudinem illius reuelata fit. Cum (inquit) sanare vellem Israel, dicat hoc sanator & salvator Israel, sanitatis illius author, de qua cum premissis pauloante dicens ipse. In tribulatione sua mane consurgent ad me, verba ipsorum consurgentium protinus intulit hoc modo. Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse ccepit & sanabit nos, de qua sanatione siue sanitate, id est peccatorum remissio ne, primaq; resurrectione, que est resurrectio animarum, iam eodem loco dicta est. Cū enim illa sanitate sanare vellat Israel, deus homo factus praesentialiter atq; visibiliter incipies p̄ dicare, & sic diceret: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, tūc rēuersata est iniquitas Ephraim & iniquitas Samaritae, id est illa iniquitas Iudeorum, illa malitia scribarum & pharisæorum, cuius typus extitit illa iniquitas Ephraim, & illa malitia Samaritae, de qua iam secundum literam vel historiam dictum est. Exaguit enim illos sp̄us nequa, ut pœnitentia doctorum cum verbo prædicationis, opera quæ nemo aliud fecit, facientem deriderent, persequerentur & blasphemarent. Exempli gratia, dicendos: Dæmonium habes. Itemq; in Beelzebub principe dæmoniorum eiçit dæmonia. Non enim placebat illis Chrys talis prædicator, pœnitentiae doctor, paupertatis persuasor atq; exemplar humilitatis, magister misericordiæ, munditiae cordis collaudator, pacis remunerator, & eos qui perfecutionem patiuntur propter iustitiam consolator. Quare? Quam ob causam talia prædicta cantem repulerunt, odio habuerunt atq; impugnauerunt. Videlicet, quia cuncta his cōtra ria sapiebant & diligebant, talesq; sibi cupiebant aduenire Messiam, q; illos in hoc seculo extolleret, gentiumq; pacem eo vñsc turbare, donec omnes fines terræ ditioni illog; per bella, bellorumq; triumphos subiugaret, aureamq; ac geminatam illis Hierosolymam in terris construeret, atq; in ceteris his similibus eorum cupiditatē omnino, sicut litera prophetica plerisq; in locis sonare videtur, corporaliter expleret. Talem illorum intentionē sensumq; ipse quodam loco breuiter exprimens. Quomodo (inquit) potestis vos credere, qui gloriam ab iniuicem accipitis, & gloriā quæ a solo est deo non queristis? Ferreuti sunt ergo sanare volentes, tanq; frenetici medicū percipientes antidotū porrigitētem, nec ante destitunt, donec tradentes illū negarent ante faciem Pilati, præeligerent Barrabā latronem, auctorēm seditionis, eundemq; regē suū postulantes crucifigi. Hoc modo reuelata in illis, ita impleta ab illis est iniquitas Ephraim, & malitia Samaritae, & sic impleuerūt mēsurā patrū suorū, & sic reuelauerūt ac testificati sunt qd essent consentientes patribus eorum. Nā quod incepérūt illi, recedendo a domo David, & occidēdo prophetas dñi. Hoc isti ad impleuerūt, crucifigēdo filiū David, filiū dei; & deinde occidēdo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitate persequendo prophetas & sapientes & scribes, q; ille misit. In omnibus his operati sunt mendaciū, mētientes aduersus eundem regē suū, quæ negantur.

Math. 4.

Cur non placuit lu dñs Chrys Johā. 8. Match. 12. Iohā. 5. Match. 23. Iohā. 12. Match. 21. Esa. 19. Hier. 7. Iohā. 11. Match. 23. Iohā. 11. Hier. 7.

In Beelzebub principe dæmoniorum eiçit dæmonia. Non enim placebat illis Chrys talis prædicator, pœnitentiae doctor, paupertatis persuasor atq; exemplar humilitatis, magister misericordiæ, munditiae cordis collaudator, pacis remunerator, & eos qui perfecutionem patiuntur propter iustitiam consolator. Quare? Quam ob causam talia prædicta cantem repulerunt, odio habuerunt atq; impugnauerunt. Videlicet, quia cuncta his cōtra ria sapiebant & diligebant, talesq; sibi cupiebant aduenire Messiam, q; illos in hoc seculo extolleret, gentiumq; pacem eo vñsc turbare, donec omnes fines terræ ditioni illog; per bella, bellorumq; triumphos subiugaret, aureamq; ac geminatam illis Hierosolymam in terris construeret, atq; in ceteris his similibus eorum cupiditatē omnino, sicut litera prophetica plerisq; in locis sonare videtur, corporaliter expleret. Talem illorum intentionē sensumq; ipse quodam loco breuiter exprimens. Quomodo (inquit) potestis vos credere, qui gloriam ab iniuicem accipitis, & gloriā quæ a solo est deo non queristis? Ferreuti sunt ergo sanare volentes, tanq; frenetici medicū percipientes antidotū porrigitētem, nec ante destitunt, donec tradentes illū negarent ante faciem Pilati, præeligerent Barrabā latronem, auctorēm seditionis, eundemq; regē suū postulantes crucifigi. Hoc modo reuelata in illis, ita impleta ab illis est iniquitas Ephraim, & malitia Samaritae, & sic impleuerūt mēsurā patrū suorū, & sic reuelauerūt ac testificati sunt qd essent consentientes patribus eorum. Nā quod incepérūt illi, recedendo a domo David, & occidēdo prophetas dñi. Hoc isti ad impleuerūt, crucifigēdo filiū David, filiū dei; & deinde occidēdo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitate persequendo prophetas & sapientes & scribes, q; ille misit. In omnibus his operati sunt mendaciū, mētientes aduersus eundem regē suū, quæ negantur.

Fur Iudas latrunculus cœtus pharisaicus exitit, Iudas nāq; loculos dñi erat fur, sicut Euāgelista testatur, q; fur erat, & loculos habēs: ea quæ mittebantur, portabat. Porro pharisæi & sacerdotes in templo latrocinabātur, p̄dām de populo facientes, vendēdo & emendo. Vnde cū ejeret eos, sumptū de Esaia testimoniu protulit dicens, scriptū est: Domus mea domus orationis vocabitur, & mox illud de Hieremia subiunxit: vos aut fecistis illā speluncā latronum, ille fur intus inter discipulos dñi Iesu, pseudodiscipulus & fictus amicus: & ille latrunculus foris, id est, manifestus hostis, confilii simul inierūt, & (sicut iam dictū est) mendacium operati sunt, cuius videlicet mēdaciū maximus opifex Caiphas, sic mētitus est, toto cōspirante illo cōcilio malignantiū ad decipiendū miserū populum. Expedit vobis vt vñus moriat hō pro populo, & nō tota gēs pereat, ne forte veniat Romanus, & tollant nostrum, & locū, & gentē. Adeo cū sanare vellat dñs Israel, ille more suo sanari noluit, sicut alijs verbis declamans dicit: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluit. Sequitur. Et ne forte dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum, nunc circundederunt eos adiumentes.

IN OSEE PROPHET. CAP. VII.

Fo. XXX:

Ita etiam facie mea factæ sunt. Magne & vera confirmatio iusti iudicij dei siue ultiois quam præmiserat dicens, sed & Iuda pone messem tibi; messem (sicut iam dictum est) appellans illius immensitatem excidiū, qua à Romanis erant perdendi. Ne forte (inquit) dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum. Ac si dicat, Ne forte marmurent, & quasi iniustam reprehendant sententiā dicentis, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vt quod vindicatum est in patriis, iterum vindicetur in filiis, omnis causa illis tollitur iustæ reprehensionis. Solent namq; Iudei aduersus huiusmodi respondentes dicere nobis: Cur hoc tempore vincari in nos arbitramini, quod olim vindicatum fuit? Exempli gratia, Cum dicitur eis, illud quoq; peccatum, quod olim in deserto fecerunt patres eorum, faciendo vitulum & adorando illum, hoc tempore visitari super illos, quando sic excœcati sunt. Respondent nobis, illius malitiae tunc dominum fuisse recordatum: siquidem tunc ex illis in una die vigintitria millia ceciderunt. Haec dicentes, non adiuntunt, quia postquam illud factum est per manus filiorum Levi, quibus & Moses ait: Consecratis manus vestras hodie domino, vnuſquisq; in filio & fratre suo deinde cum oraret Moses dicens, dimitte eis hanc noxam, ipse respondens, Angelus (inquit) meus præcedet te, ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Igitur ne forte dicant (at) in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum, id est, singula quæcūq; peccata temporibus suis punisse me, atq; idcirco non debere nunc omnia venire super generationem istam: dico illis, quia nūc circumuenient eos adiumentes siue, videlicet quasi longus funiculus, quia cuncta pri Longus suorum generationum peccata imitati sunt, & illæ adiumentes coram facie mea factæ sunt, nūc funiculus pecatis, nulla pœnitentia satisfactione illa delere curauerunt. Tales sunt adiumentes eo, quia illis circumuenient, taliter causas mortis in uno homine adiutuenerunt, vt merito dicitū sit & merito fieri debuerit illud dicitū, venient hæc omnia super generationem istam. Omnibus enim, quicunq; à sanguine Abel iusti iustos homines vel prophetas occisi derunt, similes sese fecerunt, similes Cain qui Abel interfecit, similes Saul qui David per sequutus est; & propter illum sacerdotes domini. LXXXV. viros trucidavit, & citata tem illorū percussit in ore gladij: similes Iezabel & Achab, qui Naboth iustū & ceteros prophetas dñi occiderunt: Atq; idcirco recte iniquitates illorū & omniū quicunq; tales ex titerunt, isti in generatione sua portauerunt. Quænā sunt adiumentes illæ, quæ eos circa cumuenerūt, & per quas oībus illis similes se fecerūt? Ait, In malitia sua iustificauerunt regē, & in mendacijs suis principes. Omnes adulterates quasi clibanus succensus a coquē te. Quieuit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totū. Dies regis nostri. Ceperunt principes furere a vino. Extendit manum suam cū illorū, quia applicuerūt quasi clibanū cor suū cum insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. Quis iste fuit rex, & qui isti principes, quos & in malitia sua & in mendacijs suis lātificauerunt adulterantes, sic succensus quomodo succeditur clibanus a coquente? Et quidē sensus est vñtilis, qui etiā nō palā inuenitur, in gestis tamen potest coniçti, q; ita factum fit. Rex Hieroboam & principes eius, qui fauientes illi ad omne facinus paruerūt, hoc modo lātificauerunt. Mysterium propheticiū de necē fabulatoris, de quo nunc loquebatur paululum differimus, ne conieciūrā vñcū rationabile atq; probabile nos neglexisse videamur. Omnes adulterates, id est, a proprio viro, deo, recedentes, quasi clibanus a coquente: quia sicut clibanus succenditur vt coquat panes, ita illi succensi sunt malitia Hieroboam & igne idolatriæ. Quieuit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totū. Fabricatis quippe idolis, non vim fecit Hieroboam populo vt ea coleret, ne forte quibusdā causa dei religionis resistētibus, cultura idolorum euacuaretur. Ideoq; paululum quieuit civitas, donec propria voluntate populus regi consentiret, vt primum principes, deinde satellites illorum regi & principibus fauientes, ad ultimū omnis populus corrumperetur. Et hoc est quod dicit, donec fermentaretur totū. Quæ enim sponte fiunt, diu permanent: quæ autem necessitate, cito soluuntur. Hoc considerans Hieroboam, maluit sponte, quām coacte populum subire nouam idolorum culturam. Itaq; succensa toti populi massa in veneratione vitulorum, ceperunt dicere ad fores Hieroboam: Dies regis nostri, subauditur, iste est, & quem nobis festuum noster cōstituit.

Exod. 32.

Gene. 4.

Reg. 21.

Reg. 2.

Hieroboam regis astus tia.

Reg. 12

Mystica de
Christo ex
politicis
actus.

Efa. 1.

Sodomog.
siles iudei
in nocte
paschali.
Gene. 19.Ioh. 19
Pilatū res
& regem
dici.
Acto. 4Mendax
Pilatus.
Matt. 27

Ioh. 19

Constituit imperator. Hunc celebramus, in hoc gaudemus, in hoc vitulos aureos adoramus, ita clamante populo, cœperunt (inquit) principes furere à vino, id est, non solum non sunt irati qui debuerant rectores esse populi, sed insuper intelligentiam suæ mentis amitterentes, cœperunt furere à vino, videlicet amentiam passi, tam luxuriae q̄ idolatriæ. Quid ad hæc ille rex? Extendit (inquit) manum suā cum illusoribus, quia applicuerūt quasi clibanum cor suū, cum insidiaretur eis. Illusores quippe erant principes, qui populo nequiter illudebant, eumq; à deo suo longe abducebāt, errori eius cōsentiendo: gratulantes q; applicuisserint cor suū quasi clibanū, vt eos succenderet ille rex & idolatriæ flāmis ardore faceret. Cū illis illusoribus, cū eiusmodi principibus manū suā extendit, quasi benedicendo & pro facilitate cōsensu grates agendo, cū insidiaretur eis, id est, cū iniquū penes se habesret cōiliū, vt eos omnino auerteret à templo dñi, ne pergendo Hierosolymā causa adorandi & sacrificandi, paulatim resipisceret, & vnū eundēq; cū Iuda regē rufus susciperet, talia machinando, tota (ingr) nocte dormiuit, coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. Et est sensus. Postq; ignē malicie cordibus eoz immisit, & vīdit eos furere, nūl, lumq; esse qui suæ resisteret voluntati, tota nocte dormiuit, hoc est, secutus iacuit, versus, tūs in tenebris, coquens eos igne impietatis: mane autē ipse succensus flāmis suoꝝ scelerū venit ad immolandū. Hæc secundū conjecturā magis q̄ secundū historiā de præterito tēpore narrata vīcunq; valeant: nos illud attentes, quia propheta est, & tanta profunditatis fibi conscius, vt in fine voluminis dicat illud, qd iam s̄pē cōmemoratu est. Quis sapiens & intelliget ista, intelligens & sciat hæc? Nos ad mysteriū salvatoris supra cōceptū recurramus, & in futuꝝ tēpū respicente propheta, intellectuali oculo sequi cōtēdamus. Ista sunt adiunctiones eoz, adiunctiones Iudæorū, quæ illos circūtuerunt, quas effugere nō potuerunt: propter quas bellica Romanoꝝ falce vt secarerunt, vt arida messis, iudicati atq; damnati sunt. In malitia sua lātificauerunt regē, & in mēdacijs suis principes, omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Isti adulterantes illi sunt, quoꝝ scelus alius propheta præuidens. Audite (inquit) verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorræ. Præuidebat nāq; sacrilegium Iudæorum, & illam noctem qua insaniuerunt aduersus dominum & aduersus Christū eius, non sine quadam similitudine Sodomorum. Nota quippe vetus historia est, quia cum hospitaretur dominus apud Loth, viri ciuitatis vallauerunt dormum ipsius ipsa nocte a puerō vīsq; ad senem omnis populus simul: vocauerunt Loth & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui ad te introierunt nocte? &c. Secundum similitudinem illorum, isti, quasi clibanus succēsi a coquente diabolo, illa nocte paschali post esum agni sui, crapulati & ebrii, circumdecederunt domum, & tenuerunt eum, vt traderent gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. In illa malitia sua lātificauerunt regem. Quem regem? Vtq; Pontium Pilatum sive etiam ipsum Cæsarem, quem se lātificare putauerant adulando, & dicen do, non habemus regem nisi Cæsarem. Nam Pilatum recte hic regem dici confirmat illud de Actibus apostolorum, vbi cum dixissent fideles, orantes, Domine tu qui fecisti celum, & terram, mare, & omnia quæ in eis, qui spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt iniania. A siti runti reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum & aduersus Christum eius, continuo subiunxerunt. Conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populus Israel. Reges illos, de quibus scriptum fuerat, astiterunt reges terræ: Pontium Pilatum & Herodem ille scripturæ locus testatur fusisse. Et recte, tetrachæ em̄ erāt, id est, singuli quartæ partis regni Iudaici reguli isti. Pontius Pilatus, Herodes, Philippus, & Lydia fanias, illum tamē suum regem in malitia sua Iudæi lātificauerunt, in eo quod dominum Iesum comprehenderunt, eiq; crucifigendum tradiderūt. Loquebatur quidē verba quæ si tristia, dicendot: Ego in eo nullam inuenio causam, & cætera his similia, lauans etiam manus suas & dicens, Mundus ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis: sed mentiebatur homo expers veritatis, & propria possessio mendacijs. Etenim is qui, dicente domino, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati, omnis qui est ex veritate, audit meam vocem: & continuo procaciter dixit, quid est veritas

Veritas, & nō expectato responso, iteq; exiuit. Quam longe putas à veritate & q̄ mendax extitit! Imo non solū mēdax, verūmetiam simulator & callidus, simulans tristitiam quasi pius, cū impie lataretur. Dicit aliquis. Quæ causa vel necessitas illi erat, vt cū lataret, Cur simus tristitiam simularē? Nimirū Romani imperij, quæ tunc vigebat, seculare iustitiam timebat, labiatuſia ī vocaretur in ius, eo q̄ hominē occidisset innocentē, pœnāq; subiret homicidij. Quod tamen postea contigit. Hic erat timor eius, quæ & Evangelista memorat, vbi cū dixissent Iudei, nos legem habemus, & secundū legem debet mori, quia filium dei se fecit: conti nuo sublunxit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit. Sed adhuc videatur illum excusare dñs ipse, cum dicit, Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Non excusat homicidam, sed in comparationem eius ludaicū scelus magis condemnat. Pilatus nāq; qui neq; legem, neq; prophetas accēpit, sic in nece domini accusat tanq; reus homicidij, quia nihil aliud q̄ hominem illū ēē scire potuit. Iudæus autem ex lege & prophetis convincitur, quia non tantum hominem, sed & regem & deum suum tradidit, ac perinde maius peccatum habet, de quo & excusationem non habet. Igitur in malitia sua lātificauerunt Pilatum regem sine tetrarcham aut præsidem, imo non tantum regē, sed & reges, Pilatum & Herodem. Ut enim cognovit Pilatus (ait Euāgelista) q̄ de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes vīo Iesu, gauſus est valde, scilicet viuſu miraculoꝝ eius sperav̄ regiam ac superba oculorum suoꝝ curiositatēm paseere vel satiare. Sequit̄ enim. Erat em̄ cupiens ex multo tēpore videre eum, eo q̄ audiret multa de illo, & sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Cumq; nihil responderet, spreuit illū Herodes cū exercitu suo, & illusit, induitūq; veste alba, remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inimicem. Hæc fuit lātitia illorum, cōuenire in amicitiam & consensum ad illudendum & perdendum dominū. Porro principes, quos in mēdacijs suis itidem lātificauerunt, maxime principes sacerdotum Annas & Caiphas extiterūt, qui inique lātabantur, quando secundum voluntatem ipsorū turbæ mentiebantur, clamantes illū sedūctorem magnū, malefactorem, dicētes, quia inuenimus hunc subuententem gentē nostrā & prohibentem tributa dare Cæsari, & cætera his similia. Quieuit (inquit) paululū ciuitas ex cōmixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Festivitas Iudæorū, qua imminentē dñs quārebatur ad occidendum, notum est quia festivitas erat azymoꝝ, & ab illa vespera qua traditus est vīsq; ad diem octauum, iuxta præceptum legis fermentatum non intenuebatur in dominib; eorum. At illi fermentati in sēmetipsū erant fermēti veteri, fermento malitiæ & nequitiae. Opportune ergo tūc ciuitas habuisse denotat cōmixtionem fermenti, qn̄ vanissime cauebat exterius fermentum in panibus, & nō timebat fermentari in trinsecus malitiis & sanguineis apparatibus. Ab eiusmodi fermenti cōmixtione paululū ciuitas cōquieuit, quia postq; illo cōſilio malignantium fuere fermentati, cogitantes ut interficerent eū, paululū se continuerūt & quieuerūt Iudæi Hierosolymani, propter turbas, quæ ascenderūt de ciuitatibus vel regionibus alijs, quæ & suscepérūt illum cū ramis palmarū, clamantes osanna filio David. Hinc est illud, quod cū cohiliū fecissent, vt eū dos lo tenerent & occiderent. Dicebāt (inquit Euāgelista) Nō in die festo, causamq; subiungit. Ne forte tumultus fieret populi. Quod vīsq; nō dicebant intentione religionis, vt haberet festivitas ornamentum pacis, sed ne de manibus eorum tolleretur auxilio eius, q ad diem festū conuenerat populi. Nam vbi traditor accessit, qui traderet illum sine turbis, in ipsa festivitatē nocte exierūt ad cōprehendendū illum, contra morem religionis, cōtra tēdit. Etūm legis. Cum em̄ dixisset lex, fasciculūq; hyſopū tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare & vtrāq; postē. Iſtud qīq; addidit: nullusq; vestrū egrediatur hostium domus sue vīsq; mane. Ita male & maligna intētione ciuitas, quæ epulari debebat in azymis, quieuit, ex quo fermentari cœperat cōmixtione illius fermenti, quod cōmixtū fuerat maligni collectione cōciliū, agentibus hoc senioribus & scribis & phariseis, & principibus sacerdotiū, vt quiesceret donec fermentaret totū, id est, donec magis ac magis oēs in eundem cōfūmaretur iniquitatis cōsensem. His dīcis repente prophetae voces eoz, qui dominū cōprehenderant, horribiles inclamat, Dies regis nostri. Puta illos dixisse. Honor regis nostri, honor & fidelitas Cæsaris, non enim habemus regē, nisi Cæsar

Cæsarem, & illi honorem in hac die fecimus, capiendo hunc qui prohibebat tributa dari Cæsari. Dies hic memorialis illi sit, pro cuius honore & fidelitate istū, qui se dicit regem esse, illudimus, cōspuimus, spinis coronamus, flagellamus, crucifigimus. Hæc & hmoi di centes, cōcepterunt (inquit) principes furere a vino. Veraciter animo cōperūt furere, q̄a non ieiuni aut sobri mane, sed crapulati & ebr̄i cōprehenderunt illū in vespera clauso ī die in illa festivitate, in illa paschali nocte, quando nimi⁹ delectabile illis de more fuisse nemo ambigat, opulenter cœnare atque effatim potare. Poti & pleno ventre resoluti, modū furori nescierunt ponere, persequentes hominē inopem & mendicū, & cōpunctū corde mortificare. Hinc illud est inter ceterā persona eius dictū. Aduerūl me loquēbatur siue exercebantur qui sedebat in porta, & in me psallebant qui bibebat vīnū. Biberat em̄ (vt tam dicitur est) illa nocte vīnū, atq̄ perinde ebrietate augente furorem, psallebant in eum: psallebant (inquit) non sicut David laudē dei, sed strepabant vocibus horrisonis, op̄ probria decantantes & blasphemā nominis dei, sicut ait ipse. Et opprobria exprobrantū tibi ceciderunt super me. Sequitur. Extendit manū suā cū illusoribus, qui applicuerunt quasi cibānū cor suū cum insidiaref eis. Tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipe suc nū extēdit, census quasi ignis flammæ. Quis extendit manū suam cū illis illusoribus? Nimirum Pilatus iam dicitur. Qūo extendit manū suam? Profecto cohorte mittendo ad capiendū dorū, sicut testatur Euangēlista cū dicit: Iudas ergo cū accepisset cohortem, & a pontificib⁹ & phariseis ministros, venit illuc cū laternis & facibus & armis. Nam cū sic distinguit, cū accepisset cohortem, & a pontificib⁹ & phariseis ministros, palam dat intelligi, quia ministros quidem à pontificib⁹ & phariseis accepit: cohortem vero a præside, p̄nes quem & cohortes & ceteri militares imperij Romani erant ordines. Itaq̄ manū sua extendit cum illusoribus, manū vtq̄ militarem, id est cohortem misit, phariseis & pontificibus suos pariter ministros mittentibus. Et recte hic illusores appellant, quia nocte illa, cum tenuissent dñm, illuserunt eū, expuendo in faciem eius, colaphis cedendo, & palmas dando in faciem eius, & cetera faciendo; quæ in euāgēlio legitim⁹. Quia fiducia fretus, taliter extendit manū suā. Quia applicuerūt (inquit) quasi cibānū cor suū, id est quia bene conscius erat qđ per insidiā tradidissent eū. Illo inuidiæ confusus incendio manū suam extendit, in en qđ ad comprehendendū illū cohortem misit, cū insidiaretur eis, id est ita, vt insidiaretur eis, ita vt flamman inuidiæ magis ac magis accrescere faceret in eis. Dicebat enīt: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicit Chrs⁹? Item, cū adduxisset eū foras & sedisset pro tribunali: Ecce (inquit) rex vester. Clamans illis, tolle tolle crucifige eū. Regē vestrum (inquit) crucifgam? Talia dicēdo nimi⁹, insidiabit eis, id est, hoc agebat, vt inuidiæ flammā magis ac magis augesceret in eis. Et vide nequitā hominis mēdaciſſimi, callidi, & insidiatoris. Tota, inquit, nocte dormiuit coquens eos, mane ipe succensus quasi ignis flammæ. Quia nocte tota illa dormiuit. Nimirū eadē nocte qua manū suā extēdit, id est cohortem misit. Nusquā em̄ affuit persona eius vel interfuit tota nocte illa, qua illi, velut cibānū succensi, furiose in illum ardētes inſanerūt, cōclamādo, cōspuendo, colaphis cedendo, palmas in facie eius dando. Inter hæc intus continuuit se vīp̄ mane, & tūc apparuit ipe succensus quasi ignis flammæ. Siquidē mane factō (inq̄ Euāgēlista) vīcēti adduxerūt eum & tradiderūt Pontio Pilato præſidi, videlicet consiliū ineuntēs, vt eū morti traderent. In illo cōſilio is, q̄ tota nocte dormierat, Pilatus quasi ignis flammæ succensus in verba prorūpit, ardēs pariter & succendēs, & ardētes instigans verbis supra memoratis, ne ab illo, quo ardebāt, inuidiæ incēdio refrigerceret. Quid multa! L Omnes calefacti sunt quasi cibānū, & deuorauerūt iudices suos. L Omnes (inquit) calefacti sunt, seditio cōualuit, & vidit ipe, Pilatus, imo videre gauſius est gaudio maligno, qđ seditio conualeſceret, nihilq̄ proficeret negitādo qđ villam in eo causam inueniret, & singendo mirari se quod inſtarent, vt regem ipſorum cruciſigeret. Ita oēs calefacti flamma zeli & inuidiæ, quasi cibānū oēs, in quam principes ſacerdotū & ipe Pilatus, ſcribæ & pharisei persuadentes, turba Iudeorū cōclamantes, milites præſidi illudētes, & omnia quæ ſcripta ſunt peragentes. Sed quid? Et deuorauerunt, inquit, iudices suos. Miro modo dictum, qđ iudices suos deuorauerūt. Vē deuoratoribus illis, quia deuorauerūt, id est cōdemnauerunt illos, a quibus iudicādi ſunt. Iudiciū primus ipe est dñs Iesus Chrs⁹, vēturus iudex viuō & mortuō, ceteri vero iudices

dices apostoli ſunt, quibus ipſe loquitus eſt: Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Iſtos, quantū in ipſis fuīt, deuorauerūt, quia videlicet ipſum dominū ſic ſe occidere putauerunt, vt omnino moreretur & periret nomen eius. A poſto los aut̄ in fugā conuerterunt, & maximū ex illis Petru negare cōpulerunt. Igitur miſeri, atq̄ à miſericordiā foribus excludendi, mira in felicitate illos deuorauerūt, quos iudices habūtbiti ſunt illos iudices habituri ſunt quos deuorarunt, quomodo vel inquantū potuerūt. Sequitur. L Omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me. Hoc & de illius temporis ſtatu, quo vitulos aureos coluerunt, & de tēpore iam dictæ paſſionis domi- niae recte intelligentū eſt. Nā & tunc ita ceciderunt omnes reges pēcē tribuum, vt non eſſet vel vīnus qui recederet à peccatis Hieroboam: & itidē quando Christū cōdemnauerunt, ita reges eorū ceciderunt, ita rectores vel p̄incipes eorū excæcati ſunt ac velut rami fracti corruerunt, vt non ſit in eis qui clamet ad dominū. Clamat quidē, ſed non ad dñm, Eſai, imo contra dominū blaſphemando Christū deum & dñm. Quod & ſi extēnc clamare & ſacrificare contendunt, reſultat eis illud prophetū: Et cum extenderit manus vefras, auertā oculos meos a vobis: & cū multiplicauerit orationē, nō exaudiām; manus em̄ vē Ephraim ſtrā ſanguine plena ſunt, ita cadendo quales facti ſunt. Ait, L Ephraim in populis iſe cō- mīſebatur. L Ephraim omnis ille dicitur, qui recessit a domo Dauid: magis autem ille populus, qui crucifixit Christū filiū Dauid, quia veraciter ſic faciendo recessit à domo Dauid. Sed & de hac & de illa recessione iā ſuperius diximus, quia hæc illi ſimiliſ eſt, imo illic cōcepta recessio, hic cōſummatā eſt. Ergo Ephraim, id eſt, omnis carnalis Israel & car- nalis ſūdāiſmuſ, apud quem non eſt Dauid, neq̄ ſemen eius Chrs⁹, in populis com- mīſebatur & commīſetur, id eſt, inter gentes reputatur. Nam contra, Israel ve- rū, inter gentes reputatur, ſed habitat ſolus, iuxta illud: Populus ſolus habitabit, Deut. 35 & inter gentes non reputabitur. Item & Moſes benedicendo loquitur: Habitabit Israel cōſiderent & ſolus. Hic Israel ſanctus & mādus eſt. Is autem, qui nomine Ephraim in p- ſenti loco denotatur, immūdus eſt & ſordidus, in populis cōmixtus. Hoc eſt quod ſequi- tur. L Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, q̄ nō reuersat. L Quod idē eſt ac ſi dicat, in- uidiæ flammis quaſi in cibāno decoctus, ſub cinere peccatorū ſuo p̄mititur, & ad peni- tentiam nō cōuertitur. Nā ſicut panis ſubcinericius à cinere nō emūdatur niſi reuersetur: ita Iudaicus populus, qui (vt ſaepē iam dicitur) veraciter recessit a domo Dauid, atq̄ idē circo a nomine Ephraim p̄ ſpī prophetū denotatur, a peccatis suis non liberal, qđ ad fidē Christi non conuertit. Itaq̄ in populis cōmīſetur populoꝝ nominibus, qbus cōtrī Ezech. 16 xtuſ eſt & ſimiliſ factus eſt, iure cēſetur, iuxta illud: Pater tuus Amorrāe, & mater tua Matth. 12 Chetae. Nec vero tantūmodo in populis cōmīſetur, verūmetiā in malis meritis p̄fertur. Exempli gratia, cū dominus dicit: Viri Niniuitaſ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, quia poenitentiā egerunt ad p̄dicationē Iona. Et ecce plus q̄ Iona hic. Et his ſimilia. Dili- genter verba prophetice veritatis persequuntur, quibus iſe Ephraim vehemēter culpa- tur. L Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. L Vere manifestū eſt quia comederunt alieni robur eius, id eſt, abſtulerūt omnē dignitatē regale ſue p̄ncipalē, quia olim tanq̄ in iuueniūtua ſua roborabatur. Ecce em̄ ho Gene. 49 die nō eſt illi rex neq̄ p̄ncipes aut dux, & ipſe (inquit) neſciuit. Quid neſciuit? Nimirū il- lū quod nō neſciere, ſed magnopere ſcire debuit, quia nō prius comedere, nō prius om̄ino deuoraretur tale illud robur eius, donēc veniret verū robur & vere p̄ncipes fortitu- dinis Christus. Sic em̄ patriarcha Jacob fuerat p̄loquitus: Non auferet ſceptru de Iuda, & dux de ſcēmore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Quo tēpore venit ille quē veniſ, ſe creditur, natū ex vtero virginis, quē negauit iſe Ephraim, factū eſt iſtud. Alieni, ſcili- cet gentiles Romani comederūt robur eius, id eſt, regnū eius ablatū tradiderūt ſui ſatelliſ tibus, ſciliſ Herodi & posteris eius: & poſtmodū venientes in ſuper tulerūt locū, & gen- tē illius. Hoc ipſe neſciuit, imo neſciere noluit, vt diceret aut dicat quia Chrs⁹ iam venit, ſi ve- rus eſt fermo quē tantus p̄rarcha dixit. Nec vero taliter comederunt alieni robur illud, Spes Iudee ut poſſit recuperari, ſed ita vt irrecuperabile ſit. Hoc eſt qđ ait: Et cani effuſi ſunt in eo & orvanaꝝ ipſe ignorauit. Ac ſi dicat: Sicut homini p̄ ſenectute canescent iam non eſt ſpes vt recu- fallax, petetur in eo robur iuuentutis, ita populo illi, ex quo regnum ſic perdidit, nō eſt ſpes re- cuperād

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. III.

Superandi, nisi illa quæ vana est, & fallax erit, & frustrabili est, quando videlicet pro Christo suscipiet Antichristum. Hoc ipse ignoravit, canos istos in semetipso non attendit. Vix autem quicunque verus Israelita extitit vel nunc est, ipse non ignorat, quia sic senuit & incanuit Ephraim, ut iam non sit sicut heri & nudius tertius, quod toties vicitus vel captus ab hostibus post fatigationem captiuitatis regnum quasi iuuenile robur recuperare potuit. Erritus homo canos istos sic intelligit, vt ad similitudinem respiciat Abraham senis, & Sarah iamiam decrepitæ matris. Sicut enim illi tunc Isaac genuerunt, quod in illis cani effusæ sunt, cum ante Sara steriles fuissent: ita tunc demum Christus nasci debuit de populo illo, quod regno ablato inuaidus factus est. Quomodo haec ipse nesciuit, aut quomodo ignorauit. Malo nimis & pessimo inscituræ vel ignorantia modo, nolendo intelligere, nolendo scire, repulendo scientiam hanc, sicut superius dominus dicit. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Ergo quod dicitur, & ipse nesciuit & ipse ignorauit, id est, ac si diceretur, propter culpâ superbie cæcatus est, quia scire contempset. Unde & protinus subditur. Et humiliabitur superbia Israel in faciem eius. Superbia namque Israel palam nunc est quod in faciem eius humiliata sit, quia propter superbiam cæcitas cogitat in Israel, vt Apostolus ait: V elamen quod positum est super cor eorum, sicut praesignabat velata exterius facies Mosi, humiliatio superbie Israel est. In cœspectu omnium, qui reuelata facie contemplantur gloriam domini, humiliatio quæ propter superbiam cogitat, cognoscitur in facie eius, in corde & sensu eius. Præterea sic quoque humiliata est eadem superbiam in faciem eius, vt tunc ab Assyriis & Babylonis captiuitatis iugo præmeretur, pro eo quod prophetas occidit, & postea miserabiliter à Romanis disperderetur, pro eo quod prophetarum dominum, Christum crucifixit. Quamvis in eadem humiliacione ceruicem subrigerat aduersus dominum, dicendo, semen Abrahæ sumus, & ne minimi seruimus vñq, tamen nihilominus seruimus peccati, sub hominibus q̄c seruile iugum ferebant, Romanis seruiebat, vt ceteris regnis seruerat, & seruitutis eiusdem graue adhuc experimentum capere habebant, cadentes in ore gladii, & in omnes gētes ducti captiui, lahis omnibus humiliatur quidem, sed nihilominus perseverat superbia, dum in synagogis suis ipm quem experti sunt victore Christū blasphemāt. Hoc est quod sequitur. Ne reuersi sunt ad dñm deū suū, & non quæsierunt eū in omnibus his. Vere duræ ceruicia populū, qui tot flagellis coercitus, ad dominum nō reuertitur. Super hoc admirans ipse dominus in Esaiā loquitur: Super quod percutiā vos ultra adentes prævaricationē. Nimirum velut districtus dominus, cū oēs virgas & flagella cū clavis castigando consumpsit, maturat seruū incorrigiblē & contumacem. Vnde hoc? Videlicet, quia velut & obdurate habent cor, smo quia nec habet cor. Sequitur enim. Factus est Ephraim quasi columba seducta, nō habens cor. In eo qđ nō absolute ait, factus est quasi columba, sed addidit, seducta: bonâ columba significatione præsentil loco penitus exterminat. Amplius autem cū apponit adhuc, non habet cor, seductionē eiusdem & vacuitatem totius boni miro exprimit modo. Si quidem aduersus id, qđ de columba pro bona similitudine dici vel scribi posset, non habet cor: dicitur hic, nō habet cor. Quanta putas distantia est inter non habentes fel, & non habentem cor? Quāta (inquit) differentia, columba habens fel, & nō habens cor, à columba non habente fel, & habente cor, sciunt̄ est. Nagna profectio & omnino contraria. Sic plane & tāta dissimilitudine sciunt̄ est carnalis Israel à spiritu, qualis tunc erat ille Ephraim, q̄ seductus est vt recederet a domo Dauid, & nunc est iste Iudas q̄ neaguit Christū filiū dei. Columba esse debuit manendo in simplicitate atq; vnitate paternae fidei, sed & tunc & nūc seducente diabolo recessit in felle amaritudinis, in inopia cordis. Quo recessit? Quo abiit? Aegyptum inuocabant, & ad Assyrios abiérunt. Quo modo Aegyptū inuocabat? Deos Aegyptios colebant, ex quo corpore & non mente, de Aegypto exierunt. Tūc enim cū vix existent, vitulū in deserto fecerunt, & adorauerunt more Aegyptiorum, sicut inter eos facere consueverat. Verba quoque ipsorum Aegyptii inuocantium haec fuerunt. Utinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnum, & comedebamus panes in saturitate. Item: Cōstituimus nobis ducē, & reuertamur in Aegyptū. Et his similia. Post q̄ autē terrā adepti sunt tā bonā, vt Aegyptiacis carnibus vel panibus nō indigeret, nihilominus tamē Aegyptum inuocauerunt. Duos enim vitulos fecerunt eadē, imo & maiori dementia, quam oīlī in deserto fecerat & adorauerant vñū. Hoc modo propter suā in gloriem atq; luxuriam Aegyptū inuocantes, ad Assyrios q̄c abierunt & similes illis facti sunt, videlicet per sup̄biā, atq; ita in populis cōmixti, nō tā Israelite q̄ Aegyptij vel Assyrij dici inuicterūt. Amplius autem, quando (vt s̄pē iam dicit̄ est) Christū negauerunt, regemq; suum esse Cæsarē professi sunt, & non aliū, Aegyptū inuocabant & ad Assyrios abiérunt, id est, hominū sine deo, qui solū diligūt hoc seculū, & maligno spiritu sese socios in dānatōe fecerunt. Sed quid sequitur? Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, quæ vo lucres cœli detrahā eos. Secundum metaphoram columbæ seductæ, & non habentis cor, pulchre significat quod comprehendantur in superbia sua, qui per superbiam q̄dem quaf volando sese extollere ausi sunt, sed nihilominus infirmi sunt atq; inuaidi vt columba. Cū (inquit) profecti fuerint, videlicet oīlī, dicendos: Non est nobis pars in Dā 3. Reg. 12. Iohā. 16. uid, neq; haereditas in filio Isai, & nunc clamando, non habemus regem nisi Cæsarē tunc Lucce, II. expandam rete meum, & quæ volucres cœli detrahā eos, vt neq; cum glorioſis & libe ratis quos æmulant, penna libertatis volare possint, neque apud me liberi sint, sed pœnas det vanæ spei & præsumptionis: primum in Assyriis & Chaldaeis captiui, & deinde sub Romanis per totum orbem vinculis & retibus captiuitatis distracti atque compediti. His dictis æquam protinus & iustum accumulat sententiam, dicens. Lædam eos secundum auditionem cœtus eorum. Auditio nāq; cœtus eorum illa extitit, quā hodieq; audimus & legimus, quia vanum sibi finixerunt timorem & dixerunt, Si diuinitus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem. Hūc timor pontifices & pharisei collecto concilio finixerunt, & totum consilium cœtus vniuersus audiuīt, & aurem libenter apposuit, vt quæ ex necessitate viderent occidere Christum. Sed quid econtra illis evenit? Non quia occiderunt illum cum Romanis regnauerunt, sed potius hoc exigente sub Romanis, pœnas dederūt, venerisq; Romani, locumq; illis & gentem tulerunt. Igitur cædam (inquit) eos secundū auditonem cœtus eorum, id est inducāt super eos formidinem quam formidauerunt, quam fibimet confinxerunt, non vere formidantes, sed formidinem eiusmodi veram videri volentes. Vt eis, quoniam recesserunt a me. Vt astabuntur, quoniam prævaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Ita cædam eos vt & secundum corpus vastentur, quoniam prævaricati sunt in me. Nec enim tantummodo in legem meam prævaricati sunt, in meipm manus miserūt, meipsum trādiderunt ad crucifigendum. Et vide q̄ ingratī sint. Ego redemi eos, & oīlī ex Aegypto, & nunc a peccatis in sanguine meo: scelus quoque meæ mortis ignoscēs illis ita vt dicerēt. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt: & ipsi pertinaciter contra me mendacia loquuti sunt. Nam & militibus copias dederunt pecuniam, dicentes: Dixi, quia discipuli nocte venerunt, & surati sunt eum, nobis dormientibus & si hoc audiatur, fuerit a præside, nos suadebitus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti. Et diuulgatum est apud Iudeos verbū istud vñc in hodiernū diem. Hæc & huiusmodi mendacia contra me loquuti sunt & loqui nō desinūt. Et nō clamauerunt ad me in corde suo, sed vñlabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt a me. Diligenter in verbis istis diuinā perpendamus iustitiam, quia hic causa est propter quam carnalis Israel existimet vel reputet Edom sine Esau, & non Israel. Et non clamauerunt (inquit) ad me, sed vñlabant. Quidnam est clamare ad dominum, nisi desiderare dominum? Ceterè si quis orationē multiplicet, quātumvis clamando, & lachrymando, non habens intentionem in hoc, vt ipm mereatur habere deū, sed vt aliud quid obtineat terrenum sive transitorium, nō veraciter dici potest clamare ad dominum, id est ita clamare vt clamare eius ad domini dei perueniat auditum. Iste qui sic clamat, nimis similis est Esau, de quo scriptum est: Auditis Esau sermonibus patris, ir rugit clamore magno & consternatus, ait: Benedic etiam & miseri pater mi. Non vñtique alium quærebatur benedictionis fructum, nisi hunc, vt in isto seculo diues ac potens existaret. Idcirco postmodū sequitur. Cumq; eiulatu magno fleret, motus lassac dixit ad eum. In pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Sciebat em quid ereret,

IN OSEE PROPHET. CAP. VII. FO. XXXII.

Clamor ad deū p̄terū renis vñlula tūs est. Gene. 27. F. 2. & 10d.

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. III.

& idcirco illius benedictionē eiusmodi p̄finitūt. Alt ergo, Et non clamauerūt ad me in corde suo, sed v̄lubabant in cubiculis suis, id est, non fuerunt mihi deuoti, cor eorū mecum rectum nō fuit, non meipsum, sed quāea mea sunt quāesierunt, & propter hāc eiulabant in cubiculis suis, id est, in synagogis suis, quāea nimirūt non ecclesia mea, sed cubicula ipsorum sunt, Vere v̄lubabant, quia super triticum (inquit) & vinum ruminabant, sola quāea ventris sunt quārebant, & recesserunt a me, videlicet non querendo habere me. Hoc modo res uera non ad generationē pertinent, quārentium dominum quārentium faciem dei lat̄ cob, sed ad generationē Esau. Hoc sentiunt A postolus dicit ad Hebræos: Ne qua radix amaritudinis tūrsum germinans īmpediat, & per illam inquietur multi, ne quis fornicat̄ aut prophanus vt Esau, qui propter vñā elcam vendidit primitua sua. Scitote enim, quānam & posteā cupiens hāreditare benedictionē, reprobatus est. Nō em̄ inuenit p̄e nitentiae locū, quāq̄ cum lachrymis inquisisset eam. Vīc̄ hodie infelices Iūdæi sic v̄lublānt in cubiculis suis, neq̄ inueniunt p̄nitentiae locū, vt benedictionem hāreditare possint, quāq̄ cum lachrymis inquirant eam. Quare? Quia non clamāt ad dominū in corde suo, sed super triticum & vinū ruminant, id est, non eccl̄estie quārent grām, non peccato

Pfalz 3
Heb. 12

PfaP.34.

Luc. i.

Deuter. 8

Psal. 104

Pfahl 107

Valent

Matthew

Arcus do losus.

Psal. 93

Psal. 65

IN OSEE PROPHETAM. CAP. VIII. F. XXXIII.

firmauerunt sibi clamando: Tolle tolle, crucifige crucifige. Et hic linguae gladius sic acutus Mariæ quoque animam pertransiuit, iuxta dictum Simeonis. Ab illo furore, id est propter illum furem lingue suæ, caderent (inquit) in gladio principes eorum, & sic factū est. Legimus & miramur Iosephum narrantem illud miserabile excidium Hierosolymos, in quo sic ceciderunt, vt nunquam suum possint recuperare statum, foris Romanorum, in suis gladiis concisi suorum conciuitum & contribulitum, vt multo alter q̄ gladiis cecidisse sent Assyriorum sue Babyloniorum. Et merito, quia nimis longum traxerant peccatorum funiculum. Ait enim. Illa subsannatio eorum in terra Aegypti. Et est sensus. Ista peccantium infania non noua est, sed inueterata, ex quo gens ista nata est in terra Aegypti. Illic namq; patres istoq; qui subsannauerunt Christū dominum legis & prophetarum, Rebellois dæorum contra Mosen, constituerunt Mosen missum sibi à deo vt liberaret eos de manu Aegyptiorum. Licit enim clamarent ad dominū propter afflictionem & duram seruitutem, tamen mira demetia missum sibi liberatorem subsannauerunt, dedignando intelligere quod visitarentur & salvandi essent per illum. Hinc Stephanus protomartyr, cum præmisisset: Existimabat autem intelligere fratres suos, quoniam deus per manus ipsius daret salutem illis. At illi (inquit) non intellexerunt. Et post pauca, Hunc Mosen, quem negauerunt dicentes, quis te constituit principem & dominum? Hunc deus principem & redemptorē misit, qui accepit verba vitae dare nobis, cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaront: Fac nobis deos qui precedant nos: Mōsi enim huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit. Et vitulum fecerunt in illis diebus. Ergo quod in Aegypto subsannatio illorum iam saeuerit, palam est, & ex ipsis quoq; verbis attestantibus potest colligi. Cum enim persequeretur eos Pharaō, illi videntes ex exercitu eius, dixerunt, Foritan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegyptio? Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: recede à nobis vt seruiamus Aegyptijs? Illic nimirum testantur se illum repulisse mira inuidientiae crudelitate, vt cum clamarent ad dominū ob suam liberationē, persona liberantis odirent & cū sibi salutē cuperent, illi personæ, quā nouerant gloriam ministerij salutaris inuiderent. Eadē morbo corrupti, cū regem nimis importune quæfissent, datam sibi secundū cor dñi personam odere regnarem, inuidebantq; gloriæ triumphatoris, cuius contra gentes inimicas gloriabantur triumphis, in tantū vt contra illum susciperet filium eius Absalon, deinde Seba filii Bochi, deinde Heroboam filii Naboth semel & iterū dicentes, non est nobis pars in David, neq; hæreditas in filio Iisai. Eadē iniquitate siue subsannatione perseuerante, cū regē magnū per prophetas pñncipiatū expectassent Messiā, ad magnū generis sui gloriā vententis odere personā, & illā quā ex lectione poterat animaduertere Christi gloriam stanti in medio ipsis personæ nimis crudeliter inuidebat. Igitur ista subsannatio eoz in terra Aegypti, id est, sic subsannauerūt Mosen in terra Aegypti; sic subsannauerūt Chrm filii dei, sic subsannauerūt David, sic subsannado negauerūt Mosen, negauerūt David, negauerūt Christū ante faciem Pilati. Et idcirco cadent in ore gladij (vt iam dictū est) propter istū lingue suę furorē, propter istā suā subsannationē. Quid proinde facias o propheta? In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domū dñi, pro eo qđ transgressi sunt fecerūt meū & legē meā prævaricari sunt. Me inuocabant, deus meus, cognovimus te. Proici et Israel bonū, inimicus persequetur eum. Hæc annuncia & annunciendo in gutture tuo sit tuba, quia videlicet populo huic bellum est, & nō pax. A quila namq; veniet super domū dñi, id est, Romanū imperiū, cuius militare signū aquila erat, veniet super ciuitatē, in qua est domus dñi. In Ezechiele, vbi contra Iudā prophetia dirigit, decē tribubus iam in Aquila co Assyrios translatis, per aquilā Nabuchodonosor significatur his verbis, Aquila grandis alarū magna, longo membro, ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanū & tulit medullā cedri, summitatē eius auslit, &c. Nescitis quid ista significant? Dic. Ecce ve Ezechiel, 17 nist rex Babylonis in Hierusalē, & asseruet reges & principes eius & adducet eos ad se in Babylonē. Hic autē vbi non aduersus Iudā tantū, sed aduersus omnē Israel prophetia texitur, & quasi tuba declamare iubetur, recte secundum supra dicta per aquilam excellentia Romani intelligitur imperiū, cuius (vt iam dictum est) militare signū aquila fuit, ante suscep-

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. III.

Pactum dei cū Salo mone. **ptum vexillū crucis, eo q̄ aquila rex avium esse dicatur, & cuius ob honorem Herodes quoq̄ aureā fixit aquilā super templum dñi, vt refert Iosephus. Hæc aquila (inquit) super domum dñi, id est, Romanū imperium ad defruendā irrecuperabilitē veniet gloriā laicordotij ludaici. Quā ob causam? Pro eo (inquit) q̄ transgressi sunt pactū meum, & legem meā præuaricati sunt. ¶ Poterat enim obīcere quis & dicere, quod istud deus faceret vel fieri fineret, contra suū statutū, contra foedus vel pactū quod pepigit cū patribus eorum. Nā, vt de cæteris taceamus, nunc ad Salomonē, qui primus adificauit illam domū domini, taliter dixit: Exaudiui orationē tuam & deprecationem, qua deprecatus es coram me. Sanctificauit domū hanc quā adificasti, vt ponere nomen meū ibi in sempiternū. Sed vi de quid postmodū sequitur. Si aut̄ auersione auersi fueritis vos & filii vestri, non sequentes me, nec custodiētes mādata mea & cærimonias quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferant Israel de superficie terræ quā dedi eis, & templum quod sanctificauit nomini meo, proīciam à conspectu meo, ericq; in prouerbium & in fabulā cunctis populis, & dominus hæc erit in exemplū. Ergo in pacto domus illa stetit, id est, sub cōditione seruandæ iustitiae, quā profecto seruandū ab illis non esse, de us præsciuit. Nam si seruandā esset p̄scire, nequaq̄ conditionaliter illis bona sua promitteret, toties dicēdo, si p̄cepta mea seruaueritis, si in vijs meis ambulaueritis, quod in lege frequens, sed absolute & modo p̄dicatiuo vel promissiuo, sicut ad Abramā locutus est in promissione seminis, qđ est Christus. Non enī dixit, si egressus fueris de terra tua, sed egredie, re (inquit) de terra tua, &c. & benedic tibi, atq; in te benedicētur vniuersae cognatiōes terræ. Itemq; in re promissione nō dixit, si feceris tē hanc & nō peperc̄is filio tuo vngenito, benedicetur in seruine tuo oēs gentes terræ. Quæ vniuersaliter populo pro cultu tabernaculi vel domus dñi, pro cærimonij seruādis promissa sunt, sub cōditione posuit prudētia dei p̄scientis, quod cōditionē vel pactū promissionis nō essent seruaturi, & q̄ pactū istud irritū facturi essent, sicut & Hieremias verbis declamat manifestis. Cū enim p̄misisset, Audite verba paciū huius, & facite illa, postmodum hæc intulit. Et hi ergo abierunt post deosalienos vt seruaret̄ eis, irritū fecerūt domus Israel & dominus Itida pactū meū qđ pepigit cū patribus eorū. Itemq; alio loco dicit: Et nolite cōsidere in verbis mēdacijs, dicentes: Tempū dñi, templū dñi, templū dñi est: qm̄ si bene direxeritis vias vestras & studia vestra, habitabo vobis in loco isto. Igitur qđ dixit, In gutture tuo sit tuba, quia aquila super domū dñi, ne quaſi de mutabilitate argueretur, q̄ abiçeret domū quā prius elegiſſet vel in pactū suscep̄iſſet, causam reddidit protinus dicens, pro eo q̄ transgressi sunt fedes meū & legē meā p̄uaricati sunt, quod idē est ac si diceret, quia pactū meū irritū fecerunt. Et ista quidē causa cōtra Iudaicos flatus sufficiens est, nec alia auditi digni sunt qđ diu ſuā volentes ſatuere iustitū, iustitiae dei non ſunt ſubiecti, dum inter cætera, qbus ſele aduersus fidem Christi defendūt, illud quoq; ſubſtant dicens cōsequenter, eſſe mutabilē deum, ſi dominum ſuam nomini ſuo ſanctificaram abieciit, apud Christianos queſitus, rūs allam. ¶ Qui aut̄ iam pro emerita ſide dignus est vt intret in ſanctuarium domini, & intelligat in nouissimis eorum, cauſas alias audiſſet & reddit, intelligi & dicit, quare ſuper illā domum domini aquila ſemel & iterum venire debuerit. Semel hanc venit ſuper illā Nabuchodonofor, quē in Ezechiele (vt iam dictum eſt) per aquilam oportet intelligi, & eam dem domū incendio conflagravit. Iterū venit Romanum imperium cum viſtricibus aquilis, & nō ſolummodo domū illam, ſed & locum & gentes irrecuperabilitē tulit. Semel vel primo permittente deo, Idcirco factū eſt, vt vetus illud ſacerdotium corriperetur. Secundo idcirco factū eſt, vt omnino tolleretur. Corripiendi nāq; atq; inſtruendi erāt illius temporis tā populus q̄ ſacerdotes, vt ſcirent ipſi & ipſoꝝ posteri, quia nō propter locum gentē, ſed propter gentē locum elegit dominus, & quia auro & lapidibus, qbus præfulgebat illa domus, non magis q̄ fumo aut fauilla delectatur, niſi cordiū corporūc templū ſibi ad habitandū præparentur. Tollēdum aut̄ omnino erat in aduentu Christi domus vel tē pli illius ſacerdotium, q̄ temporis illius ſacrificiū nō fuerat iuſsum, ſed permifſum, donec cū iuſſu & praefentiā Christi veniret ſacerdotiū necessariū ſecundū ordinē Melchisedech. Nam quod illud ſacrificiū non fuerit iuſsum (vt iam dictū eſt) ſed permifſum, testatur ipſe dominus in Hieremias, dicens: Holocaustomata vestra addite viſtimis vestris, & comedite carnes**

Verba paeti cōditio naſlter poſita.

Gene.1z.

Hiere.1z.

Hiere.7.

Aquila ſu per domū domini.

4. Reg.vi.

z. Mach.5.

Sacrificiū Iudeorū nō iuſsum ſed p̄misum fuit.

IN OSEE PROPH. CAP. VIII.

Fo. XXXIII.

carnes, quia non ſum locutus cū patribus vestris, & non p̄cepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomati & victimarū, ſed hoc verbum p̄cepi eis, dicens: Audit̄e vocē meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mādauit vobis, vt bene ſit vobis. Ergo ſacrificiū illud non iuſsum erat, ſed permifſum. Ad quid autem permifſum? Ad hoc maxime, vt ordo illius carnalē retineret populum, ne citius dilabere ad Aegyptorū, cæterarūq; ſacrificia gentium, vt faltem ſub nomine veri dei pingues hostias carnium ſacrificarent, à quibus oīno auelli nequaq; poſſent. Hoc ipsum interea testari ccepit ſpiritus sanctus per os David, quāmuſ ille in eadē religione ſacrificantū, ſtudioſiſſimus fuit. Ait enī: Nunq; manducabo carnes thauroꝝ, aut ſanguinē hircorū potabor. Immola deo ſacrificiū laudis. Nimirū iſtā voceſ parum proficiſſent ad decutiēdum ſuperclīcum illius ſacerdotiū, ſi poſt aduētū Chriſti ſtetiſſet, & locus, & gens, & non veniſſet talis aquila ſuper illam domū dñi. Deniq; ad Psal. 49 huc, poſtquā lapis ſuper lapidē nō remanit, Christū blaſphemant vbiq; terraꝝ captiuū, & Oportuit eis blaſphemādo impediſtū facere moliunt currētibus quadrigis euāgelij Christi. Quid plū deſtruiſerent, ſi roborati in terra ſua confiſtētes, domumq; illam ſplendidā ſuperſtitē habētes, tale ſuā perfidiā fulcimētū digito demonstrare poſſent. Tali ergo debuit aquila veniente domus dñi deſtrui, quē admonit̄ & Danieli angelus p̄adixit. Et poſt hebdomadas Dani, (inqt) ſexaginta dies occidit Chrus, & nō erit elius populus q̄ eum negaturt̄ eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diliſſabit populus cū duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem bellī ſtatuta deſolatiō. Et deficiet hoſta & ſacrificiū, & in tēplo etiabō minatio deſolatiōis & vīq; ad cōſummationē & ſinē perfeuerabit deſolatiō. Nūc ad literā textū reuertamur. Cum cauſam redidifſet, cur aquila venire p̄mitteret ſuper domū dñi, dicēdo, pro eo qđ transgressi ſunt ſeedus meū, & legē meā p̄uaricati ſunt, continuo ſubiunxit: Me inuocabant, deus meus cognouimus te. Et eſt ſenſus: Mira impudētia, cum ſint traſgrefſores, cum ſint p̄uaricatores, truocant me, dicens: Deus meus, deus meus cognouimus te. Tale eſt & illud in Eſata: Me eternū de die in diem querunt, & ſcire vias meas volūt, quaſi genſ, quā iuſtitia fecerit, & iudiciū dei ſui nō dereliquerit. Mentiunt̄ ergo, dicendo, deus meus cognouimus te, Ipſe dei filius refelliſſet eos in hoc dictō. Eſt (inqt) pater meus qui glorificat me, quā vos dicitis, q̄a deus noſter eſt, & non cognouit̄ eum. Quare Nimirū q̄a iuxta & illud quod prophetauit Eſata: Populus hīc labijs me honorat, cōr autē illorū longe eſt a me. Ita modis om̄ib; verbis ipsorū opera cōtraria ſunt. ¶ Idcirco pro Eſa. 1z. tūnus hic prophetā ſubiungit: Projicit Israel bonū inimicus perſequit̄ eū. Quod bonū, vel Projeſit Iſrael bonū, quē bonū Israel projeſit, niſi deū qui ſummuſ bonū, qui ſolus & ſumme bonus eſt, cui dicit, oretenuſ deus meus cognouimus te! Deniq; illū projicit, nō modo q̄a diuū dixit, nō eſt nobis pars in David, neq; haereditas in filio Iſai, & vitulos ſibi pro deo ſtatuit: veriuitia quia quod maius eſt, dei filiuſ extra cluitatē projicit, negās eū ante faciē Pilati, & foris inter ſceleratos projicit, crucifixit. Idcirco inimicus perſequit̄ eū, inquit, nimirū iuxta malediſtiones quas p̄ficiſſus Moses in lege p̄ſcriptit. Tradat te dīſis corrūtentē ante hostes tuos. Per vñā viam egrediaris cōtra eos, & per ſeptē fugias, & diſpergaris per oīa regna tetra, ſicq; cadauer tuū in eſcā cunctis volatilibus coeli & bestiis terræ, & non ſit qui abigat. Quod ita factū ſit, assertione noſtra non indiget. Sequit̄: Lipſi regnauerunt & nō ex me, principes extiterūt, & nō cognoui. Argentum ſuām & aurum ſuām fecerit ſibi idola vt interirent. ¶ Qui regnauerunt non ex me? Nimirū ipſi qui bonum projicerūt, primū qui cum Hieroboam reſellerunt a domo David, deinde q̄ cruciſerunt, vel negauerunt ſiliū dei, filiuſ David. Primo vidēndū de illis regibus, q̄ regno ſcīſſo a domo David, ſuā per decē tribus regnauerūt, vtrū vero ex deo regnauerunt, an non. Videtur nāq; repugnare verbis iſtis illud, quod in illa diuīſione regni ſcriptū eſt. Apprehendēſc̄ Ahiā ſuā nouum ſuām, quo opertus eſt: ſcīd in duodecim partes, & ait ad Hieroboam: Tolle tibi decē ſcīſſuras. Hæc enī dicit dīſis deus Israel. Ecce ego ſcīdā regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Item, cum congregaſſet Roboam multitudinem exerſitus, vt reduceret regnum ſibi, factus eſt ſermo dñi ad Semeiam virum dei, dicens: loque, re ad Roboam, & ad omnem domū Iuda, dicens: Non ascendetis, nec bellabitis contra fratres vestros, filios Israel. Reuertatur vir in domum ſuām, a me enī ſactū eſt verbum hoc.

Obiectio

3. Reg. ii.

z. Para. ii.

F 4 Hæc

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. III.

Solutio

Odium Is
rael contra
David,

3. Reg. ii

Reges Isra
el absque
vincione

4. Re. p.

Math. 21

Iohā. 15

Math. 23

Ibidē. 21

Hæc (ut iam dictum est) repugnare videntur verbis istis. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Sed abit ut sanctæ scripturæ verba fibimet repugnantiæ vel contraria sint. Quænamus ergo, qualiter & veritas historie consistat, & nihilominus vera sit hæc sententia prophetica. Hoc intendentis, originem perpendimus illius mali, vel schismatis, quia nimis factō illo prior extitit, quod historia narrat expletum per manus Abiæ Sylonitis, & confirmatū per Semeiam virum dei. Quænam illius mali origo fuit, nisi odium quo Israel regem suum Dauid semper odio habuit? Nunquam enim volens sapientiam, fortitudinem, atq; humilitatem, qui fuere tres primi fortis Dauid populus ille sustinuit, vt pote malis intentus studijs, & idolatriæ cultui, cui seruire non poterat, regnante Dauid. Huius rei summū illud indicium fuit, quod cum non haberent alii, quem statuere possent super illum repellendum filium eius Absolon suscepserunt. Vixit q; diu vixit Dauid, q; diu filius eius Salomon cum sapientia procepsit, peccata illorum consummari non potuerunt, vt liceret eius iudicium dei peruenire ad effectum. At ubi merita domus eiusdem Dauid, quæ peccatis illorum preponderauerant, sic infirmata sunt, vt Salomon per fornicationes depravatus, seruiret diis alienis, tunc denum manum suam deus subtraxit, & præualens Israel contra domū David, velut equus indomitus sepe excutiens, frenum rupit, & abiit, suisq; studijs congruum seforem Hieroboam suscepit. Hoc nimis rum ex deo non fuit, & idcirco nunc dicit. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Vt autem non posset eos retinere vel renocare Roboam, diuino factum est iudicio, atq; idcirco illuc ait, a me enim factum est verbum hoc. ¶ Ad summū eius sententiae, quæ dictum est, ipsi regnauerunt & non ex me, illud pro foribus argumentum est, qui regnauerunt absq; legitima dei vñctione. Vñctio nanc; regalis in domo Dauid, & in tribu Iuda remansit: reges autem decem tribuum absq; vñctione regnauerunt. Sane unus Iehu filius Losaphat filii Namni, quantulacunq; vñctione rex constitutus est, & hoc ex domino, veruntamen non eundem Iehu comprobate, sed condignam dā domo Achab vñctionem exigente. Tantummodo lenticulari olei fundē super caput eius virus de filiis prophetarū dixit: Hæc dicit dñs deus Israel: Vñxi te regem super populū domini Israel, & percuties domū Achab dñi tui, & vñscar sanguinem seruorū meorū prophētarum, & sanguinem omnium seruorū domini de manu Iezabel, perdam omnem domū Achab &c. Ille unus regnauerit ex dñs, & principem illum cognoscerē deus vñctūq; dignatus sit, veruntamen tantummodo ad vindictam, quia domū Achab deleuit, & Baal exterminaluit, nō aut ad gratiā, quia peccata Hieroboam, id est, vitulos aureos, non dereliquit. Quapropter vera vñctio est lenientia. Ipsi regnauerunt & nō ex me, principes extiterunt, & non cognoui, q; præter istū vñctū vñctionis imperfectæ, cæteri oēs, sicut absq; vñctione, ita regnauerūt absq; vocatione diuinæ grā. Nunc demū & de illis animaduertendū, q; vñqueadeo recesserunt a domo Dauid, vt crucifigeret filius Dauid, filius dei, q; vere dictū sit. Ipsi regnauerūt & nō ex me, principes extiterunt & nō cognoui. Recte enim hoc in reprobationē illog debuit prophetari, q; vñctū voluerūt temporaliter in hoc seculo extolsi absq; adiutorio visitati grā dei, sicut in euāgeliā parabola ipse dñs innuit, cū dicit. Agricolarē aut vidētes filiū, dixerūt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eū, & nostra erit hæreditas, & apphēsum eū, elecerūt extra vineā, & occiderūt. Quid hæc parabola innuit, nisi q; scribat & pharisæi vidētes Iesum, nō ignorauerūt, sed oderūt illū, quæadmodū & ipse dicit. Nāc aut & dererūt & oderūt & me & patrē meū. Cū enim agricolarē dixerūt, hic est hæres, nemo est in eis q; se de ignorantia excusat. Ergo cū dicūt, venite occidamus eū, & nostra erit hæreditas; recte & veraciter dicat is q; occidit. Ipsi regnauerūt & nō ex me, id est, voluerūt sine me regnare, & sine me diuites esse, sed ēdo sup cathedrā Mōsi, & fidā faciēdo de populo, ita vt mentā quocq; & anetū decimarēt, nō curādo iustitiā & fidē &c. quæcūq; grauiora sunt legis. Sed cū illi ore suo semetipos iudicātes dixissent: Malos ma- le p̄det, & vineā suā locabit alij agricultoris, qd iste intulit. Ideo dico vobis (ait) q; auferet a vobis regnū dei, & dabit gēti faciēti fructus eius. Igīt quod ait: Ipsi regnauerūt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui, idem est ac si dicat. Ipsi quidem regnare voluerunt, sed auferetur ab eis regnū dei, quia nā regnare voluerūt ex me & in principiū suo cognoscere voluerūt me, sūz modis omnibus studētes avaritiaz, Nam hoc est quod sequit;

Argētum

IN OSSEE PROPHE. CAP. VIII. Po. XXXVII

Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. Et est sensus: Argentum & aurum plus dilexerunt q; deum, imo ne vñlum auri & argenti detrimentum patet, reñtur, oderunt Christum & patrem eius deum, oderunt & crucifixint Christum dei filium. Latrocinabantur em in illo dei templo, aurumq; & argentum sibi congregabant, prædam facientes de populo. Nonne autem Apostolus Christi testat, quia avaritia sumu Coloff.¶ fachiroz est seruitus? Recte igitur ait, quia argentum suū & aurum suum fecerunt sibi ido, la quia simulachroz seruitus est avaritia, maxime in illis qui præsentes habentes Christū dei filium, contra ipsoz avaritiam disputatione, argento & auro magis fuerūt, & aduersariū mammonē, id est, cōtemptorem argenti & auri Christū interfecerunt. Quo fructus Quā merceder? Vt interirēt, ait: Etenim fructus idolorum eiusmodi, fructus mammonæ, fructus argenti & auri, interitus est animæ illorum & corporis. Interierunt spiritaliter invisibilis bus malignis spirituum phantasias, interierunt corporaliter visibilibus Romanorū gla, dīs. Itaq; vicit dominus Dauid, vici lunt omnes, qui recellerunt à domo Dauid. Sequit er gōt. Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eis. ¶ Longa quidem certatio facta est inter domū Dauid, & vitulos aureos quos Hieroboam fecit, sed tādem vicit dominus Dauid: vicit (inquit) quando Christus filius Dauid in cruce ascendit, ibi cornu Dauid, cornu salutis productum & erectum nobis in domo Dauid confregit, præfecit, atq; contriuit vitulum Samariae, id est, omnem impietatem diuidentem se à domo Dauidi. In qua princeps sedet nunc ipse filius Dauid, cuius videlicet divisionis initium sa, pe dictus ille materialis vitulus Samariae extitit. Et pulchre, cum duo fuerint vituli, singuliter nunc projectus est, vitulus inq; Plus est significat, q; si fixisset, duo vituli, sicut in terdū singulariter per militem plus intelligimus q; per milites pluraliter. Militem namq; dicere solemus exercitū significantes. Projectus ergo (inquit) est vitulus tuus Samaria, id est, cecidit oīs idolatria, & ab illo principe dominus Dauid, deo & hoīe Christo nūam ac Iohā. 12 ceperunt. Omnes dij gentium dæmonia, & princeps mundi huius electus est foras. Illud quoq; pulchrum est attendere, quod loco præsenti Samaria compellat, q; videlicet quādo passionis Christi sacramento destrui ccepit error sue idolatria, fieri hoc cceptum est a Samaria. Cum em Hierusalem non susciperet, imo persequeret fidem Christi, sicut scripitū est: Facta est aut persecutio magna in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & oēs dispersi Acto. 8: sunt per regiones Iudeæ & Samariae. Samaria verbū dei cū gaudio magno suscepit, sicut ordo lectionis in actib; apostolū patet de promis. Iesus est (inquit) uor meus. In quibus vel cōtra quos iratus est, nisi in illis vel cōtra illos q; vitulū fecerūt, q; idolatria pertinet, naciter sectati sunt, q; propter simulachroz seruitutē a domo Dauid recellerūt, imo natū de domo Dauid, Christū negauerunt. Nāc inter istos concludunt, & maxime sunt vel fuerunt scribæ, vel pharisei. Et idcirco iam extunc templū vel altare illog, non altare dei, sed vitulus Samariae meref dici. Ecce furor dñs iratus est in eis & vitulus eoꝝ projectus est, dominus aut Dauid magnificata est. Templū q̄ppe & sacrificiū illog ablatū est, Christus aut & ecclesia eius in eternū manet. Et quare iratus est furor meus in eis? Videlicet, q; nō p̄nit emūndari. Nam hoc est, quod admirando patiter & interrogando confessim subiungit L. Vñquo nō poterūt emūndari? Quia ex Israēl ipse est. Artifex fecit illū, & nō est deus. ¶ Cum interrogando dicit: Vñquequo non poterunt emūndari, subaudiri vult in æternū, Et causam reddit, cur in sempiternū non possunt emūndari. Quia ex Israēl ipse est (inquit) artifex fecit illum. Causa hæc diligenter animaduertenda est. Sciendum in primis, incorrigibilem esse illum, qui non per ignorantiam in mēdaciū cadit, sed per malitiam de cor Peccatum de suo mendaciū configit. ¶ Ille nāc verbum dicit contra sp̄ritūm sanctū, q; sc̄i in sp̄iritūm ens veritatem dei, contra mēdaciū cogitat, & veritatem in mēdaciō detinet, sicut Ap̄lus sanctū dicit: Quicūq; talis est, reus est æterni delicti, & non remittet ei, nec in hoc senulo, neque in futuro, quia ex ipso est quod facit, aut dicit, non ab alio seductus, sed de corde suo sedu- citionem configens, & proprio iudicio condemnatus. Nāc talis ille Hieroboam ex Tit. 3: titit & hoc sacræ scripturæ conditor sp̄ritis sanctus nobis intimatum esse voluit, peccatum eius exprimens verbis huiuscmodi, dixit Hieroboam in corde suo. Nāc reuertet regnū ad domum Dauid, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, & connertetur cor populi huius ad domū suam Roboam regem Iuda, interficiētq; me,

Baal nō ex Israēl fuit, sicut vituli aurei,
nequaquam requireret deum. Idcirco non poterunt emundari, & in illo peccato cuncti reges Israēl cordis fuere impenitentes. Porro, Baal non ita suscepit eum Israēl pro fauore reginæ, & regis Achab, pellecti nimiumq[ue] proni ad seruendum se uitie muliebri, & idcirco quādōq[ue] potuerunt emundari, vt non coleret illum, sicut in eisdem sacrifici habemus literis. Iehu nāq[ue] studiole super hoc fecit quod rectū erat, & placebat in oculis dñi, & delevit Baal de Israēl. Non ita peccatum Iudæ extitit, quānus & Baal &cæ.,

4. Re. 10
Marc. 14
Iohan. II.
Matth. viii.

At postquam eo peruentum est, vt peccatum peccarent Iudæi, de quo veraciter dicas, quia ex ipsis est, & quia peccati ciudem fuere artifices, iam non possunt emundari. Quod illud peccatum est? Nimirum illud mendacium aureolum, quod fabricati sunt, dicentes Blasphemavit, quia dixit se filii dei benedicti, & si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum & locum, & gentem. Quod (inquam) fabricati sunt, dando pecuniam copiosam militibus, vt dicerent quia discipuli eius nocte venerunt & furati sunt eum, nobis dormientibus. Sicut veraciter illic de vitulo dictum est, quia ex Israēl ipse est, artifex fecit illum, & non est deus. Ita & hic veraciter dicas de hoc mendacio, quia ex Israēl, sive ex Iudæis est, artifex fecit, id est, malicioſa mens excogitauit, & confinxit illum, & non est verum. Vtrūq[ue] eterni excogitato sive accepto cōſilio, factum esse, scriptura refert. Et sicut illic cum lingua foris vitulum ostentans diceret, isti sunt dñi tui Israēl, conscientia testis intus refragabatur, sciens & dicens, quia non est deus. Ita & hic, dura consultarent, & per pecuniam obtinerent, quatenus verbum hoc diuulgaretur, furati sunt eum nobis dormientibus, sciebant, & conscientiam refragantem intus audiebant, quia non est verum. Postquam sic peccauerunt, non veritatem ignorando, sed mendacium ex cogitando, tam emundari non potuerunt, iam non remitti eis, neque in hoc seculo, neq[ue] in futuro, quia tale peccatum consequitur impenitens cor, semper resistens spiritui sancto. Vtrūq[ue] projectum est, & ille vitulus, ad quem transuersi sunt olim recentes a domo David, & illud simulachrum avaritiae, cui seruientes crucifixerunt Christum filium David & iratus est furor domini in eis. Vere projectus est vitulus. Sequitur enim: **L**Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariae. Item: **V**ere iratus est furor eius in eis. Vnde & protinus subiugit: **L**Quia in ventum seminabunt, & turbinem metent. Culmus non est in eis germin, non facit farinam. Quod & si fecerit, alieni comedet eam. Ab his experimē, vtrūq[ue] comprobatur, & quod vitulus projectus sit, & quod furor dñi iratus sit in eis.

Tela araneæ enēdaciūm Iudeorum
Psal. 19

Magnam quippe projectionem sive abiectionem demonstrat hoc argumetum, quod vitulus quādā præcultus aureolus, & ob frequētā festivitatū perpolitus, derelinquit in telas araneæ, id est, ita negligitur, vt vacet araneis, suaq[ue] contexione tela, totum cooperire & fōrdidare vitulum. Hoc ita vt dicit, factū est per passionis Chri triumphū, non tantum in vitulo Samariae, sed in cunctis simulachris gentiū. **Nihilominus** & vitulus mendacij Iudaici, de quo iā dictū est, factus est in telas araneæ, id est, tā infirmū est atque inualidū cōtra veritatem, vt sunt telæ araneæ. Hinc Esaïas dicit: **O**ua aspidū ruperūt & telas araneæ texuerunt. Tela eoz nō erūt in vestimentū, neque operiel operibus suis. Exempli ḡra, vt appareat q[uod] facile mendacij illoz solvi possit, dicimus eis: **O**miliae vigiles, q[uod] dicitis, vt estis docti, quia discipuli eius venerunt nocte, & furati sunt eum nobis dormientibus, si dormistis, (vt dicitis) vnde hoc ipsum scire potestis, quod venerint & eū furati sint. Ergo telas araneæ texuistis vos, & consilarij vestri quia q[uod] facile soluitur tela araneæ, dissipatur, & vesti

& vestri compositio mendacij. Item: **M**agnam innuit iram, quod ait, quia ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans non est in eis german, non faciet farinam. Et, quod & si fecerit, alieni comedet eam. Belli quippe turbinē & famem panis sonant hæc sono literali, sed longe grauiora sunt, quæ intelligimus sensu spirituali. I. turbinem iudicij reterni, & famem audiendi verbum dei. At ille populus eiusmodi erat, qui spiritualia sive inutilib[us] hæc mala non pertimesceret, præsentia tantum & corporalia cupiens bona, mestuens mala. Ergo secundum eius puerilem intellectum, bene literam hoc modo cōtexuit vt exterior summa famem panis, interius significet famem audiendi verbum dei, qua videb[us] letet fame nunc ille populus perij. Ventum autem seminavit, id est, opera inutilia facient, & sicut ventum solet sequi turbo tempestatis, sic opera illoz sine dubio sequetur valida tempestas iudicij dei. Culmus stans apud eos, litera est legis & prophetaz, & iste culmus non est german, sive non habet german in eis. Notandum diligenter, quod cum dicitur, culmus stans, nequaquam ait, non est in eo german, sed non est in eis german. Deniq[ue] in culmo sacræ literæ est german sive granum spiritualis intelligentiar, sed non in eis, quia non intelligunt spiritum vivificantem, solamq[ue] ruminat literam occidentem. Hoc ipsum repetit verbi alij, dicēdo, non faciet farinam, quod & si fecerit, alieni comedent eam. Nā non faciet farinam, subauditur in eis, sicut iam dixerat, non est in eis german. In q[ue]bus autem est german, aut facit culmus ille farinam? Nimirum in alienis, id est, in gentibus, sive populis qui in Christum credentes, de culmo literæ illius comedunt spiritualis intelligentia farinam. Nam hoc est quod ait: **Q**uod & si fecerit, alieni comedent eam. Pro minimo esset infidelibus illis talem pati famem sive sterilitatem, nisi etiam corporaliter nūc præsentia mala sustinerent. Sequitur ergo: **L**Deuoratus est Israēl, nunc factus est in nationibus quasi vas immundum, quia ipsi ascenderunt ad Assur. **L**Et est sensus: Deuorauerunt hos Israel, ita vt iam non sit populus, sicut prædictum fuerat, & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, sive & ego ad æmulationem vos adducam in nongentem, & cum Iudei in haeccederint in ore gladij, qui superuerint ex eis, captivi ducentur, in omnes gentes, & vbi sunt cuncti fuerint pro immundis habebuntur, vt vere sunt. Ipsi erūt sunt qui cum blasphemarūt dñm, dicētes: In Belzebub principe dæmoniorū, ejici dæmonia, taliter denotati sunt. **Cum** immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domū mēā vnde exiui. Et cū venerit, inuenit scopis mūdatam, & tunc vadit, & assumit septē alios spūs nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hoīs illiūs peiora prioribus. De hoīe nāq[ue] immundus spūs exiuit, & per loca inaquosa ambulauit, quando de populo Israēl per Mosen & Aaron cultum dei suscipiente recessit, & gentes possedit. Ibi requiem quærent, non inueniunt: q[uod] a venientis Chrius expectatio gentium, fortiter istum inquietauit, & foras misit. Reuersus ergo est in domū suam, id est, in illius populi synagogam, quam q[uod] a inuenit scopis mūdatā, & ornata, id est, p[er] hypocritim pulchram suamq[ue] volentes statuere iustitiam, nunc ingressus habitat ibi, cum se p[er] alij spiritibus nequioribus se. **S**ic cum omni spiritu impletatis & blasphematis. Recte ergo dicitur, nunc factus est in nationibus quasi vas immundus, habitante quippe habet in se spiritū immundus: ipse autem nationes vasa immunda sunt, direpta illi fortis armato, quē admodū ait ipse Chrius, semetipsum significans. Aut quo p[er] quisit intrare in domū fortis & diripiērē vasa eius, nisi prius alligauerit fortē, & tunc domū illius deripiāt. Sic immundus Israēl cur factus est? Quia ipsi (ingrati) ascenderūt ad Assur: Assur, quod interpretat dirigēs, pleriq[ue] scripturas, locis superbū diabolū significat, vt illis Vx Assur, virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eius indignatio mea. Et post pauca: Et erit cum impleuerit dñs cuncta opera sua in monte Syon & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis, regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Ergo quia ipsi ascenderūt ad Assur d[icitur], quia sese in superbiam extulerunt, ita vt filii sint Assur, sicut dñs ait, vos ex parte dñi, Iohā, & bolo eis, idcirco quasi vas immundū facti sunt in nationibus. Cōpleta est igitur & illa beatissimæ Mariæ prophetia, quam dixit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Eius rientes impleuit bonis, & diuines dimisit inanis. Quia videlicet propter superbiam & dispersi sunt, factis contemptib[us] vbiq[ue] terram, & culmus stans (vt iā dictū est) nō facit in eis farinam. Quod & si facit, nos alieni esurientes comedimus eā. Ascensum illū quo ascenderunt ad Assur

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. III.

lob. ii Assur, adhuc denotat, ita subiungens: L'Onager solitarius sibi Ephraim, munera dederunt amatoribus, sed & cum mercede conduxerunt nationes. L'Onager, id est, agrestis asinus, hominē stultum atque superbū significat, sicut in lob scriptum est: Vir vanus in superbiam erigit, & quasi pullum onagri, liber, se natum putat. Recte ergo per Onagru carnis Israel fuit Iudeus hic intelligit, qui vinculo dñi ligari, & ad præsepe eius duci contempsit, sicut in Elia ipse dñs dicit: Cognovit bos possessorē suum, & asinus præsepe dñi sui, Israel autē me nō cognovit, & populus meus me nō intellexit. Nam sicut per bouem, qui possessorē suum, & per asinū, qui præsepe dñi sui cognovit, credēs ac fidelis quisq; intelligit, ille de Iudeis, iste de gentibus: sic Israel, qui dñm eundem nō cognovit, vel populus q; eum nō intellexit, imo cognoscere aut intelligere noluit, recte onager dicit, id est, asinus qdem, sed superbus: asinus praे stultitia, sed infrenis & præsepī dñci contemptor, vel ignarus praे superbia. Iste onager solitari⁹, id est, pp̄ls a rectore deo profugus & solus vtpote dei desertor, & a deo desertus, qd fecit, aut quo declinauit. Munera (ingt) dederunt amatoribus, sed & mercede conduxerunt nationes. Qualib; munera dedit amato; ribus? Profecto amatoribus sine fide, amatoribus amantibus in simulatiōe, qui sic amant, vt amantes faciant, q; sic amare simulant, vt decipiant, vt videlicet cum animas deuocauerint a deo vero creatore suo, protinus denudatos, & auxilium non habentes inuadant, vt possideant, suam ptyrānū in eos exerceat. Ergo ironice dicitū amatoribus, nam veraciter dicere posset hostibus, tales Assyrii, cæteræq; nationes fuerūt, quibus Israhel misisse munera refert historia sacra, diuinū nō sperātem auxilium. Vt vero de futuris more propheticō dictū intelligas, tunc amatoribus munera dederūt, q; Christum filium dei crucifigentes, Barabas quasi pro munere diei festi, nō vtique deo, sed diabolo cunctisq; malignis spiritibus, falsissimis amatoribus, certissimis deceptoribus, referuerunt, & ob dei struendam dñicāe resurrectionis veritatē mēndacitū supradictū copiosa pecunia militibus data comparauerunt. Quid faciat dñs onagro huic, populo huic, qui taliter esfugit? Ait: Nunc congregabo eos, & quiescēt paulisper ab onere regis & principum. L'Et est sensus: Qm̄ ipsi effugerunt a me, congregabo eos in obsidionem & in gladium, prius Asyrioz, & Chaldaoz, & deinde Romanoz, & deinde (sicut superius iam dixi) multis dies bus sine rege & sine principe sedebunt. Et nota quod dixit, quiescēt paulisper, q; videlicet labor illis erant, & grāde onus, habere reges & principes, qualium se ueritas onagru illum ad præsepe dñi religaret, quales fuere iudices, vscq; ad Samuel, per quos Israel salua tus est, quales fuere reges, Dāuid, Ezechias, & Iosias: ac deinde rursum principes, vscq; ad Machabæos duces, & ad vltimū ipse Chrys, regum rex, & principum princeps. Isti oēs onus fuere illis, nec eos ferre poterant impatiētes, tanq; sub nimio pondere curui & anhe li, proprie voluntatis amatores: quomodo pueri lasciu; & adolescentes petulantiae, magistros sacerdos & paedagogos odisse solent austiores. Quiescēt paulisper ab eiusmodi onere requiectione nimis damnolā: nunc em̄ dimittam eos secūdum desideria cordis eoz, vt eant in adiuentioribus suis. Quiescēt qdem, si paulisper: quia cum excusserint se occidendo, si maximum regem & principem suum, Christum, atq; hoc facto quiescere le putauerunt dū ab onere velut importabili, tunc alio prement onere, nec quiescēt grauissimis hosti bus suppositi. L'Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt aras ei in delictū, scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ reputatae sunt. L'Causa hæc est maloꝝ sequētū. Quomodo multiplicauit altaria ad peccandum? Videlicet in eo qd alius quid coluit extra vnum deum, quod sacrificauit extra sanctuarium vel ordinem legitimum. Siquidem vnuſ erat deus, & vnuſ altare eius, quo eoz in loco vel quantiscūq; in locis vna fide nomen eius inuocatur. Ille autē altare aliud fecit vitulo suo, qui (vt supra dictum est) non est deus. Hoc vtq; fuit multiplicare altaria ad peccādum, & taliter extru ctæ factæ sunt ei arte in delictū, quando Baal quoq; & cætera deoz portenta suscipiē tot aras habuit, quot daemonibus sacrificauit. Reddam ei multiplicitatis vicem, nam quia multiplicauit altaria, multiplicabo & ego leges mēas, noua legē rep̄obando sacrificia que illis lex vetus instituerat. Vnde & sequitur: L'Hostias aferent, immolabunt carnes, & co medent & dominus non suscipiet eas. L'Istæ leges carinū & hostiarum velut alienæ cō putantur ei, sed tamen meæ sunt. Nonne & Dāuid hoc idem testatur, cum dicit: Tu es sa

cerdos

IN OSEE PROPH. CAP. VIII. Fo. XXXVII.

cerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech⁹ Reprobauerunt illi altare meum & altaria sua multiplicauerunt reprobabo & ego sacrificia carnium illog⁹, & multiplicabo leges meas, quas illi per cæcitatem mentis intelligere non poterunt, & velut alienas cōputabant, sed tamen meæ sunt. Immolabunt carnes, & dominus non suscipiet immolabitur sacrificium nouū, & dñs suscipiet. Non erunt veteris & noui sacrificij leges contrariae, sed multiplices. Ipsi autē dicunt esse contrarias, quia cæci sunt. Scribere nihilominus, & scribe re non definit eidem populo dñs leges suas, leges euangelicas. Notandum hoc est, quia nō dixit tantū scribā leges: sed scribam (inquit) ei, qui videlicet leges ipse multiplices, quas velut alienas cōputant, cōtinentur in ipsius libris, testificatae sunt à lege & prophetis. Magna est hic vindicta peccator⁹, p̄cedentium, q; sic cæci facti sunt, velut alienas cōputent leges istas, quascunq; per doctores vel scribas euangelicæ veritatis, per ministros noui testamētū deus scribit, nō litera, sed spiritu magna (inquam) damnatio, q; à claritate ista sub velamine cordis absconduntur. Hoc est qd protinus subiungitur. L'Nunc recordabitur iniuitatis eorum, & visitabit peccata eorū. L'Nunc em̄, id est, in hoc ipso quod velut alienas cōputant & non suscipiunt, nō intelligōt, aut intelligere nolunt leges istas, recordatur dominus iniuitatis eoz, & excæatio hæc, visitatio est peccator⁹ eoz, quæ fecerunt a die qd primum in deserto vitulū formauerunt, vscq; ad illā diem quo Christi sanguinē fuderūt sicut vñdex prædictus deus ad Mosen. Ego aut̄ in die ultionis visitabo & hoc peccatum Exod. 32 eoz. Hæc est vindicta quam in psalmo sanguinis Christi exposcens, cū dixisset: Et dede runt in escam meā fel, & in fistu mea potauerūt me aceto. Continuo subiunxit. Fiat mensa Psal. 58 eoz coram ipsu in laqueū, & in retributiones & in scandalū. Obscurētur oculi eoz, ne videant: & dorsum eoz semper incurua. Hoc idē & in præsenti loco propheta secretius in huens, cōtinuo subiungit. L'ipsi in Aegyptum conuertentur. L'Aegyptus nanq; in tenbras transfertur. Est ergo sensus, ipsi excæbuntur & aggrauabunt cor sicut aggryauit Pharaon & Aegyptus. Vnde & Apostolus, cum de ipsi dolore intimo loqueretur, re pente Pharaone præ exēplo intulit hoc modo. Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc Roma, 2 ipsum excitauit te, vt ostendā virtutē meā, & vt annuncietur nomē meū in vniuersa terra. Est em̄ hoc simile illi, quia videlicet sicut Pharaon & Aegyptiū vidēdo magnalia dei, magis ac magis præ inuidia sunt indurati & excæcati, sic isti, qui debuerant esse Israel, quanto maiorē ex iam dictis legibus audiunt gloriā Christi, tanto magis indurātur & scandalizantur, & in blasphemias offendūt & corrunt cæcis oculis. Veraciter ita dicitū, ipsi in Aegyptum cōuertentur, id est, fient Aegyptus: sicut Aegyptiū superbiendo atq; inuidendo ex cæcabuntur atq; indurabuntur. Vnde sequitur adhuc. L'Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra. L'Idem enim est ac si dicat. Et cæcitas contingit in Israel, qua nimis obscuratus, oblitus est factoris sui, spem suā in deo nō posuit. Et quid egit ille oblitus domin⁹? Et ædificauit (inquit) delubra. Vere ergo in Aegyptū conuersus est, quia spirituali Pharaoni, id est diabolo, ædificauit habitacula, maiori feruītis miseria, q; olim Pharaoni illi ciuitates Phyton & Ramesses ædificauerant. L'Et Iudas multiplicauit vrbes munitis. L'Exod. 14 Et est sensus, Non in domino cōfisus est, sed in ciuitatibus munitis, quasi possint illū munitiōes eiusmodi deo aduerante tueri. Sed vide quid contradicat deus. L'Et mittam ignē in ciuitate eius, & deuorabit ædes illius. L'Hæc secundū præteriti temporis historiam ita vt dicuntur gesta sunt, quia sicut historia Regū narrat: Quartodecimo anno Ezechias ascen⁹, 4, Reg. 18 dit Sennacherib, & omnes ciuitates munitas cæpit, destruxit, & igne combussit. Deinde multo magis Nabuchodonosor rex Babylonis, & ciuitatem Hierusalē, templum quoq; combussit, ad postremū vero Romanus exercitus prophetiam hanc maxime adimpleuit, quia tunc ignis illius populi ædes irrecuperabiliter deuoravit. Spiritualiter delubra & vrbes munitas, quas ille Irael fuit Iudas ædificauit & multiplicauit, superstitiones fuere & machinamēta impietatis quibus se se defendūt, ex quo Christus veritas, & veritatis propagator aduenit, in quibus adhuc se se quasi muniti protegūt aduersus p̄dicationē euangeliæ fidei. Propter quod & igni dupliciter sunt traditi, iuxta illud de cantico Deuterono, Deute. 22 qm̄, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vscq; ad inferni nouissima.

FINIS LIBRI TERTII.

G Rupere

RUPERTI ABBATIS

TVTIENSIS IN OSEE PROPHETAM

commentariorum liber quartus.



Luc. 23

Osee. 10

Matth. 23.

CAP. IX.

1. Reg. 3.

Num. 5.

Rolixa invectione peccata Iudee siue Israel aut Ephraim spiritus propheticus praesenti loco declamans, mala illis ventura denuntiat acerba nimis & diuturna, non ante finienda, donec veniret Romanus exercitus, & cumulatam in vltionem sanguinis Christi misericarum mensuram in illis completeret. Testatur hoc ipse, qui in prophetis olim loquebatur Christus, cum per sermepsum testimonium de praesenti prophetarum huius declamatione sumens, ita loquitur ducus ad crucifigendum Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsos flete, & super filios vestros, quia eorum dies venient, in quibus dicent: Beatae steriles, & ventres quae non genuerunt, & vbera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Hoc namque propheta hic ante praeclixerat, & sic infra scriptum est: Lappa & tribulus ascendet super aras eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Dicebat autem dominus de tribulatione & ira, quae ventura erat per manus Romanorum populo illi in vltionem sanguinis sui. Igitur quoconque nomine propheta hic vultatur, siue Israel siue Ephraim vocet eos, ipsi sunt Iudaei illius temporis, qd propheta prospicit intendens in aquentum Christi: & maxime illis mala ista denunciantur, qui patrum suorum recendentium a domo David, mensuram impleturi erant, crucifigendo magnū & verū David. Nunc itaque cœpto tenore, ordinē prophetarum persequamur. Non lietare Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area & torcular non pascent eos, & vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra domini. Notum est quia lætari & exultare voluit Israel sicut populi, & hoc peccatum eius manifestum est, vt inferius hic propheta dicit, ex diebus Gabaa, id est, ex diebus Saul qui fuit de Gabaa. Tunc enim Israel hoc ipsum, quod vellet lætari & exultare sicut populi, manifestauit Samuel his verbis: Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in vijs tuis. Constitue nobis regē vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes. Cumque diceret dominus, audi vocem populi in omnibus, quae loquuntur tibi, non enim abiicerūt te, sed me, ne regnem super eos: iuxta opera sua quae fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto usq; ad diem hanc, sicut dereliquerunt me & seruierunt deus alienis, sic faciunt etiam tibi. Cum (inquam) haec & cetera diceret deus, & Samuel illi cuncta contestaretur, iteque firmius manifestauit Israel quod vellet lætari & exultare sicut populi, dicens illi, Nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Nimis huc lætitia populorum, haec exultatio est gentium, regemalium habere quod deum, & hac lætari, tali exultatione exultare voluit Israel, quando regem Saulen ex petuiuit, quando secundus est Hieroboam, relicta domo David, quando Christū negauit ante faciem Pilati, dicens: Nos non habemus regē nisi Cæsarē. Verū taliter lætari, tali modo exultare non conceditur populo illi qui legē accepit, & cultū professus est dei, qualiter lætantur vel quomodo exultant ceteri populi qui hunc habuerunt notitiam dei, vt vacet illis, quæadmodū & ceteris gentibus, deserto deo prosperari in tēporalibus bonis. At ergo, Noli lætari Israel, noli exultare sicut populi, subauditur, quia non conceditur tibi. Quare? Quia fornicatus es a deo tuo inquit. Ac si dicat, Alter enim iudicas vt adultera, quae fornicatio recessit a viro suo atque alter meretrix quae nulli fidē dederat, neque vñquā astricta fuerat vinculo coniugali. Tu virū deum sortita fueras, & tali marito contempto dormisti cū altero viro, imo cum pluribus viris, olim in deserto & in Samaria, siue etiam in Hierosolymis, cū vituſis aureis, & cū Baal ceterisq; portentis, & nouissime cū Barraba latrone, quem tibi negato Christo præelegisti; & haec adulteria maritus deprehendit. Præcipit autem lex ipsa, quā tu professa es. Si spiritus zelotipie concitauerit virum contra vxorem suam, adducet eam ad sacerdotē.

Cumque

IN OSEE PROPHE. CAP. XII. FO. XXXVIII

Cumque steterit mulier in conspectu domini, discoperiet caput eius, & ponet super manus eius sacrificium recordationis & oblationem zelotipie. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congregat diradrabitq; eam & dicet: Si declinasti a viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo. Putreficerat sc̄emur tuum, & tumens vterus tuus, dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescere putrescat sc̄emur tuum. Et respondebit omnis populus, Amen, Amen. Non sic examinatur vel in isto seculo iudicatur meretrix, cui non est vir, quem iure aduersus eam spiritus zelotipie concitat possit. Noli igitur lætari, noli exultare sicut populi tui, quia deo tuo fornicatus es: quia videlicet lætitiam sine extultatione populorum non concedunt tibi quæ in te conscriptæ sunt legis maledictiones. Maledictus Deuter. 23 ceteris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuti, & maledictæ reliquæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, arméta boum tuorum, & greges ovium tuarum, &c. Porro, populis saltem ista cōcedunt temporalia bona, vt (verbū gratia) sint promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: vt sint oves eorum factos, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Cur ita? Quia ratione sic apud deū indicatur Psalm. 143 est: Videlicet quia populi suos labores possident, tu autē labores alioq; pro mercede accepte, pisti conseruandæ legis dei, sicut in psalmo scriptū est. Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum posidierunt, vt custodiant iustificationes eis. Hac mercede accepta, datum est deum diligere, & legem eius custodire debueras. Sed quid? Dilexisti mercedem Psalm. 104 (ait) super omnes areas tritici. Peruersa dilectio tua. Nam deū diligere, mercede autē vti Peruersa debueras. Tu autem econtrario, mercedem dilexisti, deum contempsti. Ergo fornicata dilectio Iustus es a deo tuo, quia dilectionem, qua deum diligere debueras, ad diligendā mercedem dæorum, detoristi: & hoc non parce, nō quomodocunq;, sed super oēs areas tritici, id est, tam immensa cupiditate, tam profunda avaritia, vt te explore nō queant omnes areæ tritici. Tua nanci avaritia ignis est, qui nunq; dicit sufficit. Talē tamq; peruersum tuæ dilectionis ordinem dicit Matth. 23 nem dñs ipse detestans in euangelio, dicit: Vae vobis scribæ & pharisei hypocritæ, qui decimatis mentam & anetū & cymatum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicij & misericordiam & fidē. Item, Amant autē primos recubitus in coenis, & primas cathedras Luke. 11 in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Tam honoris q; pecunia mercedem te dilexisse redarguit, quia nimis in vtroq; peruersa est dilectio animæ fornicantis a deo, diligentis rem dei, neglecto deo. Quid igitur? Quid fieri censem propheticus sermons Area (inquit) & torcular non pascer eos, & vinum mentietur eis. Ad auditores se cōvertens, totusq; auersus a fornicante populo spūs, qui haec dicit, alia annunciat, quid iuste propter hoc euentuag sit. Ac si dicat, Quoniam dilexit mercedē meam & meipsum cōtempsit, ipsa merces tolletur ei, scilicet triticū & vinum: & cū in illis speravit, mentientur ei, sicut cōtinetur in maledictionibus legis. Sementē multā iacies in terra, & modicū congregabis, quia locustæ omnia deuorabunt. Vineā plantabis & fodies, & vinum non bibes: nec colliges ex ea quippiā, quoniam vastabitur vermis. Partū hoc erat, vt area tritici non pasceret eos, & vinum pariter mentiretur eis: nisi etiā & olim Assyrio vastanter: & post, Romano exercitu debellante, duceretur captiuū. At ergo, repente sententiā complens. Non habitabunt in terra domini, subauditur, sed in omnes gentes ducentur captiuū, & nusq; requies erit illis, quæadmodū itidē Moses prædixit: Disperget te dominus in oēs populos a summitate terræ usq; ad terminos eius. In gentibus quoque illis nō requiesces, neq; erit re Vbi supra quies vestigio pedis tui, &c. Et notandum, q; non dixerit, non habitabunt in terra sua, sed nō habitabūt (ait) in terra dñi. Nō vult profiteri quod terra illa, ad quā possidendā ingressi sunt filii Israel, terra iporum fuerit aut esse debuerit, sed terra domini. Et recte, nam hoc ipsum confirmatur auctoritate ipsius domini dicentis inter cetera legitima terræ quæ obseruari iussit. Terra quoque nō vefra in perpetuū, quia mea est, vos autem aduenæ & coloni mei estis. Neq; enim terra fuit ab initio illius populi, sed neq; suis eandē terram adquisiuit meritis, cum fuerit populus durissimæ cervicis. Vnde & Moses dicit in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo, propter iūstitiam meam introduxit me dominus, vt terram hanc possiderem, cū propter impietas

G 2 suas

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. III.

Iustae deletæ sint nationes. Neq; em propter iustitias tuas & æquitatem cordis tui in gredieris ut possideas terras eorum, sed quia illæ egerunt impietatem, introeunte te deletæ sunt, & ut compleret verbum suum dominus quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Iсаac, & Iacob. Scito igitur quod non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ certitudinib; sis populus. Recte igitur dictum, non habitabunt in terra domini, pro eo ut dicaret, nō permanebunt in terra, quam dominus dedit illis, quæ nequaquam ipsorum erat, sed terra dominii, quia videlicet nec ipsorum ab initio fuit, neç eam pro vllis adepti sunt meritis suis. Porro, & alia est terra, quæ dignus dicatur terra domini, scilicet terra viuentium, in qua & Psalmista portionem suam esse dicit & credit videre bona domini. Num ergo saltem in illa terra poterunt habitare coloni isti, & suscipiet eos illa terra viuentium, quos ista terra Chanaan euomuit? Nequaquam. Sequitur enim, L. Reuersus es Ephraim in Aegyptum, & in Assyrīis pollutum comedit. Non libabunt deo vinum, & non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorum animæ ipsorum non intrabit in dominum domini. Recte ergo non specialiter dixerat, non habitabunt in ista terra dormiri, sed generaliter, non habitabunt in terra domini; quia vide licet sicut de illa corporaliter electi sunt terra domini, sic spiritualiter atq; inuisibiliter damnati sunt, ut animæ ipsorum non intrent in illam cœlestem dominum domini. Quare & Quia reuersus est (inquit) Ephraim in Aegyptum, id est, qui debuerant esse filii Abraham, Aegypti facti sunt, videlicet superbentes in peccatis suis, & propter superbiam suam excæcati & indurati. Notandum, quia tertio iam in ista inuictione hoc ipsum dixit, licet verbis aut syllabis parumper dermatatis. Supradicti dixerat, Aegyptum inuocabant, & ad Assyrīos abierunt. Ac deinceps, Ipsi in Aegyptum conuertentur & oblitus est Israel factoris sui. Nunc tertio dicit, Reuersus est Israel in Aegyptum, & in Assyrīis pollutum comedit. Notandum sunt etiam incrementa mali, secundum modos cuiuscum dictioris. Nam quod secundo ait, Ipsi in Aegyptum conuertentur, plus est q; id quod primo dixerat, Aegyptū inuocabant; & quod tertio dicit, reuersus est Ephraim in Aegyptū, plus est q; id quod secundo dixit, ipsi in Aegyptum conuertentur. Præterito nam tempore dicendo, reuersus est in Aegyptum, consummatam discessionem exprimit, atq; addendo, & in Assyrīis pollutum comedit; peccati vel apostasie eius delectationē vehementer coarguit. Secundum hæc dicta nimis populus ille de malo in deteriorius atq; in pessimum declinavit. Quando primū de Aegypto exierant, facientes vitulum, Aegyptū inuocabant, dicentes, faciamus nobis ducē, & revertamur in Aegyptum, sed suæ voluntati permissi nō fuerunt. Quādo vero peccatum illud auxerunt, & recedentes à domo David, non vñ tantū, sed duos vitulos fecerunt, & suæ voluntati permissi sunt, recte secundū illud propheticō spiritu dicere conueniebat, quia ipsi in Aegyptū cōuertentur. Sed eiusdem cōuersio nō finis erat. Adhuc enim suos ad eos dñs prophetas mittebat, adhuc lucerna David reseruabatur in tribu Iuda. Vbi tandem crucifixerū Christū, illuc demā propheta intuitū intendēs, iam pterito vñtū tēpore, dicēdo reuersus est Ephraim in Aegyptū, id est, Iudæi excæcati sunt, tenebrae facti sunt, obscurati sunt oculi eoz, & sic Pharaon & Aegyptus aggrauavit, cor suū addēdo. Et in Assyrīis pollutū comedit, nō libabūt deo vinū & nō placebunt ei. Eiusdenter astruit, q;a quicquid extunc quasi sacrū Iudæi comedūt, cū Assyrīis, id est, malignis spiritibus pollutū comedūt, quicquid extunc libant quid sacrificat, non deo placitū, sed deo est aduersum, secundū quod & per Esaïā dicit idem deus: Quo mihi multitudinē vici marū vestram! Holocasta arietū & adipem pinguiū & sanguinem vituloy & agnōy & bircorū nolui. Ne afferatis vltra sacrificiū frustra. Hæc & cetera cum dicit, profecto confirmat p̄sentē prophetiæ locū, dicētis: Non libabunt deo vinū, & nō placebunt ei. Et vt exprimeret, quam pollutū comedit in Assyrīis, id est, cū spiritibus malignis, q; per Assyrīos solent designari, protinus ait: Sacrificia eoz quasi panis lugentium, oēs qui comedunt eū cōtaminabunt. Apud Iudeos, cū pro mortuo sacrificiū offerebat, ipsum sacrificiū vocabatur panis lugentium, videlicet propter hoc, q;a pro mortuo erat oblati, in cuius morte patet lugebat. Et quisquis in domo mortui comedisset aliquid vel tetigisset, reputabatur immodicus. Unde & aliorum comedebat vñq; ad septimum dñe. Est ergo sensus, Sicut ea quæ in domo

Psal. 141.

Sup. 7.
Supra. 8.

3. Reg. 12

Afryk, m.

Eduardo

**Panis lus
gentium.**

IN OSEE PROPHÉ. CAP. IX.

in domo mortui erant, immunda siebant, & quisquis ea comedisset aut bibisset, reputabatur immundus: sic istorum sacrificia, quae dominus in Esaia fese odisse testatur, immunda sunt, & quisquis inde comedit, contaminatur. Quare? Quia panis (inquit) animæ ipsotuum, subauditur, repositus: iuxta illud: Quæ enim seminatur homo, hæc & metet: non intrabit in domum domini, videlicet quia sacrificatur vel offertur extra gratiam dominii: extra fidem Christi. Hæc propheta quasi ad circumstantes respiciens dixerat, nunc ad ipsos, quibus ante loquebatur, iterum oculos sorti zelo terribiles conuerit & dicit. L. Quid facietis in die solenni, & in die festivitatis domini? Hæc sub interrogatione, vt eos euigilarer faceret exclamavit, cunctisq; qui audiunt in attentionem excitatis, rursum se conuerit, & causam reddit, cur eos tam grauitate percunctatus sit. Ait enim. Ecce enim profecti sunt a vastitate, Aegyptius congregabit eos, Memphis sepeliet eos, desiderabile argenti eorum virtus haereditauit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. T. Anquam diceret, Derident isti me quasi promittentem longino quum diem, dum dico: Quid facietis in die solenni, & in die festivitatis domini? sicut mos eorum est, illudere prophetis. Exempli gratia, sicut in Esaia dicunt: Manda remanda, māda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi. Quoniam ergo non credunt diem illum, aut certe contemnunt, quasi non prope, sed longe venturum, ecce de propinquo molestū datur illis argumentū, vt non varet eis dissimilare diem illū quandoq; venturum, quem dico sollemnem, quē dico dñi festivitatē. Ecce enim profecti sunt, id est, sine dubio in proximo proficiscuntur a vastitate decē tribus in Assyrios, & reliquie due in Babylonios. Illuc proficiscuntur a vastitate, id est, hic relinquentes solam vastationem terræ, vastata em̄ remanebit gladio & igne. Qui superfuerit ex eis, Aegyptius congregabit eos, Memphis sepeliet eos. Hoc ita factū est. Reliquiae ex Iudeis intersectio Gordolia, quē rex Babylonis terrę p̄fecerat, contra dñi p̄ceptū fugientes Chaldaeos, ingressi sunt Aegyptū, & postea (sicut Hieremias testatur liber) ibi a Nabuchodonosor interempti sunt. Memphis, cuius habitatores sepelierunt eos, ante conditā Alexandrii metropoliis erat Aegypti. Cur cum dixisse, ecce profecti sunt, subiunxit a vastitate, satis aperit his verbis. Desiderabile argenti eorum, virtus haereditauit, lappa in tabernaculis eorum. Longam nimis & magnā his verbis significat vastitatem, quia ubi erant quondam domus pulcherrimæ, desiderabiles, & desiderabili argento comparatae, ibi lappæ ortæ sunt atq; virtutæ. Ab isto præsentiu vel citius venientiū malorum argumento, maiorum fidē capere poterant malorum de longinquō, vt nō liberet eos ridere vel subfannare ad percunctionem dicentis, quid facietis in die solenni, & in die festivitatis dñi. Sane dies ille solennis, dies festivitatis domini quis sit, manifestius aperit, cum repetit. & dicit. Venerunt dies vastationis, venerunt, id est, certissime venturi sunt dies retributionis. Situe cum singulariter dies, siue cum pluraliter dies dicit, id plenum intendit. ¶ Etenim quod hic dies dicitur, alibi dicitur etiam annus. Nam in Esaia Christus ipse dicit, Dies enim ultioris in corde meo, antibus retri-
butionis meæ venit. Dicitur etiam tempus, vt vere extitit quando dñs noster in hunc mundum venit, quando & ciuitati, quæ illum veniente cognoscere noluit, flens super illam, dicit. Et non relinquent in tē lapidē super lapidē, eo qd; non cognoveris tempus visitationis tuæ. Quod illuc dicitur tempus visitationis, & in Esaia antbus retributionis, hic dicuntur dies visitationis, dies retributionis. Istud tempus visitationis, iste dies vel antus retributionis, visitanti domino solennis, dies est festivitatis, quia extunc gloria & honore coronatus est filius hominis, & sicut in Cantico Canticorum legimus, dies desponsationis eius, dies lætitiae cordis eius extitit. Illis aut̄ phreneticis, qui visitantis me dici gratia non cognoverunt, immo repulerūt, dies est retributionis, dies intersectionis, sicut de eiusmodi die Esaias dicit, Dies enim intersectionis & conculationis & fletuū, a dño deo exercitium in valle visionis. Sequitur. L. Scito te Israel stultum, prophetam insanum, virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentiarum tuarum. Iterum conuersus ad eum, de quo praecedentia quasi ad auditores loquebatur, consilium illi præbere atq; sensatas cogitationes infinitare nudit. Consilium quippe sanum est dicentis, scito te stultum, scito te insanum, scito te spiritualem, id est, atmentem post spiritualia nequitias euntem, spiritum ero, sequente. Istud namq; scire, via vel principium est sapientia. Hoc ille de setmetipso scit, G. s. quem

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. III.

quem respexit, quem eruditio sua dignum iudicauit spiritus timoris domini. Hinc namque Propter. 30 Salomon dicit: *Visio quam loquutus est vir, cum quo est dominus, & qui deo secum morante, confortatus ait: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non novi sanctorum scientiam. Ad magnam ergo visionem illum extare intendit, adhortando, ut sciat se esse stultum, quia videlicet haec est visio quam loquutus est vir, cum quo est deus.* Hoc & Apostolus intendens: *Si quis (ait) sibi videtur inter vos esse sapiens, stultus sit ut sit sapiens.* ¶ Nec vero abesse taliter, sed pro negotio magno illum populum admonet, quia videlicet fere nullius gentis homines adeo delectantur videri sapientes aut scientes & magistri, ut homines populi Israel. Idecirco spiritu superbie decepti, magistri facti sunt erroris, quia nolunt esse discipuli veritatis. Inde est illud vox, quod illis dominus enunciavit his verbis: *Vae vobis legisperitis, quia tulistis clavis scientiae. Ipsi non introiit, & eos qui introierunt prohibuitis.* Est igitur sensus, *O Israel qui tibi sapiens videris, qui cum multa mentis elatione prophetasti, & prophetis tuis arrisisti, dicentibus, pax pax, & non venient super vos mala: scito te & confitere stultum, scito & confitere te prophetam insanum insanias falsas sequutum, scito te virum spiritualis, id est, spiritu erroris deceptum, & haec tibi accidisse propter multititudinem iniquitatis tue, & propter multitudinem amertiae.* Si enim hoc scieris, si istud confessus fueris, tunc loquente tecum deo, sapiens fieri poteris, & iniquitates tue remittentur tibi. Quod si nunc scire nolueris, scies quandoque, & sine fructu penitentiae penitebit te quod stultus fueris, iuxta illud sapiens: *Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis.* Lassati sumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Clamauit ad Israelem suggestus, imo & inculcans, ut sciat & confiteatur quod stultus sit. At ille pertinaciter stultitiam suam defendit, dicens quod sapiens sit. Itaque rursus ad auditores conuertitur, & conquerendo dicit: *L Speculator Ephraim cum deo meo propheta loquens ruinæ factus est super omnes vias eius, insanus in domo eius.* Profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. ¶ Magna vehementer malitia vel presumptionis admittit ratio, dum dicit, *Speculator Ephraim cum deo meo.* Quid enim est, speculator esse cum deo, nisi speculationis subtilitate contendere cum deo? Denique sicut pugnare cum inimico, id est cum deo, quod pugnare contra inimicum, ita speculari cum deo, id est hoc loco quod speculari contra deum. Non enim dixit speculator dei, quod bonum esset. Hoc enim debet esse, quemcumque deus vice sua pro anima custodia vigilat, posuit: sed dixit, *Speculator cum deo, quod malum est, sic enim recte denotatur ille, quicunque aliquo machinamento diuinis molitur obuiare consilii.* Hoc egit Ephraim, hoc Hieroboam fecit. Dicit enim in corde suo, Nunc reuertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficiensque me & reuertentur ad eum. Et excoigitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: *Nolite ultra ascendere in Hierusalem.* Ecce dicit tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Posuitque unum in Bethel, & alterum in Dan. Talis fuit speculator, & sic astute (ut putabat) speculator Ephraim, & hanc speculationem cum speculazione dei contulit, prætulitque illius consilio vel speculationi dicentes sibi. Si igitur audieris omnia quæ praecipio tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit David seruus meus zero tecum, & adfiscabo tibi domum fidelem quomodo adfiscavi David, & tradam tibi Israel, & affligam semen David super hoc, veruntamen non cunctis diebus. Nunquid non melius se sibi prouidere putauit, consilium aliud excogitando sibi? At ergo, Speculator Ephraim cum deo meo. Dicitum hoc admiratis pariter & dolentis sonat affectum. Non enim tantum dixit, speculator cum deo, sed speculator cum deo meo. ¶ Habuit & prophetas Ephraim, videlicet quales erant illi quadringenti quinquaginta viri, quos uno die Helias interfecit & quales postea lehu sacrificio simulata Baal, quotquot erant, omnes occidit. Imo & ab initio, factis vitulis aureis sicut sacerdotes, ita & prophetas Hieroboam sibi met instituit. De quibus, erat ille, qui virum dei venientem de luda in sermone domini contra Hieroboam se felicit & reduxit secum ut comedaret & biberet in domo eius, propter quod cum abiisset inuenit

IN OSSEE PROPHE. CAP. IX. Fo. XL.

inuenit eum leo in via, & occidit. Cum ergo dixisset speculator Ephraim cum deo meo, subiunxit atque ait: *Propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius.* Prophetas dixit Ephraim, id est, prophetas habentem. Et quia prophetæ illi vere insanierant, & nihil quod ad sanitatem pertineret, prophetabant, sed tantummodo inutilia quædam insana mente diuinabat, idcirco subiunxit atque ait: *Insania in domo dei eius.* Quis autem erat deus eius? Vix vitulus aureus, & talis domus dei erat ea quæ fuerat vocata Bethel, id est, domus dei. Illic insaniam, id est, insanam prophetiam iam tunc fuisse manifestum est. Scriptum est enim sic: *Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venit filius suis, & narrabat ei omnia opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel, & verba quæ locutus fuerat ad regem, &c.* Eiusmodi prophetia quam illi prophetabant, recte hic dicit insaniam. Quid enim insanius, vt exempli gratia de eodem, quem nunc commemoravimus, aliquid proferamus? Quid (inquam) insanius, quod & illum virum dei decepit, & in inobedientiam ruere fecit? sciens & hoc intendens quod evenit? Exclamauit enim & dixit: *Quia inobedientis filii ori domini, & non custodisti mandatum, quod præcepit tibi, non inferetur capiatur tuum in sepulchrum patrum tuorum.* Item cum occidisset illum leo, & ille sepelisset eum, dixit ad filios suos: *Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir dei sepultus est, iuxta ossa eius ponite ossa mea.* Profecto enim veniet sermo, quem prædictum in sermone domini. Vere iste insanus erat, taliter nequam alij, nequior sibi. Quid enim iste, nisi per insaniam semetipsum occidit, itaque animæ mortem cum morte aliena apertis petrauit oculis? Etenim o insane, si propterea non infertur cadaver eius in sepulchrum patrum eius, quia inobedientis fuit ori domini? Tibi quid fiet qui hoc scient fecisti, quod factus es inobedientis ori domini? Talis prophetia sic insanians propheta, laqueus (inquit) ruinæ factus est super omnes vias eius, subauditur Ephraim, & ad illaqueandum intenti oës erant prophetæ illi, & prævalebant decipiendo sub nomine prophetarum diuinando alii quid. Quid enim dicebant, nisi quod ille iam dictus dixit. Et ego propheta sum similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone domini? Si hoc dicendo laqueus factus est viro dei, ita ut falleret eum, & reduceret secum: quantomagis populum fallebat, & super oës vias eius laqueum deceptionis tendebant! Neque enim sinebant, vt authoritatem haberet quispiam de prophetis domini, cum se se conferre auderet illi pseudopropheta, diceretque, & ego propheta sum similis tui. Denique pugno etiam interduco sibi autoritatem contrarius propheta contra prophetam domini vendicare non dubitabat: sicut alio loco scriptum est. Nunc igitur (ait Michæas ad regem Achab) ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, & dominus loquutus est contra te malum. Accesit autem Sedechias filius Chanaan, & percussit Michæam in maxillam & dixit: *Me ne ergo dimisit spiritus domini, & loquutus est tibi.* ¶ Iam ut ad rei sum, Caiphas ipse culator est. Tunc vere propheta laqueus ruinæ factus est, quando prophetauit Caiphas, quod deo Iesu morturus erat pro gente. Hoc nimis intendens populo insinuare, quod nisi illum in terficeret, futurum esset, vt venirent Romani, & tollerent eorum locum & gentem. Sic namque prophetando cunctos illaqueauit, & attraxit in consensem peccati, quod velut laqueus inexplicabilis, & loco, & genti (sicut iam apparet) magna ruinæ causa extitit. Illic populus Iudeicus recte dicendus erat Ephraim, quod sicut lupus iam dictus est, illic Ephraim id est, decē tribuum recedētum a domo David, peccata consummauit, crucifigēdo Christum filium & dominum David. Dicatur ergo speculator Ephraim cum deo meo, propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in domo dei eius. Speculator est enim & quasi speculando contendit cum deo, putans quod consilii dei suo destruere possit consilium. Dicit enim: *Quid facimus, quia hic homo signa multa facit?* Si dimittimus eum, si omnes credent in eum. Deus autem econtra speculabatur, quod si non dimitteret eum, si omnes crederent in eum. Sed & in omnibus quæcumque aiebat vel dicebat dominus, speculator aderat ille Ephraim, ille falsitatis fabricator pharisaicus liuor, vt illius admiranda opera vel negaret, vel finistra interpretatione depravarét, & vt eum aliquando saltet in sermo, Psal. 48 ne caperent. Vnde Psalmista, cum dixisset: *Inimici mei dixerunt mala mihi, quia morietur, & peribit nomen eius, continuo de qualibet illorum subiunxit.* Etsi ingrediebatur foras, vt videref,

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. III.

wideret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniqtatem sibi. Egregiebatur foras, & iōt batur in idipsum. Et est sensus: Si quis illo, accedebat ad sermonem vel coniūctū meū, ad hoc tantum accedebat vt insidiaretur mihi, & egrediēs ad eos, loquebatur in idipsum id est, secundum ipsam iniqitatem, quām cor eius congregauit sibi. Nimirum, qā sic maliōse egit, ille Ephraim, ecce insania in domo dei eius: insania (inquit) quā totus orbis audiuit, Insani erunt em̄ extunc horribiliter seditionis, & illam sectionem quam in Barrabala trone maluerunt hæreditare, condemnato Iesu pacis principe, sic ventilauerunt intus obſeffi (vt sicut Iosephus testatur) admirationem simul & dolorem facerēt obſidentibus Romanis. Fiebat autem hoc maxime in templo, cuius præſidio firmissimo seditionis male vie bantur. Recte ergo dictū, insania in domo dei eius. Et quis erat deus eius, nisi māmon, cui seruiendo, domū illam fecerant speluncā latronum, & in eo diu latrocinati fuerāt? O ins, excusabilem malitiā illog. Profunde (inquit) peccauerunt, sicut in diebus Gabaa, id est, Sicut facere cœperunt in diebus Saul, qui fuit de Gabaa, quando dominus, non ignorans quantum in profundū peccati descendere cœpissent, ac peruenturi essent, dixit ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non em̄ te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Deniq; non statim factum est, vt non regnaret dominus super eos, præſertim cum postmodum, amoto Saul, David illis regem dederit secundū cor suū, sed certissime futurū erat, vt quod facere cœperat, dicēdo: Conſtitue nobis rege, sicut & vniuersae habent nationes, itemq; nequaq; audiemus terres em̄ erit super nos, & erimus nos quoq; sicut ories gētes. Hoc ipsum perficerēt, negādo Chīm regē, & dicēdo, nō habemus regē nisi Cæsarē. ¶ Hox; quide mediū fuit, quod decē tribus recesserūt a domo David, Hieroboā, & vitulos autēs fecerūt, sed tota ferie tēpox; vel generationū, vnuſ idemq; extitit funicul⁹ p̄fī, q̄ merito deberēt, dñō flagellatē, de tēplo & de regno ei⁹ ejsc̄. Hoc ē quod protinus dicit: Recordabit̄ iniqitatis eoz, & visitabit̄ peccata eoz, vt videlicet, quē, admodū dixit, veniēt hæc oia super generationē istā: duplē recordationis, & visitatio nis recipiant vindictā, temporalē pariter & æternam. Et vt manifestum sit, hoc idē intendere sp̄m propheticū quod dñs intēdit, dicēdo (vt fam dictū est) veniēt hæc oia sup q̄fātionē istā, q. f. superiora patrū p̄ctā portare debēt imitatores filij, repetit altius, & dicit: ¶ Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi prima poma fculneæ in cacumine eius vidi patres eoz. Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor & abalienati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt Ephraim, quasi auis auolauit, gloria eoz a partu & ab vtefo & a conceptu. ¶ Hic iam ipsa dei persona loquens in propheta, peccata ipsa quæ visitanda erant, commemorans, prius sua breuiter quidem, sed mirabiliter ad memoriam audientium beneficia, reuocat, vt ingratitudinem illorum contra quos sermo est, quilibet perpendens, admiretur cum Moſe, & dicat: Generatio prava atq; peruersa, hæc cinc rediſ dñō popule stulte & infipient⁹. ¶ Quasi vuas (inquit) in deserto inueni Israel, Israel hoc loco totū bonū, totum electum oportet intelligi. Nam econtra per Ephraim, qui quasi auis auolauit, omnes illi sunt intelligendi, qui tantūmodo filii carnis & non filii sunt promissionis, quoq; idcirco gloria dicitur esse a partu & ab vtero & a conceptu, quia in sola carne gloriantur Abrahā, atq; idcirco non aſtimantur in semine. Israel ego quasi vuas inueni, id est, sic super filiis Israel credētibus, in me gauisus sum, q̄uo gander⁹ quip̄ cum in transitu vel itinere dulces ad comedēdum vuas inuenierit. Ista inueniō gratiæ fuit, Vbi nam inueniō? In deferto, id est, in tali loco, vbi mirum fuit vuas nasci, vbi pro magno habendū sit Israel, id est, animas deū vidētes siue rectas potuisse inueniri. Deserto illud, fuit terra Aegypti, quia videlicet defertū est terra, vel gens omnis, que deū verum defens, vel non habens, ab eodem iuste deferta est. Non solum autē defertum, verum etiam locus erat horroris, iuxta illud Deut. Inuenit eā in terra deferta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Et qđ illud quoq; defertū per quod circumduxit eos quadraginta annis, hic valet intelligi, sed magis horridū erat illis defertum ipsa Aegyptus, vbi seruientes in operib; bus lutū & lateris hoc ipsum vapulabant, qđ quasi desertos se esse, gemetes, ad dñm vociferabantur. Quod illi inuenit Israel quasi vuas, id est, quod audiuit gemitū eoz propter dilectionē patrū fecit, sicut scriptura testat, vbi præmissio, quia ascēdit clamor eoz ad dñm pro operibus, & audiuit gemitū eoz, continuo subiunctū est: Ac recordatus est ſcederis quod

A. Reg. 8.

Matth. 23,

Deut. 32
Iſrael ho-
nus, Ephra-
im malus

IN OSEE PROPHETAM, CAP. IX.

Fo. XLII

Quod pepigerat cum Abrahā, Iſaac, & Iacob, respexit dñs filios Israel, & liberauit eōt Bene ergo cum dixisset, quasi vuas in deserto inueni Israel, continuo subiunctis: Quasi pri ma pomæ fculneæ in cacumine eius vidi patrem eoz. Et est sensus: Quando gemitum eōrum audiuit, recordatus sum ſcederis quod pepigi cum patribus eorum. ¶ Quomo; Fculnea ge do autem patres illi, vel qua significatione quaſi prima poma fculneæ dicantur, ille locuſ nū hūanc scriptuſ nos inſtruit, quod Adam & Eva cum admisſo peccato cognouissent ſe eſſe nūdos, conſuerunt ſolia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Recte nanq; genu humānū propter hoc ipsum fculnea dicitur, qā primi patres generis humani tranſgressores facti, folijs fculneæ pudenda contexiſſe noſtantur. Cuius nimirum fculnea, quaſi prima poma fue runt patres eoz, quia videlicet primis ſeculi temporib; iſti de humano genere deo pla cuerunt. Non quaſi prima ſolia, ſed quaſi prima poma (inquit) inueni patres eorum. Quā, to meliora ſunt folijs poma, tanto utiſiores cætera multitudine hominū inueni patres eorū. ¶ Etem quod nō ſine gemitu recolendū eſt, fculnea hęc multū in folijs luxurianta eſt, mul Plura folia ta cito ſolia dilatavit, pauciora vero poma tardius protulit. Homines quoſ more ſuo natu ra produxit extra benedictionem vel gratiam creatoris dicentis: Crescite & multiplica min, & ad illam pertinentes iram, qua mulieri poſt admisſum peccatum dixit: Multiplica bo æruminas tuas & conceptus tuos, hulus fculneæ non poma, ſed ſolia ſunt. Porro, ſolijs fidicitionis poma ſunt eiusdē arboris, & patres Iſrael (de quibus iam dicitū eſt) quaſi pri ma poma fuerunt in ſummitate arboris, quia pro merito prime fidei principatū obtineant, & ſummi ſunt in vniuersitate generis humani. Ipsi autem (inquit) intrauerunt ad Beelphegor. Non ſolū hoc fecerunt, ſed inter omnia quæ fecerūt hoc fuit turpissimum, quod ſpi ritu fornicationis ſeduclī per mulieres Median initiatū ſunt Beelphegor, quem latini nācu Nume. 49 pant priapū. Et hoc facientes abalienati ſunt (ait) in confusione, id ē, alieni facti ſunt, & non filii patrū taliū quos vidi, quos cognoui, quos elegi, vt eſsem deus eoz, & ab illa gloria tra ducti ſunt in confusione, in q̄ nominā dei ſui, vēris ſui, & eoz quæ ſub vētre ſunt, come dēdo ſacrificia mortuoz, & fornicando cū mulieribus, quæ illos ad ſacrificia ſua vocauerunt. Vis ſcire quantam in confusione abalienati ſunt? Et facti ſunt (ait) abominabiles, ſi Psal. 83 cur ea quæ dilexerunt. Ergo facti ſunt ſicut Beelphegor, ad quē intrauerunt. Et reuera ſic facti ſunt, teſtante alio prophetā, cū dicit de ſimulachris eiusmodi. Similes illis ſiant q̄ faciunt ea, & omnes q̄ confidunt in eis. Et notandum, quod neq; iſte dixit, & facti ſunt abominabiles ſicut quæ fecerunt, ſed ſicut ea quæ dixerunt, neq; ille tātūmodo dixit, filii illis q̄ faciunt ea, ſed addidit, & omnes qui confidunt in eis. Taliſ vnuſigſci⁹ eſt, quale illud eſt qđ Psal. 83 diligit, vel in quo confidunt, & hoc adeo verum eſt, vt qui deūm diligunt, vel q̄ deo confi Iohā. 19 dunt, authoritate sanctæ scripturæ dicantur etiam dñi vefili⁹ dei. Cæteraz ſi quis faciat ini quitatē, & non etiam diligat, nondum recte dicitur abominabiles ſicut illa quæ fecit. Po teſt enim fieri, v recuperet honestatē & beatitudinē, deo contegente mala eius facta, iuxta illud Psalmitæ: Beati quorum remiſſæ ſunt iniqitatem, & quorum teſta ſunt peccata. Nomen eoz qui dilexerunt male quæ fecerunt, cōfestim exprimit, dicēdo: Ephraim quāi auis auolauit. Etem peccata Ephraim, id est, Hieroboam, q̄ fuit de tribus Ephraim, tempore illo erant vituli aurei, & peccata illa ſic dilexerūt, vt ne vnuſ quidem de regibus decem tribuum reſeruit ab eis, atq; idcirco cuncti quicunq; vel prius vel posterius fuerūt ſuam diligentes iniqitatem, recte hic denotantur nomine Ephraim. Et vide qualiter op posuerit, Israel quāi vuas inueni (inquit) & patres eorum quāi prima poma in cacumine fculneæ vidi. Ephraim autem quāi auis auolauit. Secundum ſimilitudinem hanc ſa p̄ contingit in eadem vite, qua dependet vua, ſuper eandem fculneam in qua dulcia ſunt poma, plerūq; auis ſedet ſibi, ſed longe aliter ad votum vel commodum agricolæ pro plus accedentis. Deniq; vua pomumq; manum eius expectat, vt carpat & in os ſuū mitat, quis autem exiliens euolat. Sic nimirum Ephraim, quicq; ille eſt filius carnis nō promiſionis, non expēctauit manum domini, non voluntati eius paruit, ſed in domitus effugiens, regē ſuum David dereliquit, Christum filium David denegauit. Israel autem, quicunq; exitit filius promiſionis, radici bonæ inhārēt, atq; inde trahens amoris pinguedinē p̄ficit, & tanquam vua, vel vt pomum fculneæ, colligentem atque eligentem dominum delectauit. In quo gloriatur vua iſta, vel pomum iſtud, ſocium radicis, quod portat illa pater.

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. III.

paternæ fidei radix, in eo gloriari nequaq; illa poterit auis, ille volatilis & refuga Ephraim
Sed quid? Gloria eoz (ingrati) à partu & ab utero & a conceptu. Et est sensus: In eo gloriantur quod secundum carnem semen sunt Abraham, quod secundum carnem semen faciunt in Israel, quod uxores eoz multum pariunt, q; vteri nuptiae steriles non sunt, quod cōcēptus eoz multiplices sunt. In huiusmodi gloriant, & dicunt: Semen Abraham sumus, pater noster Abraham est. L Quod & si enutriant filios, absq; liberis eos faciam in hominibus. Ac si dicat: Gloriant ipi tanquam commodi, & multū prole sua conferentes Israheliticæ carni, sed palam faciam, q; non delecter ego in multitudine filiorum, qui non promissionis vel fidei, sed tantummodo carnis sunt filii. Nam & si enutriant & educauerint, si vscq; ad aodo lescitiam, & vscq; ad iuuenile robur, gloriā partus, gloriā vteri & conceptus sui p̄duxerint, faciam vt absq; liberis sint, vt cadat in gladio filii corā parētum oculis, nullosq; genuisse filios, illis potius optabile fit. Non aut isto contētus ero. L Sed & vae eis cū recessero ab eis. Ac si dicat: Non solum hoc malū erit eis, vt fiant absq; liberis, vt cadant in ore gladii materialis filii, quos enutriant, sed postq; sic recessero ab eis, poftq; sic tradidero illos in manus hostili, lequif adhuc vae, id est, iudicium æternæ damnationis, iuxta quod & Psalmista cum dixisset: Tradentur in manus gladii, confessione addidit, partes vulpium erunt. Idem enim est, ac si diceret: Corpora illoz gladiis, animæ vero spiritibus malignis. Quam ob cauam Ait: L Ephraim (vt vidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine. L Et est sensus: Idcirco tam terribile portabant iudicium, corpore & anima damnati, quia peccatum eoz non ex ignorantia vel insirmitate procedit, sed ex superbia, quam per Tyrum notum est significari. Exempli gratia, cum ad Ezechielem dñs dicit: Fili hominis, dīc principi Tyri. Hac dicit dñs deus. Eo q; elevatum est cor tuum, & dixisti, deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cuius sis homo & nō deus, & dedisti cor tuū, quasi cor dei. Et subinde: Hac dicit dñs deus: Tu signaculum filiū tuū, plenus sapientie & perfectus decoris in deliciis paradisi dei fuisti. Cum ergo præmissens, absq; liberis eos faciam in hoib; sed & vae eis, cum recessero ab eis, statim subiungit: Ephraim Tyrus erat, fundata in pulchritudine miro modo iuste dñnamonis causam reddit sufficiente, id est, superbia magnitudinē. ¶ Et recte per Tyrum vitium designat peccatoris superbietis, peccata sua defendantis, q; videlicet sicut Tyrus circumuallata mari, non sine periculo pugnantiū poterat impugnari, nisi quicunq; eiusmodi est, non sine periculo redarguentium solet redarguis, vt hic idem populus, q; redargentes prophetas, & ipsum dñm prophetas occidit. Et notāda qualitas distinctionis, cum dicit: L Ephraim (vt vidi) Tyrus erat. Idem est ac si dicit: Ephraim in oculis meis superbis apparebat. Grauissimæ nang; denotionis est, superbium quēq; dīci in oculis dñs sic econtra humilem esse vel dici in oculis dñi, magne approbationis est. Porro, pulchritudo est de qua dicit, fundata in pulchritudinem: falsa est & vana, quia superbi omnes sibi met pulchri vident, dum suas fortes cognoscere designant, quin & irasci solent, dum illis a corripente, qd sordidi sint, aliquo modo suggesti. Sic Tyrus fundata est sibi stare videbit, qui superbis & erogas est. Propterea iustū ē Ephraim pati id qd iam dictum est. Et hoc ipsum reperitur, cum protinus subiungit: L Ephraim educit ad interfictionem filios suos. L Ac si dicat. Propterea, sicut iam præmisit, dicens, absq; liberis faciam eos tūa nunc repetēs dico. Ephraim educit ad interfictionem filios suos, id est, interficiēdos & morti destinatos generat filios, imo & ipse interficit eos malo exēplo, vt pindē interficiantur gladio. Sequit. L Da eis dñe: Quid dabis eis? Da eis vultū sine liberis, & vberaarentia. L Mira inclamatio, mira postulatio. Audierat propheta magnam iustæ sententiae seueritatem, iustæ filiorum interfictionem, & mirabiliter infelictum parentū miseratus angustiā exclamavit, & dixit: Da eis dñe. Statimq; sermone nondū peracto, datū quod querit dolenter apud lemetiūm perpēdens percūctat, & dicit: Quid dabis eis? Quid volo vt des illis? Nō, quid vt salutē sint? Nungq; vt vae nō sit illis, aut vt viuant cum liberis? Non vtrq; tale quid postulare ausus sum, sed da eis vultū sine liberis & vberaarentia. Quare? Nimirū quia dies illi tales erunt vt dicant: Beatae steriles & ventres quae nō genererūt & vbera quae nō lactauerunt. Hoc sciens ipse dominus, cum ad crucifixum duceretur, dixit mihi Ihesus, quae plangebant eum, & lamentabantur. Filiae Hierusalem, nolite fieri super me, sed super vosplas flete, & super filios vestros, quoniam ecce venient dies, in quibus dicent:

Beatae

Iohann. 8

Psalm. 62

Ezech. 28

Tyrus ius
per bisym
bolum.

Pulchritus
do vanas su
perborum

Lucas. 23

IN OSEE PROPHETAM, CAP. IX.

Fo. XLII.

Beatae steriles & ventres quae non genererunt, & vbera quae non lactauerunt. Itaq; idcirco da eis vultū sine liberis, q; non genererunt: & idcirco da eis vberaarentia, q; non lactauerunt. O infelix fecunditas, & fecunda infelicitas, cuius in comparatione sterilitas, quae in illa gente pro maledictione reputabat, beatitudine est. Haec interlocuto propheta, rōnem suam prosequit in sua persona diuina maestas, & dicit: L Omnes nequitiae eoz in Galgalis, quia ibi eos exos habui. L Supra dixe sensus: Vae eis cum recessero ab eis &c. nunc dicit: Omnes nequitiae eoz in Galgalis. Et est sensus: Non mireris q; propheta, nec tibi plus iusto dura videat sententia sine ultro nimis festinata, q; nequitiae eoz quae vindicantur, propter quas sententia profertur, non nouæ sunt, sed inueterauerunt, & ab antiquis diebus semper in peius profecerunt. Peius namq; in Galgalis q; in Bethel idola coluerunt, q; videlicet idolum vitulimum in Bethel colue, Galgalavunt temporibus Regum, sed supra iam temporibus Iudicū in Galgalis nequiter egerint, tūs idolas habendo illic idola, sicut scriptum est in libro Iudicium. Cumq; obtulisset Ahoth regi rum locū Egon munera, prosecutus est socios q; cum eo venerant, & reuersus de Galgalis vbi erat idola, verbum (ait) secretum habeo ad te o rex. Et post paucā Aboth autem, dum illi turbarentur, aufugit, & pertrahit loca idolas, vnde reuersus fuerat. Et pulchre dictum, quia de loco idolas id est, de Galgalis, reuersus fuerat tam quippe idolatria, quam lectabatur Israel, reliquerat. Et miro modo ante hæc in eodem libro scriptum est. Ascenditq; angelus dñi de Galgalia ad locum flentū, & ait: Cur hoc fecisti? Deniq; idcirco de Galgalia, vbi erat idola (sicut iam dictum est) angelus dñi ad eos ascendisse dicit, vt subintelligas eum ad videndas nequitias descendisse, illuc eodē descendēs modo, quo alibi dicitur. Clamor Sodomoz & Gomorrhæ multiplicatus est, descendā, & videbo utrum clas Gene. 18 morem, q; venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Præterea, regem sibi fecerunt Saulem, contra voluntatem dñi, & cum dñs non lätaret in eis, imo diceret ad Saum, non te abiecerunt, sed me, ne regnum super eostiuixa omnia opera sua quae fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto vscq; ad diem hæc, sicut dereliquerunt me, & seruerunt dñs alienis, sic faciūt etiā tibi. Ipsi tñm cōtēnentes ostensionē sine cōquistationē dñi, lætabant, sicut illic manifeste scriptū est. Et immolauerunt ibi victimas pacificas corā dñō, & lätatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. Vere nimis, q; nimis est hoies lätari cū malefecerint, & exultare in rebus pessimis: sicut lætabatur hi cū tam malefecissent, vt domini minū abhiceret, ne reguaret super eos. ¶ Vnde & hoc valde notandum, q; lätitia taliter lætabit ibidē in cōfusionē versa est. Illic enim Saul p̄sumptuose cōtra legē, q; nō erat de tribu L Reg. 11 Leui, holocaustū obtulit, & propter hoc audire meruit. Nequaq; regnū tuū vltra consueget. Quæsivit dñs sibi virū fūxta cor suū, & p̄cepit ei dñs, vt sit dux super populū suū, eo quod nō seruaueris quae præcepit dñs. Igitū nō noue sunt nequitiae, propter quas nāc p̄cepit dīcō, vae illis, q; iam dñs ista illorū nequitiae fuerūt in Galgalis, & ibi lätati sunt in rebus pessimis. Et idcirco nō plus iusto festina nunc est finia iudicatis, q; sicut lätati sunt in Galgalis, ita nō destinēt lätari, donec loquatur sup me labijs, & moueat capita sua, dicētes: Vah qui destruit templum dei &c. Ibi (Inq) exos eos habui. Vbiq; in ipsi nequitiae, q; sic nequitier egerunt & agunt, vt etiā exultent in rebus pessimis. L Propter malitiam adinnentios, num eorū de domo mea ejiciam eos, non addam vt diligam eos. L Hoc iam tertio factū est. Prior nancq; in Assyris decē tribus elecit dñs de domo sua, id est, de Bethel, quod interpretat domus dei, quod nomen Iacob vrbū imposuit. Hieroboam vero fecit illam esse domum idoli, ponendo illic vnum de vitulis aureis. Deinde tribum Tuda efecit de domo sua, id est, de templo, quod erat in Hierosolymis, & in Babylonem trāsmigrare fecit. Veruntamē tunc addidit, vt diligenter eos reduxit etiā eos soluta captiuitate post septuaginta annos. Porro, iam tertio sic elecit eos de domo sua, vt hoc ipsum terribili signo significare signum duceret, cum flagello ejiciens vendētes & ementes de templo, dīcēt eis: Scriptū est: Domus mea domus orōnis vocabilis, vos autem fecistis illam speluncā latronū. Ita eis, q; sicut illis, postmodū (sicut illic significatū est) vt caderet in ore gladii, & captivi dicerētur in omnes gentes, non addam (Inq) vt digam eos, q; quia videlicet cū in præsenti puniant, nō euenerit illis remissio saltē in futuro seculo. Scindit autem q; de domo sua neminē de eis ejicit, nisi eum qui sponte sua mente auersa, recedit. Sequit ergo, & causam dicit, cur de domo

Matth. 24
Iohann. 3

COMMENT. RUPERTI ABBAT. LIB. III.

Domo sua sese illos ejcere prædixerit. L Omnes principes eorum recedentes. I Idem enim est ac si dicat. Idcirco de domo mea ejciam illos, quia principes eorum omnes recedentes sunt. Omnes animo recesserunt, & quamvis labijs me honorent, cor eorum longe est a me. Et quidem de regibus decem tribuum palam scriptura refert, quia omnes recedentes a deo fuerunt: Nullus enim illorum recessit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Porro de scribis & pharisæis & principibus fæcerdotum, quod vere recedentes fuerint, deus ipse iudex fuit & testis, dicente Saluatoris: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nout corda vestra, & cetera huiusmodi. Itaq; si queris, cur de domo sua illos deus ejecerit, cur in ecclesia, vel in domo dei non sint recepti, dicit tibi: quia omnes ipsi recedentes sunt, id est, quia priusq; corpore visibiliter ejceterunt, mente recesserunt, animo longe fuerunt, & idcirco etiam corporaliter electi sunt, & ipsa (quæ sola diligebant) terrena, domus dei lucra vel commoda perdiderunt. His dictis, & tali causa redditâ, confessim sententiam quam prescriperat, confirmat: repetes ita, L Percussus est Ephraim, radix eorum, exicata est, fructum nequaquam facient. Quod & si genuerunt, interficiam amantissima vteri eorum. Abiçiet eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. Quid enim supra dixerat, quod & si enutrirent filios, absq; liberis eos faciam in hominibus idem nunc repetit, dicendo, quod & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Porro, quod ait, percussus est Ephraim, radix eorum exicata est, fructum nequaquam facient, multum erat secundum sensum ipso, ut superius dixerat, gloria eorum a partu est, & ab utero, & a conceptu. Dum enim gloriantur in carnis fructu, & multiplici parti sue conceptu contendunt non impleri in se, quod nunc ait, radix eorum exicata est, fructum nequaquam facient. Cum ergo hoc dixissent, recte & opporune, quasi dicta corrigens, iniamq; integrâ perficiens, continuo subiunxit: Quod & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Ac si dicat: Quâdiū genuerint, & fructu vtrâq; multiplicant, videat eis quod fructu faciat, non putat q; radix eorum exicata sit, vel quod sint percussi ferro abscisionis, & de terra videnti eradicati sed amantissimog; occisione filiorum discutunt, clamabunt & dicent, quod filios non genuisse melius fuisse sibi. Hæc deo dicete, statim in sua persona propheta, veræ ac iustæ sententiae testis consonat, & dicit: Abiçiet eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. Quibus vtq; verbis vtrâq; damnationem exprimit, de qua iam superius dictum est, quia videlicet & secundum animâ regno dei priuati sunt, quos deus abiicit, & secundum corpus captiuum, suocq; loco expulsi, qui vagi sunt in nationibus, idcirco quia non audierunt eum, id est, non ga non intellexerunt, sed quia intelligere noluerunt. Sequitur: L Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit sibi altaria iuxta vbertatem terræ sue exuberavit simulachris. Supra dixerat, radix eorum exicata est, fructum nequaquam facient: nunc autem dicit, vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Et exponens quid dixerat, fructus adæquatus est ei, subiunxit atque ait: Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ sue exuberavit simulachris. Ergo vbi dicit, fructum nequaquam facient, subaudiendâ est, bonum, & exicata est radix eorum, subauditur ab omni pinguedine fidei vel dilectionis deitatis aut vbi nunc dicit, vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, subauditur malus. Fructus namq; malus altaria sunt multiplicia, simulachra exhuberatia, fructus ille, cuius secundum multitudinem altaria vel simulachra multiplicauit, altaria subiungens, iuxta vbertatem terræ sue exuberavit simulachris, fructus iste, scilicet vberitas terræ in rationibus divinitatis, nec bonus est, nec malus est: sed vtriusq; scilicet boni & mali medius, videlicet q; boni fructus, id est, bonorum meritorum, quedam temporalis merces esse debuerit sed per prauitatem male vtentiū quoddam malorum operum instrumentum factus sit. Proinde suapte natura in iudicio divinitatis neq; malus neq; bonus iste fructus meretur addici, sed (sicur iam dictum est) vtriusq; scilicet boni ac mali medius: ille aut, de quo dixerat, nequaquam fructu faciet, sine dubio bonus & ille, de quo subiunxit: Fructus adæquatus est ei, secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, sine duuo fructus intelligitur malus. Fructus bonus & fructus malus mira inuestigatione discernit in Esaia, dum in illo dicit deus de ista vita frondosa. Et expectauit facer et iudicium, & ecce iniqtas, & iustitiam, & ecce clamor. Et quidem quo tpe vitis haec frondosa, scilicet Israel, à domo David recesserat, non valde multoq; deo, altaria enarrat fecisti

Esa. 26

Luc. 16.

CAP. X

Duplex fructus bonus scilicet, & malus

Esa. 8

IN OSEE PROPHE. CAP. X.

Fo. XLIII,

fecisse sibi siue simulachra: nisi tantum vitulorum duorum alterum posuit in Bethel, & alterum in Dan, sed hoc ipsum iure multiplicitatis arguitur, quia multis est, extra unius dei altare habere vel unum altare aliud. Sic eo tempore quo in tantum recessit à domo David, ut ipsum crucifixum superba religione gloriatatur, sed in hoc altarium atque simulachrum multiplicitas re cœdemnat, q; veri & summi sacerdotes Christi secundum ordinem Melchisedech, altare Ephes. vel sacrificii refugiis, altare aliud, altare suum, & sacrificium sanguinis hincorum & vitulorum sibi obstat, nimirum intendens avaritiam, quae est simulachrum seruitus. Porro fructum suum vivis haec in eo male sibi adæquavit, qd secundum amaritudinem radicis siue cordis sui acetum, siue vino myrrato siue in cruce potauit. L Divisum est cor eorum, nunc interibunt. Recepto & valde iusto iudicio cor eorum divisum est, qui seipso a deo diuiserunt. Palam ex his fidei oea di storiæ Regum serie cognoscitur, q; vere, q; multipliciter cor eorum divisum fuerit, ex quo usus inter diuiserunt sese a domo David: quisque qui fere decies cōta semetipos diuisi, reges alios, p; se cassis alios, sibi locauerunt, & tandem iuxta vocem hanc prophetica (nunc interibunt) in causam priuitatem irreuocabilem ducti sunt. Porro, tempore illo quo semetipos a vero David, id est a filio dei diuiserunt misericordia, dicitur q; crudeli discordia contra semetipos diuisa fuerit multitudo Iudeorum, sicut miserabilis excidij illog; tragedia testatur, Iosepho scribente, p; totum vulgata mundum. Multo quippe crudeliores sibi met per impacibiles seditiones in suis extiterunt, q; esse potuerit foris obsidens exercitus Romano. Et regera iustitia, q; a primi cipem pacis Iesum condemnantes, Barrabam sibi præelegerant seditionis authorem. Illos ergo prophetali oculo punitus, brevi qdsem, sed alta declamatione, iustitiam in illos depositum dei sententia, divisum est (inquietus) cor eorum, nunc interibunt. Divisionem nāc cōtae Matt. 13 quitur interitus, iuxta illud: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Interitum atque ruinam regni siue cordis eorum diuisi, sequentibus verbis ex primis, ita dicens. L Ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. Hoc & tunc de prope factum est, quando Assyriis captivitatis depopulatione merita vastati sunt, & tunc de longe futurum erat, quando venientes Romani tollerent & locū & gentem eorum. Tunc enim cōtracta sunt durissima cōfractio simulachra eorum. Et notandum, q; non dixit: Hostilis exercitus confringet, sed ipse scilicet deus meus, qui (vt supra dictum est) abiçiet eos, confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. Non vult deus, vt homini attribuatur, quando per hominem secundum merita peccantium vindicta diuinatis exercetur. Sed & si quis sibi met attribuit, quod deo permittente contra populum dei quippiam facere præualuit, ipse coelestem contra semetipsum indignationem Deuteronomij, cum dixisset, cessare faciam ex hominibus memoriam eorum, subiunxit. Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent. Manus nostra excelsa, & non dominus, fecit hæc omnia. Assur ille, per quem tunc temporis deus cōfregit simulachra eorum & depopulatus est aras eorum, sibi met arrogauit quod sua hoc virtute fecerit, & idcirco dicitur in eum cum indignatio dei. Væ Assur. Virga furioris mei & baculus ipse, in manu eius indignatio mea. Super hoc ille gloriasabat quasi oia suis faceret viribus, & idcirco postmodum dicit cōtra eum. Nunquid gloriaribz securis contra eum qui fecerat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? Dicebat enim, quem admodum idem propheta præmisit. In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstulí terminos populos, & principes eorum deprendi. Nimirum ita gloriantur, sic se exaltando, coelestē (vt iam dictum est) super semetipsum indignationem adduxit, quæ protinus intentatur in eum verbis estis. Propter hoc mittet dominator deus exercituum in pinguisibus eius tenuitatē, & subtus gloria eius succensa ardebit quasi combustio ignis. Cū igitur sic vehementer sermo propheticus enunciatur. Ipse confringet simulachra eorum & depopulabitur aras eorum idem esse intelligamus ac si dicat, non manus hostiū excepta, sed dñs fecit hæc omnia. Ipse & tunc per Assyrios confringit & depopulatus est, & deinde per Romanos confractus erat simulachra eorum & depopulatus aras eorum, q; a domo David recesserunt, quia filii David Christū crucifixerunt. Quia ob causam Ait, H. Quia nunc dicent, non est rex nobis. Non enim timemus dominum, & rex quid faciet nobis.

Regula natatu digna cōtra lugē

Esa. 10

Deuteronomij

bis. Grandis nimis & vehemens causa damnationis est, quia dicere, non est rex nobis, & hoc peccantiū conscientiā dicer: non em̄ timemus dñm, id est propositum habemus nō timere dñm, & proinde cū tumore cordis effari, rex qđ faciet nobis: quēadmodū dixerant prius, que pars nobis in David, vel quæ hæreditas in filio Iſai. Sicut enim hoc illi dixerant, sic & sequaces illoḡ aduersus vez̄ David dicturi erāt. Nolumus hūc regnare super nos. Hoc em̄ apertis vocibus cōclamauerūt, ita vt dicentes Pilato, regē vestrū crucifigam, responderūt. Nō habemus regem nisi Cæsarē. Profecto hæc dicentes pariter quoq̄ dicebant, non em̄ timemus dñm, id est, propositū habebāt nō timere dñm, non portare timoris eius iugū, sed cōtumaciter dirūpere, & proīcere omnia vincula sanctoꝝ eius mandatorum. Nimiꝝ vbi cōscientia rebellis fese tali, & tāta p̄sumptione induit, cōsequebatur ut dicentes etiā hoc, & rex qđ faciet nobis. Cōsequebatur nāq; vt regē cōtemneret deſiliūm, quibus propositū est nō timere dñs. Neq; em̄ nō ignorauerūt, sed cōtempserunt & oderunt. Vnde ipse rex, reprobatuſ ab eisdē, dicentibus, & rex qđ faciet nobis, cū dixisset, si opera nō fecisti in eis q̄ nemo alijs fecit, peccatū nō haberet, cōtinuo subiunxit. Nūc aut & viderūt & oderūt & me & patrē meū. Propter hoc, ecce ipse deſtruxit ſimulachra auaritie eoz, & depopulatus eſt templū & altare eoz. His dictis itez, qui loquebatur de ipſis, cōvertitur ad ipſos, & dicit, Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus, & germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri. Manifestum eſt hic, cū dicit, loquimini, nō imperiū volētis, ſed permissionē eſſe indignatū, & auerſionē dimittētis, vt fit ſensu. Iam docēdī nō eſtis qđ vtile fit ſue monēdi vt vtilia loquimini: vos em̄ nō p ignorantia errādo loquimini, ſed scientia & cū profundo malignitatē cōſilio mēdacia cōſtruitis, & arrogatiā depravati prophetatis de cordibus vestrī, verā aut & vtilem prophetiam intelligere nō vultis. Loquimini igitur qualia potius vos eligitis, loquimini verba visionis inutilis: nā vtilia verba loqui vel signa facere quæ proſint, neq; vos q̄ritis, neq; datū aut permiffum eſt vobis. Scindūt quippe de pseudoprophetis, q̄ & ſi aliquando futura diuinant, nihil tñ vtile prophetāt, & licet nonnulla signa & prodigia feciſſe vel ſatūrē eē legant, nihil tamē vtilitatis aliquid eoz signū habere cōprobatur. Vnde & Iohānes in Apocalypſi cum dixiſſet, & fecit signa magna, & ſeducit habitantes in terra propter ſigna q̄ data ſunt illi facere in cōſpectu bestiæ. Eandē signa, magnitudinē vanā, totamq̄ inutilē fore inſinuant, determinando ſic ait. Ita vt etiā ignē faceret de celo defecēdere in terra in cōſpectu hominū. Quid em̄ vtilitatis habet, ignem in cōſpectu hominū vel ſuper hoies de aere ministerio dæmoniaco cadere? Eiusmoди ſigna non ſunt illius generis, cuius illa q̄ nobis dñs in ſemetipſo deſignauit, eūtēs (inquietus) renūtiante Iohāni, q̄ auditiſ & viditiſ: Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundātur, ſurdī audiūt, mortui reſurgūt paupera euāgelizant. Hæc vtilia ſunt, ſicut & verba ipſa, q̄ bus propter hæc eadem ſigna iuſtū eſt credit: vos aut̄ o prophetæ vtilioḡ (q̄ Hierobal̄ ſecit, q̄ Ephraim coluit) loquimini verba visionis inutilis, q̄m ita vultis, & ferietis fœdus, ſubaudit nequaquam cum deo, ſed cū mendacio, quēadmodū & Eſaias talibus illuforibus dicit. Dixiſſis em̄. Percusſim ſcedus cū morte, & cū inferno fecimus pactū. Flagellū inundans cū tranſierit, nō veniet ſuper nos, q̄a poſuimus mendaciū ſpem noſtrām, & mendacio protecti ſumus. Huiusmo di ſcedus ferietis, & propter hoc germinabit quaſi amaritudo iudiciū, vt videlicet ſcedus vestrū deleatur, & in iñtimicitiā impacabilis cōuertatur, ſiatq; vobis ſicut ibidem apud eudem Eſaiam dñs dicit: Et ſubueret grando ſpēm mendaciū, & protectionē aquæ in undabunt. Et delebitur ſcedus vestrū cū morte, & pactū vestrū cum inferno nō ſtabit. Flagellū inundans cū tranſierit, eritis ei in concuſationē, &c. Hoc iudiciū germinabit ſcedus vestrū (ait) quaſi amaritudo, id eſt, vt vere amaritudo, vt vere amara radix iuxta ilud Moſi. Ne forte ſit inter vos vir aut mulier, familiā aut tribus cuius cor auerſum eſt, vt vadat & ſeruat dñs gentiū, & ſit inter vos radix germinās fel & amaritudinē ſeruitutem deoꝝ alienoꝝ, & Moſes radicē dixit eſſe generatē, fel & amaritudinem. Et iſte, cū dixiſſerit, & germinabit quaſi amaritudo iudiciū ſuper ſulcos agri, videlicet remaneant inculti, cultoribus in captiuitate ductiſ, cōtinuo ſubiunxit. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. Nā hæc eſt amaritudo germinās iudiciū. Hæc eſt radix (vt ait Moſes) germinās fel & amaritudinē. Ad auditores rurſus fefe conuerſit ſermo propheticus,

IN OSEE PROPH. CAP. X.

mīro modo clamans cauſam, propter quā Israel iudicet. Vaccas (inquit) Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. Quia luxit ſuper eū populus eius, q̄a migrauit ab eo. Sigdē & ipſe in Aſſur delatus eſt munus regi vltori, Conſuſio Israel capiet, & confundet Israel in voluntate ſua. Cū irriſione non vitulos ſexus masculini, ſed vaccas, id eſt feminas appetiſſiſſi, vt videlicet Israel nō ſolum deos vitulos, ſed deas vaccas coluerit. Nec dixit tārum vaccas coluerūt, ſed vaccas Bethauen coluerunt. Magna quippe diſtinctio vaccaḡ eſt eaꝝ quæ figi poterāt in Bethauen, i.e. in domo idoli, & eaꝝ quæ graduunt̄ in armētis & ſpatiantur in paſcuis. Iſte nāq; vaccæ viuunt & ſentient, ille aureæ ſue ex alio quocunq; metallo formataꝝ, nō ſolū inſenſibiliā, vez̄ & inanimata ſimulachra ſunt. Conſtat autem quia corpore inanimato corpus animatum viuēt & ſentient, longe præſtatū eſt. Pulchre igitur & vehemēter redarguit nimis depreſſam hominū ſtūtūtā dicendo, vaccas Bethauen, i.e. vaccas nō ſaltē viuentes & laetiſ alimoniā præſtant, ſed inanimatas vaccaḡ ſi militidines coluerūt. Notandum & hoc, quia nō dixit, coluerunt reges Samariæ, ſed coiuerunt habitatores Samariæ. Colere nāq; recte dicit, qui ſua voluntate & animi diligētia celebrat & adorat ſue venerat. Nō ergo populū excuſabiliē videri ſermo hic propheticus patiſſur, cum dicit, vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ. Hoc em̄ nō proprie dicitū eſſet aut dici poſſet, ſi regib; vitulos colentibus metu tantū & nō propria fuſiſſent obſecuti voluntate, ſi intiſti paruiffent & nō ſpoſe conſenſiſſent. Et vnde cōſtat, Populus inexcusabiliſ, q̄ ſpōte coluit vitulos. habitatores Samariæ vaccas illas coluerunt. Ait. Quia luxit ſuper cum populus eius. Ut oſtēderet vaccas Bethauen, vñ in Bethel vitulos ſentientū, nō intulit, luxit ſuper eis populus, ſed ſuper eo, id eſt, vitulo aureo. Quando vel quam ob cauſam luxit populus ſuper eo? Videlicet, quia tempore neceſſitatis & anguſtiae vituli quoque aurei inter munes ra cætera regib; Aſſyrijs dīrecti ſunt. Legimus in Regum volumine, regem Israel Mahānen regi Aſſyriorum Phul miſiſſe argenti talenta mille, vt ei pberet auxiliū. Inter quæ nō nulli arbitratūt etiā vitulos aureos eſſe directos. Et vt ſciamus (inquietus) hoc eſſe quod dicimus, perſpicue ſequēs verbiuſ ſuſtendit. Siquidem ipſe in Aſſur delatus eſt munus regi vltori. Idcirco populus luxit, qui vtq; non lugeret niſi volens, niſi cū amore magis q̄ pro regum timore tali idololatria deſeruit. Cum ergo dixiſſet, vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, vt cōſiraret eos reuera vitulū coluſſe, voluntarie vitulo deſeruiffe, cauſam reddidit non firmā, dicēdo, quia luxit ſuper eo populus eius. Cōſequitur em̄, qđ cum amore poſſederint vel habuerint qui luxerunt, quādo ablatus eſt eis. Populus eius, ſubaudit vituli, nō ſine magno improprio dicitur, qui debuerat eſſe vniuſ veri dei populus. Porro, & hoc tradūt Hebræi, quod a ſacerdotibus vituli aurei furto ſublati, & pro his ænei deaurata fuerint reponiti. Cum igitur lugeret populus tempore neceſſitatis & anguſtiae, ſicut iam dicitū eſt vitulos aureos regib; Aſſyrijs eſſe directos, exultabat æditui, quod fraſ eorum nequaquam poſuiffet argui vel deprehendi. Hoc eſt quod cōtinuo ſubiungit. Et æditui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Lutu gente populo exultaerunt æditui in gloria eius, ſubaudit populi, hoc eſt, in vitulo quem habebant pro gloria, nam gloriāt incommutabilis dei commutaerant in ſimilitudinē imaginis corruptibilis, non hominis, ſed vituli. Et quæ pars vitæ deteſtabilior habetur, populus ne qui luxit ſuper vitulo tanquam ſuper deo ſibi ablato, an æditui vel ſacerdotes qui exultaerunt, eo qđ non eſſet deprehēſum ſurtum qđ fecerat in illo tali deo? Profunditus baratrum damnationis merito illuforibus illis arbitramur deſtinatū, quia populares forte errando luxerunt, illi autem irridendo, in rebus pefſimis exultaerunt, quia migrauit ab eo, id eſt a populo. Et eſt ſensus. Exultaerūt quod migraſſet, quod ſic Aſſyrijs regib; datus eſſet, quaſi iam vltra deprehendi nō poſſet, vtrum aureus an æreus eēt. Sed quid deinde Confuſio (inquit) Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate ſua. Postq; enim in Aſſur pro munere vitulus velut aureus delatus eſt, deprehensa frau regi Israel literis indicatur, & vnde ſe placere cōſtimauerunt, inde vel maxime confundūtur, & offendunt eos, quibus munera miſerant, cōſtimantes non furto ſacerdotū, ſed frau de regum atq; consilio hoc eſſe perfectum. Inde confuſio cōcepit Ephraim, inde cōſuſio eſt Israel. Sequitur. Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumā ſuper faciē aquæ & diſperdenter excela idoli, pefcatum Iſrael. Siquidem pro merito iniquitatis perſeuē

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. IIII

Rex Israel
sicut spus
ma aquæ.

Rant hoc emeruit Samaria sive decem tribus, ut rex eius transiret, & regnum eius solueretur sicut spuma super faciem aquæ: quæ vera nimurum similitudo est. Sicut enim in olla feruente superioris aquæ in spumam bullasq; surgentes irrumunt, ipsæq; bullæ subtiliter colliduntur, & alijs emergentibus, alia crepant & dissiliuntur. Samaria vel decem tribus, inq; feruentes igne discordiæ, reges altos super alios creauerunt, & vsq; ad decem vi ces (sicut ex ipsa libri Regum lectione colligi promptum est) percussis regibus, alii reges supercederunt: secundum numerum scissuram decem pallij: quo disciplo, propheta, scilicet Ahius Sylonites, dixerat ad Hieroboam. Tolle tibi decem scissuras. Hec enim dicit dominus deus Israel. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Decies namq; (sicut iam dictum est) regnum illud decem tribuum per discordiæ scissum fuit, decies quasi spumam sive bullam super faciem aquæ transire fecit regem suum, alio percutio suscipiens alium. Primo namq; scissum est Hieroboam. Secundo, Baasha percutiuit Nadab filium Hieroboam, & regnauit pro eo. Tertio, Zambri dux mediae partis equitum percutiuit Ela filium Baasha, & regnauit pro eo. Quarto Amri, qui erat princeps militis super Israel, rex factus est ab exercitu, & illo mortuo in peccatis suis, Achab filius eius regnauit pro eo. Quinto loco Ioram filium Achab occidit Iehu, & regnauit pro eo. Sexto, Zachariam abnepotem Iehu percutiuit Sellum, & regnauit pro eo. Septimo, eundem Sellum percutiuit Manahen, & regnauit pro eo. Octavo Phace filius Romeliae, percutiuit Phaceiam filium Manahen, & regnauit pro eo. Nono, Phace filium Romeliae, percutiuit Osee filius Ela, & regnauit pro eo. Decimo, tandem discidio scissum est regnum in rege Assyriorum, qui Osee iam dictum obsecrit, & vincitum misit in carcerem, & transiit Israel in Assyrios. Sic & sic Samaria malis suis regem suum transire fecit. Et disperdetur (ait) excelsa idoli, de quibus videlicet toties scriptura refertur veruntamen adhuc populus immolabat & adolebat incensum in excelsum, quod erat peccatum Israel. ¶ Cuncta haec, ut cetera superiora, altius (sicut prophetalem decet dignitatem) nos animaduertere commonet illud, quod continuo subiunctum est. Lappa & tribulus ascendet supra aras eos, & dicet montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Hoc enim nequaquam angustia captiuitatis illius, qua tunc in Assyrios translati sunt, sed potius de excidio pene inexcibili, quo Iudei propter scelus dominicae mortis subuersi, & in omnes gentes captiui ducti sunt: prædictum esse auctoritate sua dominus ipse comprobatur, & sequentibus & lamentibus mulieribus, dum ad mortem duceretur, dixit: Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super vosploras & super filios vestros, quoniam ecce venient dies, in quibus, dicet, Beatae steriles & ventres quae non generuerunt, & vbera quae non lactauerunt. Tunc incipiunt dicere montibus: cadite super nos: & collibus, cooperite nos. ¶ Notandum quippe, quod non sic ait: tunc dicet montibus, sed incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus operite nos. Id est ac si diceret. Tunc in illa tribulatione sive angustia incipiet impleri quod per Osee prædictum est. Quod fit sic coepit impleri, & tunc dicere incepunt montibus, cadite super nos, quoniam venerunt illi dies, quos tunc venturos esse dicebat dominus noster, non utque ad illa tempora sua, vel ad mala quæ sensu ipse vidit prophetia intendebat, quoniam haec dixit vel scriptus. Et reuera, si rite perpeddas illud quod tunc Israel passus est, quod anno nono Osee regis Israel coepit rex Assyrius Samaria, & traxit Israel in Assyrios, posuitque eos in Halia & in Aborigine fluuium Gozana in ciuitatibus Mœdorum: non tale vel tam grande fuit malum, ut propter illud propheticus dignaret sic exclamare spus: & dicet montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Quinimo etiam si in seruos & ancillas venundare illos rex Assyriorum maluerit, quod ponere in ciuitatibus suis, tolerabile, imo & optabile fuisset malum, comparatione tam miserabilis Hierosolymorum, excidi. Quemadmodum Hester quoque, cum dixisset regi traditi sumus ego & populus meus, ut cõteramur, iugulemur, & peream, cotinuo subiunxit. Atque utinam in seruos & famulas vederemur, eet utique tolerabile malum, & gemens tacerem. ¶ Igitur quoniam & illa quod de verbis istis prophetici tractauimus, parvum non ex nota rei gestæ historia, sed ex Hebreo & traditione sumpta sunt, ut supra meminiimus. Ipse autem propheta non Iudeis perfidis, sed sapienti haec intelligibilia fore insinuat, cum dicit. Quis sapiens & intelligentia ista, intelligens & sciens haec rursus eadem repeteat, & prophetia secundum tempora, quod futura erat, notis cõferre vel proferre rebus vel sensu

¶ Reg. 9.

Luc. 23

De qua tri
bulatione
hic sentit
propheta.

4. Reg. 17

Hester. 7

IN OSSEE PROPHE. CAP. X.

Fe. XLV.

bus eodem tenore vel cursu, quousque ad presentem locum peruenimus, Christum & eius temporam non dubitantes huius vel omnis sanctæ prophetæ summam esse vel caput. ¶ Vaccas (ingt) Repetita Bethauen coluerunt habitatores Samariae. Habitatores Samariae veraciter ludæi fuisse, expositio secundum Iohann. 8. & templum in illa divini nominis videbantur inhabitare ibidem. 4. qui ciuitatem sanctam Hierusalem & templum in illa divini nominis videbantur inhabitare Habitatores Samariae, qui tunc carnem Iudeus ex Iudeis erat, & hoc idcirco dicere non utique corde, sed tantum corpore. Si enim dominum nostrum non dubitauerunt Samaria ritum dicere, qui utique secundum carnem Iudeus ex Iudeis erat, & hoc idcirco dicere ausi sunt, quod in ciuitate Samaritanorum duos dies manserant: postquam loquutus est cum muliere Samaritanâ, quanto magis ipsa scriptura dicere debuit, habitatores Samariae quoniam nimis crudeliter imitati sunt, atque impleuerunt peccatum Samariae. Samaria nam tecellit a domo David, regemque alium & deos alios sibi fecit: Iudei vero negauerunt & crucifixerunt filium David, filium dei, regemque suum Cæsarem esse profecti sunt, & tunc quidam Barrabam sibi dimitti petierunt, & Antichristi pro Christo suscepti sunt. Vere ergo habitatores Samariae, id est alieni a David & a ciuitate eius Hierusalim, & a templo quod est in ea, a templo dominici corporis, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo divinitatis. Iti coluerunt vaccas Bethauen, videlicet qualibus alius propheta loquitur: Audite verbum hoc vaccæ pingues, Iohann. 10. quae estis in monte Samariae, quae calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quae Mart. 27. dicitis dominis vestris, afferte & bibemus. Iuravit dominus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos & letabunt vos in contumie, & reliquias vestras in ollis fermentibus & per aperturas exhibitis altera contra alteram, & proiecimini in Armon, dicit dominus. Vaccæ itaque illius temporis altera contra alteram principes sacerdotum Annas & Caiphas extiterunt: ita deuoravint plebem, sicut herbam virulentem vaccæ deuorare solent, & hoc in Bethauen, quod interpretatur domus idoli, in illo templo, quod dicebatur templum domini, & debebat esse dominus orationis, sed erat domus mammon, quippe quam ipsi fecerant speluncam latronum. Itas utique vaccas Iudei coluerunt, voluntaria namque crudelitate illis principibus sacerdotum se submisserunt & consenserunt ad occidendum dominum in illa Bethauen, id est, propter illam dominum idoli sui, scilicet mammonem vel pecunie suæ: & quasi diuino oraculo crediderunt vaccis illis, dicentibus sibi: Occidamus eum, ne forte veniant Romani, & tollant nos & locum & gentem. Talia sibi immugientes vaccæ pingues illi coluerunt, id est, liber ter audierunt. Vnde hoc comprobatum. Quia luxit (inquit) super eo populus eius. Hoc Iohann. 11. manifestum est. Luctum namque spontaneum populus sibi metu assumpit super eo, subauditur deo suo, videlicet mammona iniquo, cui nimis serviens nequaquam seruiebat deo, & quodammodo lugebat talem inter se haberi hominem qui diceretur Christus, qui rex Israel clamaret, quem nisi occideret, veniret Romani, & tollerent ipsorum locum tam pulchrum tam tarumque divitias. Hoc illi simile fuit, quod impia Iesabel iubente primates populi lucum simum lauerunt, & predicauerunt ieiuniū, ut quasi necessario iustitiae iudicio interficerent Naborum summittentes duos viros filios Belial contra eum, qui falsum dicerent testimonium. Et populus quidem totus crudelitatem intentus, voluntariam necessitatem occidendi dominum, quasi tristis suscepit, sed principes sacerdotum scribæ & pharisei gaudebant intra cordis sui secretum, quod prævaluerunt malitia & suæ commentum. Ait ergo. Et aeditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. Siquidem & ipse in Asyru delatus est munus regi vltori. Aeditui namque tunc erant illi, non veritatis, sed erroris & malitiae, iuxta illam sententiam dominii, quia tulisti (inquit) clauim scientiae. Ipsi non introiit, & eos qui introabant, prohibuerunt. Exultauerunt (ait) in gloria eius, quia migravit ab eo, id est, exultauerunt in pecunia populi, quia prædam faciebant de populo, sperantes quod deinceps sua lucra facerent occidere Christum, qui reprehendebat avaritiam ipsorum. Nam quod tali spe vel intentione Christum occiderunt, illa probat parabola, in qua vidētes agricultæ filium patris familiæ, dixerunt. Hic est haeres, occidamus eum, & nostra erit haereditas. Cui autem dubium, vel quis Matthe. 21. nesciat, quomodo migraverunt ab eo, scilicet populo deus suus mammon, cui seruiebat, ut merito veniret in manus Romanorum argentum ipsorum & auge & locus & gens. Siquidem ipsum hoc emeruerunt, quando congregati cum senioribus, confilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Hoc nempe modo deus ipsorum, qui non est alius, nisi transitorius iniquus, in Assyriis delatus est munus regi vltori, quia profecto pecunia ipsorum abolescit.

H , malignis

malignis spiritibus, & diabolo patri mendaci dedicata est, quādo tale mendaciū coemē runt. Proinde iusto valde iudicio prouenit, vt traderent illi regi vltori, vt & super eos rex atq; pater mendaci regnaret, & in eos vltionē per manus Romanorū exerceret. Et illi qdē ad horā nimis paruā exultauerunt, putantes qdē deinceps liberius copiosa pecunia misgrare deberet a populo in mafupia ipsoz; sed exultatio illa in vege cōuerſa est lucī, qdē magnam & miserabilē, toto mirante seculo, vltionē sustinuerūt. Vnde & subditur. Cōfusio* Israēl, capiet, & cōfundetur Israēl, sicut nūc palam factū est, quādo ceciderūt in ore gladij, & in oēs gētes captiui ducti sunt, & in residuis eoz; toti mūdo spectaculū ē, nō solum dispersio qua dispersi sunt, verū etiam cæcitas mentis quæ in Israēl contigit. Et bene cum dixisset, confundetur Israēl, addidit, in voluntate sua, quia, videlicet sic voluerunt Iudei sic electione p̄fixerunt ac p̄scripterunt sibi, Christū regem negatē, & Cæsarē pro fitentes, Christū occidentes, & Barrabam dimittētes, & clamantes coram Pilato, sanguis eius super nos & super filios nostros. Sequitur. ¶ Transire fecit Samaria regem suū quasi spumam super faciem aquæ, & disperdenter excelsa idoli, peccatū Israēl. Samaria (sicut iam dictū est) hoc loco recte dicitur Iudea, quia reuera secūdū supradictas rationes Samaria, quæ a domo David scissa fuerat, similem sese in peius fecit Iudea, quæ vez David Christū regem habere recusat. Transire ergo fecit regem suum, i.e. regem habere maiuit transitoriu, qdē regem suum. Verum non conceditūt ei, vt saltem transitorium regē habere possit, sed omnino ablatū est illi regnū, & dux pariter & rex ab ea transiuit. Nec em saltem dignatus est Cæsar quisquā regnare sup eos, aut in regno suo ciues habere illos, sed tantum modo captiuos, sicut adulati sint dicentes, non habemus regem nisi Cæarem.

Excelsa ido li templū Iudeorū. Sicut repente transit spuma sup faciem aquæ, si in breui dissipatu & adnihilatu est regnū Iudeæ, & disperdita sunt excelsa idoli peccatū Israēl, Lapis quippe sup lapidem non remansit, & destrūctum est, subuentibus Romanis illud, quod debebat esse templum domini, erat autē excelsum idoli & peccatū Israēl, ex quo polluti sunt sanguine Christi, homicidæ & serui peccati serui mammona dei vel idoli sui. Et qd̄ mīz, si iam post necē Christi templum illud vocē excelsum idoliū antea dominus eadem spelunca latronū facta vocata fuerit? Disperdenter ergo excelsa idoli, id est, adnihilabitur caput superbie Iudeicæ & fundus auaritiae pharisæicæ: pulchritudo templi, de quo salus exiuit, sicut significat in euangelio, cum dicitur, Jesus autem abscondit se & exiuit de templo. ¶ Quāta autē perditione, quanta cum tribulatione gentis hoc deberet fieri, verbis sequentibus exprimit, cum dicit Lappa & tribulus ascendet sup aras eoz; & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite sup nos. Quod enim dicit, lappa & tribulus ascendet sup aras eoz; signum est ultimæ solitudinis, vt ne parietes quide & extrema ædificiæ vestigia relinquantur. Cum autem subiungit, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite sup nos, iram & tribulationem illam vehementer edicere nittitur: quæ tanta exitit, vt satis declamari non possit. Eorum namq; erat dicere montibus, operite nos, & collibus cadite super nos: quippe qdē magis mori optarent qdē cernere quæ afferunt mortem. Et reuera satis pulchte atq; eleganter exprimit litera hæc, quanto desiderio latere voluisse, si possibile fuisset. Etemū per omne tēpū obsidionis (vt Iosephus refert) occisorum, siue fame, cæterisq; cladibus mortuorum numerus ad decies centena milia collectus fuerit, qdē superfluerunt ad valles & in spes subterraneos confugerunt, & in cloacis quoq; delitescere frustra conati sunt. Sic de lituisse vel delitescere voluisse, nīmīz dixisse fuit montibus operite nos, & collibus, cadite super nos. ¶ Quare autē dñs noster hoc testimoniu de prophetā sumēs, sic dicere maluit, tunc incipient dicere: Cur non ait dicent, sed dicere incipient? Videlicet, quia non illuc finis, sed initium dolorum extitit, quādo sic ceciderūt in ore gladij. Tempus aliud erit, vñiet dies aliud, dies iudicij, quo maiori cū angustia dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos, dicent sanctis patribus & patriarchis, protegite nos, dicent Mōs & prophetis, excusate nos. Veram id frustra dicit, nam econtra, est qui accuset vos (ait dñs) Moses in quo vos speratis. Et verba quidē diuersa de montibus & collibus p̄dicata sunt, dicendo montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos: sed sensu eadem sunt. Nam propheta quidem, dicent (ait) montibus operite, & collibus, cadite: dñs autē, t. in (inquit) incipient dicere mōtibus caq; super nos, & collibus, operite nos. Sequitur, LEx diebus Gabaa

¶ Gabaa peccauit Israēl. Ibi steterūt. Non comprehendet eos in Gabaa prælium super sibi ijs iniquitatē. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Congregabūt super eos populi cum corripiant propter duas iniquitates suas. ¶ Semel & iterum ac tertio, imo & quanto antiquitatem sue vetustatem peccati illoz; commemorat, vt nulli videatur nimium festina vel plus iusto leuera punientis sententia. Primo namq; superius dixit, ista subsanatio eorum in terra Aegypti, & post aliqua rursus ait. Profunde peccauerūt sic in diebus Gabaa. Item: Omnes nequitiae eoz; in Galgalis, quia ibi exos habui eos. Nunc quarta iam vice secundū eandem intentionem dicit. Ex diebus Gabaa peccauit Israēl, i.e. ex eo tē Peccatū pore, quo in Gabaa peccare nō desit Israēl. ¶ Peccauit autem illuc semel & iterum Israēl duplex peccata, quorum in scriptura saeuū & horribile monumentum est. Venit leuita in ciuitas in Gabaa, tem illam cum vxore sua, illucq; diuitit, & ecce homines ciuitatis illius circūcederūt nos, iudic. 19. Et domum in qua manebat, volentes eum occidere: & vxorem eius incredibili libidinis furore vexantes. Deniq; mortua est. Vbi tanta regnabat corporalis nequitia fornicatio- nis, iam increuerat nequitia quoq; spūialis, & hoc nihilominus eadem scriptura denarrat, referens præcedenti lectione, idolum factum in domo Michæ. Et quanta illud infanticia, qua violentia rapuerūt ad se filij stirpis Dan cum sacerdote, dicentes ei. Veni nobiscū ut habeamus te patrem & sacerdotem, &c. Sed filij Israēl illam fornicationem idololatriæ pro nihilo ducentes, imo & ipsi facientes pro illa corporali fornicatione ascenderunt op̄ pugnare Gabaa, contra filios Beniamin: & semel atq; ite bello concisi, tandemq; victores, pene vnā ex Israēl tribu deleuerūt. ¶ Post haec Saul ex eadem virbe rex assumptus ē, i. Reg. 6. tanta cū offensione dei, vt diceret ad Samuelem, Nō em te abiecerūt, sed me, ne regnem super eos. Nimiq; sic & sic peccante Israēl, filij quoq; postmodū natū simul peccauerunt, vero & iusto iudicio dei sic enunciante, sic eos arguente, vt dicat. Ibi steterunt. Idem em est ac si dicit: Filioli, quāuis post multa tēpora natū illuc peccauerūt, in illis patribus suis p̄ varicati sunt, quia videlicet a peccatis eorum nō recesserūt, imo peiora faciendo mensurā illoz; impluerūt. Idcirco etiam durius atq; fortius super eas dari debuit iudicium. Quod intendens, cōtinuo dicens: Non comprehendet eos in Gabaa prælium sup filiis iniquitatis. Et est sensus: Quod malū passuri sunt, non tale erit quale fuit illud prælium in Gabaa, quod habuerūt cōtra filios iniquitatis, quoq; incredibilis furor libidinis mulierē vexando interfecit, sed multo vehementius, incōparabiliter maius. Hoc est qd̄ protinus ait: Iuxta desiderium meū corripiam eos. Magna & vehemens comminatio, quæ secundū literæ sonum hoc significat, quod vindictæ magnitudinē facere deus (qui vtq; impavidus est) habeat in desiderio. Simile est huic illud quod in Esaiā dicit: Heu consolabor super hosti Ela. is bus meis. Dicatum est autē ad similitudinem horum multū exacerbiti, & vltionem video re adeo desiderantis, vt antequam fiat, nullo modo possit consolari. Et quid facturus sit, protinus breuiter innuit. Congregabūt (ait) super eos populi, cum corripiant propter duas iniquitates suas. ¶ Propter duas iniquitates corripiēt dicit Israēl, iuxta illud quod in Hieremias loquitur idem deus: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerūt fonte aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, quæ cōtinere non possunt aquas, hoc de gente alia de populo quoq; deū ignorāte, dici non poterat. Gens enim quæcūq; verum ignorans deū, fallos deos colebat, vnam tantum fecisse iniquitatem recte dicitur: gens autē hæc, in qua deū notus erat, declinādo in idolatriam, duas habere iniquitates veraciter culpatur, id est deū verum reliquise, & pro illo vel contra illum deos alienos coluisse. Dupliciter namq; reus est, qui bonum sciens, malum potius eligit: ille vero simpliciter, qui bonum nesciens, malum pro bono suscipit. Itaq; & quando vitulum vnum populus ille fecit in deserto & coluit, post multa quæ viderat magnalia veri deit: & quando defers domum David & templū domini, duos vitulos sibi statuit, imo & quoties illos vel illos gentium deos adorauit. Amplius autem quando Barrabam sibi dimitti, Christum autem crucifigi petiuit, duas iniquitates fecit, duplicititer peccauit, bonum reprobans, & malum eligēs: dulce amarum, & amarum dulce ponēs: tenebras lucem, & lucē tenebras appellans. Cū igitur corripiant propter duas iniquitates suas, cōgregabūt (ait) super eos populi, vt videlicet propter seditionis authorē, quē sibi eligerūt, tradātur in manus gladij: & propter hoc qd̄

Christū negauerunt, vulpium, id est, malignorum spirituū partes sint. Sequitur, L Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego transiū super pulchritudinem colli eius. Ascendit super Ephraim, arbitrat Iudas, confringet sibi sulcos Iacob, Quarebas forte admixtus, quae causa vel quod vinculū tam forte populū illum idolatrie subligatū, tam diu tenuerit ex diebus Gabaa, imo ex diebus Aegypti, sicut superioris ait, ista subsannatio eorum in terra Aegypti. Quasi istud querereres, caufam veram habili atque eleganti similitudine convenienter exprimit. Ephraim (inquit) vitula docta diligere trituram. Cōsuetudo hic terrenae promissionis tatigitur, vbi vitulæ cum ceteris animalibus fruges terere consueverunt, Cum autem gratissimo labore fatigantur, solent prodire ab area. Iterum autem diligētes aream, eo q̄ fruges in ea comedant, vnde est illud. Non alligabis os boui trituranti, sponte ad aream redeunt. Igitur Ephraim similis est vaccæ vitulæ, quia dicitur aream terere. Et non solum didicit, verum etiam a nimia cōsuetudine cœpit amare quod docta est, licet trituratio laborem inferat. Sic & populus Israeliticus, licet frequenter affligeretur, & multa aduersa pateretur propter idolatriam, tamen voluntates suas & ingluviem ventris sequi desiderans, vltro ad idola reuertebarat. Poterat hoc ipsum alia quacunq; similitudine quam per eiusmodi vitulam designari, sed mira proprietate vsus est intuitus spiritus propheticus, dum tales proponere similitudinem maluit. Nam quia vitulos colebat Ephraim sive Israel scilicet à domo David, imo & coluit ab initio vitulum, quando egredens est de terra Aegypti, pulchre nimis eadem gēs hic vitula dicta est, dū arguitur, quod à vero deo forniciando cultui vitulorum succubuerit. Magnam deinde sonat iram dicēdo, & ego transiū super pulchritudinem colli eius, ascendam super Ephraim. Pulchritus donancy colli superbiam designat eorundem peccantium, & in peccatis suis complacens sibi. Porro, transitus sive ascensus, de quo dicit: Ego transiū sive ascendam Ephraim, tam futuro q̄ præterito tempore certissimum esse significans quod facere intēdit, vnde dicta est eadem quam in Exodo legimus præscriptā his verbis. Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Nec vanilla comminatio extitit, Semel enim ascendit, semel humanatus est, semel passus, mortuus est, & resurrexit, & in celū ascendit: & tunc demum illum populū dura ceruice ascensus sui nimis impatientem debeat. Quod hic pulchritudinē colli, hoc ibidem dicit ornatus, cū dominus dicit, Iam nunc depone ornatum tuū, vt sciam quid faciat tibi. Deposuerit ergo filii Israēl ornatum suum à mōte Oreb. Quādū peccator ornatus incedit, i. in peccatis suis superbit, q̄diu pulchram ceruicē erigit, cōplacendo sibi, lætabundus qd male fecerit, & exultans in rebus pessimis quodāmodo nescit deus quid faciat illi, nescit misericordia qualis adiutu ad illum veniat remota severitate iudicij, atque idcirco cum dixisset sententiam iudiciale, populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui & delebo te: protinus consilium offerens, iam nunc (ait) depone ornatum tuū, vt sciam quid faciam tibi. i. humiliare penitendo, vt miserear tui. Igitur quod hic ait, & ego ascendam super pulchritudinem colli eius, video licet vitulæ diligētes trituram, i. populū toties tamq; pertinaciter recurrentis ad idolatriam: illā designat irā, quā tūc idē populus bībit vscq; ad fundū calicis, quādo deus hō factus in medio eius ascēdit. Ex tūc em̄ cōfracta est pulchritudo cervicis, q̄a ceciderunt in ore gladii, & in oēs getes captiuū ducti sunt p̄tōres superbi. Porro idem ascēsus, sicut in ruina superboꝝ blasphemantium, ita & in resurrectionē positus est humilium credentiu atque consentientiu. Sequitur ergo. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Ecce videmus, & orbis vniuersus nouit, quia cōtrita ceruice Ephraim, arauit Iudas, & Iacob sulcos sibi cōfregit: quia disperdit incredulū Israēl, q̄ negauerunt filiū David, sicut oīm recesserat Ephraim a domo David, euāgelicā p̄dicationis vomer corda gentiū exarauit, & Iacob, i. supplantator, videlicet gentilis populus, sulcos sibi confregit, agriculturā exercens ad seminandū vel recipiendū semen verbū dei. Iudas arauit, quandoquidem Israēl erat Apostoli secundū hoc ipsum noten quod est Iudas, id est, confessio primi consentientes Christū filiū dei viui gentibus prædicauerunt: ipsa autem gentes Iacob effectae sunt, q̄a supplantauerunt Esau, dū primogenitū salutis tulerūt que fuerāt Israēloꝝ. Arādo sulci fiunt, confringendo autem sulcos id quod aratum est, idoneum fit ad semen contēgendum atque confouendū. Congratulatur protinus propheticā gratiā spiritus agricōlis sive aratoris

Supra. 7.

Cū vitus
la similitu
do affers
tur hic,

Pulchritus
do colli su
perbia est.

Exod. 33

Prōver. 2

Gentiles fa
ti sunt Iu
das.

aratoribus istis, & dicit. L Seminate vobis in iustitia, metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale. L Seminat quippe prædicatores quando verbū annuntiant, metit autē quando de credentium cōfessione exultant. Idcirco sic pulchre distinctū est, seminare vobis in iustitia, metite in ore misericordiæ, quia videlicet (sicut Apostolus ait) corde credi. Romā, 10 tur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Et quia sua quisq; iustitia vel salute contetus ēcō nō debet, sed dare operam vt etiam alios salutet, subiringit atq; ait. Innouate vobis nouale. Nouale quippe innouare, est inculta prius loca excolere, vtpota saltibus explanare. Porro Nouale gentes prius erant quasi syluæ, nimirum a feris, videlicet malignis spiritibus obſessæ, gentibus Nam econtra comparatione gentium Israēl domus erant pulchrae, terra occulta & ciuitates opulentæ. Vnde Psalmista cum dixisset: Ecce audiuimus eam, scilicet ecclesiā sive Psal. 130 dominice incarnationis & sanctificationis eius arcā, in Ephrata, quæ est Bethleem, per Ephratam Israēlos intelligi volens, statim quia de Israēl ad gentes eadem sanctificatio nis arca transiuit, subiunxit atq; ait: Inuenimus eam in campis syluæ, id est in gentibus qui de sylua campi, de infructuosis cultiles facti sunt & fecundi. Igitur innouate vobis nouale, i. gentibus euāgelium Christi prædicando nouam ecclesiam, nouū acquisitiōis populum vobis parate deo ad vestram salutem & gloriam acquirite. Et quia cū plenitudo gentium subintroierit, futurū est vt cū misericordia respiciat vitulā, id est, synagogā illā, cuius super pulchritudinem colli nunc tam seuerē transiuit. Sequitur 8& dicit. L Tempus autem requirendi dominum cum venerit qui docebit vos iustitiam. L Tempus quippe re quirendi dominum reliquijs Israēl tunc erit, cum plenitudo gentium subintroierit. Tunc enim veniet dominus & docebit eos iustitiam, iniquitate auersa, quēadmodū & Apostolus cū dixisset, q̄a cæcitas ex parte contigit in Israēl, donec plenitudo gentiū subintroierit, & sic omnis Israēl saluus fieret, testimonium propheticū apponēs, sicut (ait) scriptū est: Isa. 11 Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob.

FINIS LIBRI QVARTI.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS, IN OSEE PROPHETAM

Commentariorum, liber quintus.

Rupta prophetæ præsentis ordinem illustris retinendum iam dicitū, & iteg atq; iteg dicendū est, q̄a ab eo quod ait, non est veritas & non est scientia in terra, septies vscq; ad finē voluminis pecata cōmemorat atq; replicat, & per singulas vices in Christū sermo recurrat qui solus oīm credentiu atq; penitentiū iustitia est. Supra. 48



Secunda iam vice ab eo qd ait: Ipsū autē sicut Adam transgressi sunt pactum, longa & vehemēti declamatione peccatorū declamauit abundantia sic concludēs. Tempus autē requirendi dñm cū venit, qui docebit vos iustitiam. Tertio nunc eadem peccata repens dicit. L Arastis impietatem iniquitatem mesinistis, comedistis fructum mendaciū, quia confusis es in vijs tuis. Aptissime per similitudinem arantū, metentium, & fructus suos comedentium, pertinaciam incorrigibilium denotat peccatorum, q̄i male inscipiendo, in peius proficiunt, & pessime finientes deficiunt. Sic ut enim hæc per incrementa peccati differunt, arare, metere, & comedere fructum: sic in peccatoribus distantiam per incrementa peccati diuinum perpendit iudicium. Deniq; cum proposito peccati opere corruscus laborat animus, versatq; cogitatu intimo, qualiter voluntatem impia ad operis perducat effectū, aranti vel seminanti similis est. Cum autem expleto iniquitatis opere exilit lætabundus q̄ male fecerit, & exultans in rebus pessimis, similis est metenti. Cū deinde ad hoc etiam eriperit, vt superbo spiritu, sua cōtra redarguentem legē dei peccata defendat & securus incedat corde impenitenti, similis est ei qui post messem reconditos fructus comedit. Proinde cū dixisset, comedistis fructum mendaciū, cōtinuo quasi quereretur ab aliquo

aliquo illo, cui haec dicit: quomodo vel quare dicit quod comederim fructū mendacij subiunxit atq; ait. Quia confusus es in vijs tuis. Idē enim est ac si dicat. Quia tu peccata tua superba cerauice defendis. Eisdē incrementis originale, id est A dæ peccatū, peractum est. Primo quippe impietate arauit, quādo dei similitudinē appetiuit. Nisi enim intus prius tu misseret, nisi diuinat̄ vel diuinat̄ maiestatis similitudinē appetissem, foris tentatus tā facile non cæderet. Deinde iniqtatē messuit, quādo posuit sibi præceptū de ligno scientiæ boni ac mali transgressus est, inobediens voci dñi. Deinde comedit fructū mendacij, quādo in ipso peccato sibi cōplacuit, sc̄p aduersus redarguentē deum defendit. Exinde omnis vitia propago vitiat parentis eadem incremēta cōtraxit, exempli gratia, vt ille Ephraim fuit Hieroboam, cuius peccati toties in sanctis & propheticis cōmemorat̄ literis. Aras ut nāc impietatē, quādo excogitauit cōsiliū & dixit: Nūc retuertetur regnū ad domum Dāuid, si alcederit populus iste, vt sacrificia faciat in domo dñi in Hierusalē, &c. Messuit iniqtatē, quando excogitato cōsilio fecit duos vitulos aureos & dixit. Ecce dñi tui Israhel, qui te eduxerūt de terra Aegypti. Comedit fructū mendacij, dū ita regnādo nō cā deo, prophetas ad se missos in sermone dei (sicut scriptura refert) incorrectus contemptū & cōfusus ē in vijs suis, in vitulis suis. Ad summū scelus ille Iudaicus, q nō vīcūc recesit in Christū, a domo Dāuid, sed etiā crucifixit filiū Dāuid, tunc arauit impietatē quādo q̄ rebat principes sacerdotū & scribæ quo illū interficerent. Messuit iniqtatē, q̄ petierū & obtine rūt a Pilato, vt interficeret eū. Fructū mēdach nūc vīcūc comedunt, q̄ videlicet mendaciū sive mēdach fructū data militib; pecunia copiosa comparauerūt, vt dicerēt, q̄a discipuli eius nocte venerūt & furati sunt ē nobis dormiētibus. Diuulgatū est em̄ verbū istud a pud ludeos vīcūc in hodiernū dñi. Et cōfidit in vījs suis, dū iustitiā suā statuere volētes: iustitiae dei nō sunt subiecti. Vbi sic arādo, sic merendo, sic nihilominus comedendo sive cōfitit pētū cumulatū atq; roboratū est, ī profecto iudicij vel sententiæ vindicis tēpus & locus est. Sequitur ergo. L In multitudine fortū tuorū cōsurget tumultus in populo tuo, & oēs munitiones tuae vastabunt. Quicunq; modis supradictis peccata sua con summat, recte fortes suos habent dicit, fortes vīcūc malos, bonis fortibus cōtrarios. Quales fuere forte Dāuid fortes primi, ad q̄s cæteroꝝ fortium nullus puenit. Tres illi fortes, trēs eius fuere virtutes, videlicet sapientia, humilitas, & fortitudo, quas scriptura taliter dei signat, breuiterq; cōprehendit. Hæc noīa fortium Dāuid, Dāuid sedēs in cathedra sapientiæ tūlīmus inter tres. Sedēs in cathedra sapientissimus, hoc est sapientia. Ipse enim quasi terrimus ligni vermiculus. Hæc est humilitas, q̄ octingētōs interfecit ī imperu vno. Hæc est fortitudo, fortibus illis cōtrarios, fortes habet isti, videlicet insipientiā, superbiā & temeritatē, quam putat verā esse fortitudinē, & proinde nullā merent clementiā, citamq; expe riuntur vindictā. Hoc est qđ ait: In multitudine fortū tuorū cōsurget tumultus in populo, & oēs munitiones tuae vastabunt. Sic factū est & quādo decē tribus captiū trās late sunt in Assyriis, sic factū est quādo ludæi, vincētibus Romanis, ceciderūt in ore glā dñi, & in oēs gentes captiū ducti sunt. Cōsurrexit em̄ tumultus in populo illo, tripli dñi cordia (sicut historiæ referunt) contra semetipsum diuiso, & oēs munitiones eius vastatæ sunt, ita vt nō relinqueret lapis super lapidē. Hoc evenit in multitudine fortium, id est, ppter multitudinem fortium eius, de qualib; iam dīctū est, quia videlicet tales fuere ludæi male fortes, sicut testatur ipse saluator in psalmo, dicens: Quia ecce cōperunt animā meā, & irrerunt in me fortes. Nunc ad ipsos deuastandos apostrophā faciens, dicit propheticus sermo. L Sicut vaſtatus est Salmana a domo eius qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filiis allisaſ sic fecit vobis Bethel a facie malitiae nequitarum vestrarū. Nota rei gestæ historia est, cui vaſtationem illorum similem fore denuntiat. In libro nāc Iudicum scriptum est, angelū apparuisse Gedeoni, qui dixit ei. Wade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Mādian. Ac deinceps. Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesq; aram Baal, quæ est patris tui, & nemus quod circa aram est, succide. Hoc facto, iubente domino perrexit cum trecentis viris, & vicit Mādian mirabil genere prælij. Diuifit trecentos viros, & dedit tubas in manibus eorū, lage nasq; vacuas ac lāpades in medio legenq; Ingressusq; ipse & trecēti viri q̄ cū eo erant in parte castroꝝ incipiētibus vigilis noctis mediaꝝ, & custodibus suscitatis, cęperūt buccinā clāmā

§. Reg. 12.

Peccatum Iudeorum in Christū. Ad summū scelus ille Iudaicus, q nō vīcūc recesit in Christū, a domo Dāuid, sed etiā crucifixit filiū Dāuid, tunc arauit impietatē quādo q̄ rebat principes sacerdotū & scribæ quo illū interficerent. Messuit iniqtatē, q̄ petierū & obtine rūt a Pilato, vt interficeret eū. Fructū mēdach nūc vīcūc comedunt, q̄ videlicet mendaciū sive mēdach fructū data militib; pecunia copiosa comparauerūt, vt dicerēt, q̄a discipuli eius nocte venerūt & furati sunt ē nobis dormiētibus. Diuulgatū est em̄ verbū istud a pud ludeos vīcūc in hodiernū dñi. Et cōfidit in vījs suis, dū iustitiā suā statuere volētes: iustitiae dei nō sunt subiecti. Vbi sic arādo, sic merendo, sic nihilominus comedendo sive cōfitit pētū cumulatū atq; roboratū est, ī profecto iudicij vel sententiæ vindicis tēpus & locus est. Sequitur ergo. L In multitudine fortū tuorū cōsurget tumultus in populo tuo, & oēs munitiones tuae vastabunt. Quicunq; modis supradictis peccata sua con summat, recte fortes suos habent dicit, fortes vīcūc malos, bonis fortibus cōtrarios. Quales fuere forte Dāuid fortes primi, ad q̄s cæteroꝝ fortium nullus puenit. Tres illi fortes, trēs eius fuere virtutes, videlicet sapientia, humilitas, & fortitudo, quas scriptura taliter dei signat, breuiterq; cōprehendit. Hæc noīa fortium Dāuid, Dāuid sedēs in cathedra sapientiæ tūlīmus inter tres. Sedēs in cathedra sapientissimus, hoc est sapientia. Ipse enim quasi terrimus ligni vermiculus. Hæc est humilitas, q̄ octingētōs interfecit ī imperu vno. Hæc est fortitudo, fortibus illis cōtrarios, fortes habet isti, videlicet insipientiā, superbiā & temeritatē, quam putat verā esse fortitudinē, & proinde nullā merent clementiā, citamq; expe riuntur vindictā. Hoc est qđ ait: In multitudine fortū tuorū cōsurget tumultus in populo, & oēs munitiones tuae vastabunt. Sic factū est & quādo decē tribus captiū trās late sunt in Assyriis, sic factū est quādo ludæi, vincētibus Romanis, ceciderūt in ore glā dñi, & in oēs gentes captiū ducti sunt. Cōsurrexit em̄ tumultus in populo illo, tripli dñi cordia (sicut historiæ referunt) contra semetipsum diuiso, & oēs munitiones eius vastatæ sunt, ita vt nō relinqueret lapis super lapidē. Hoc evenit in multitudine fortium, id est, ppter multitudinem fortium eius, de qualib; iam dīctū est, quia videlicet tales fuere ludæi male fortes, sicut testatur ipse saluator in psalmo, dicens: Quia ecce cōperunt animā meā, & irrerunt in me fortes. Nunc ad ipsos deuastandos apostrophā faciens, dicit propheticus sermo. L Sicut vaſtatus est Salmana a domo eius qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filiis allisaſ sic fecit vobis Bethel a facie malitiae nequitarum vestrarū. Nota rei gestæ historia est, cui vaſtationem illorum similem fore denuntiat. In libro nāc Iudicum scriptum est, angelū apparuisse Gedeoni, qui dixit ei. Wade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Mādian. Ac deinceps. Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesq; aram Baal, quæ est patris tui, & nemus quod circa aram est, succide. Hoc facto, iubente domino perrexit cum trecentis viris, & vicit Mādian mirabil genere prælij. Diuifit trecentos viros, & dedit tubas in manibus eorū, lage

langere, & cōplodere inter se lagenas. Cūq; per gȳs castrog; in tribus personarent locis & hydrias cōfregissent, tenerunt finistris manibus lampadas, & dextris sonates tubas, clavaueruntq;. Gladius dñi & Gedeonis. Omnia itaq; castra turbata sunt, & mutua se cæde truncabat fugientes, cōclamatiib; & persequētibus viris Israel. Apprehensi sunt & interfecti duo viri Mādian, Oreb & Zeb, & deinde Zebee & Salmana reges Mādian. Diem illū appellat hic propheta dñi prælij, cū dicit. Sicut vaſtatus ē Salmana a domo eius q̄ iudicauit Baal in die prælij. Nā qui iudicauit Baal, ipse est Gedeon. Vnde vocatus est H̄s Triūphus Ch̄ri similiis triūphus Gedeonis. eo q̄ dixisset pater eius, vlciscatur se Baal de eo qui suffudit arā eius. Porro, Eſaiā diem eundē, diē appellat Mādian. Iugū (ait) oneris eius, & virḡ humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Mādian. Vterq; tā iste q̄ ille, triūphus Christi, quo triūphauit tā de invisibilibus q̄ de visibilibus hostiis suis, triūph illo affimilauit, q̄ talis ter triūphauit Gedeon de Mādian cā illis. CCC. viris. Nimiſ Psalmita q̄b inimicos dei hostes & aduersarios Christi, illis principibus Mādian, q̄b vñus fuit hic Salmana, similes imp̄cat fore in ruina. Deus (inquit) pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebee Psal. 260 & Salmana. Magnū & memorabile plūtum, cuius secūdum similitudinē spūale bellū dñi tribus prophetis testibus, Eſaiā, Dāuid, & isto Oſee cōfirmatū & fūniatū est fore gerē dū. Nā sicut a catholicis atq; orthodoxis ē tractādo de promptū, Gedeon Christi, CCC. cum eo viri p̄dicatoꝝ sanctæ trinitati typū gesserūt, Mādian vero cunctoꝝ Ch̄ri inimici cor, q̄ viri illi non gladios, sed finistris q̄d manibus, atq; in lagenis lāpadas, dextris vero sonates tenuere tubas, etiā rei typus exitit, q̄ sancti p̄dicatores in minore suoga salutem, corpore, in maiore vero cura verbum p̄dicationis habuerūt. Confractis hydris sive lage nis lampades micuerūt, cōcrepate sonitu tubaq; & hostes in fugā versi disperierūt, quia prostratis in morte corporibus, magnitudo gratiag; q̄ in illis erat occultior, magis claruit per signa miraculog; & sic dissipata sunt cōtraria Ch̄fo molimina hostiū, malignog; spiri tuum sive īmp̄ior horniū. ¶ Nunc secundū literæ p̄sentis ordinē sive tenorē cēptum prosequamur intellectū. Sicut vaſtatus est (ingt) Salmana a domo eius q̄ iudicauit Baal in Salmana die pl̄i, matre super filios allisaſ sic fecit vobis Bethel a facie malitiae negtiag; vestrarū. Nō vaſtatus dixit, sicut vaſtatus est Mādian, sed sicut vaſtatus est Salmana, q̄ fuit rex Mādian sic enim ibidē scriptū est. Dixitq; Gedeon ad viros Sochot. Date (obsecro) panes populo q̄ me cū est, ga valde defecerūt, vt possimus p̄sequi Zebee & Salmana reges Mādian. Qū vaſtatus est ille Salmana? Cū cōprehēdisset eos Gedeon, videlicet Zebee & Salmana dixit ad eos. Quales fuerū viri q̄s occidiſtis in Thabor? Qui respōderūt. Similes tui, & vñus ex eis quasi filius regis. Quibus ille ait: Frēs mei fuerūt, filii matris meæ. Viuit dñs si seruasse tis eos, nō vos occiderem, & cætera q̄ cōcludunt sic. Surrexitq; Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana. Idcirco propheta cā dixisset, sicut vaſtatus est Salmana a domo eius qui iudicauit Baal in die pl̄i, addidit, matre super filiis allisaſ q̄a videlicet matrē ipsius Gedeon vehemēter alliserāt sup filiis, q̄r mors maternog; visceris allisio nō ēē nō poterat: quā etiā ob causam noluit seruare Gedeon, sed interfecit eundem Salmana. Sic fecit vobis (ait) Bethel à facie malitiae negtiag; vestrarū. Siue ad illius tūpis statū respicias, q̄ decē tribus in Assyrios translatae sunt, siue ad illius q̄ ludæi Romanorū gladiis excisi sunt: vera est vtrobisq; similitudo, q̄a proinde hæc passi sunt, q̄ & prior es illi prophetas occiderunt, & iuniores isti Christū & ap̄los interfecerūt: & hoc facie dñi matrē sup filiis alliserūt, i.e. ecclesiā dei gya uiter cōfristauerūt. Illis fuit Bethel ciuitas eiusdem noīs, in qua vñs p̄fuerat de vitalis q̄s coluerūt: istis aut̄ Bethel exitit ipfa domus dñi, q̄ erat in Hierosolymis secūdū interpretatio noīs, interpretat̄ em̄ Bethel domus dei, in q̄ nō deo, sed māmonas seruierūt. Illa domus fecit eis a facie malitiae negtiag; ipsoꝝ, vt sicut vaſtatus est Salmana, sic ipſi vaſtarētur & vltimū paterent exterminū. Quare? Quia videlicet iam nō erāt sicut Abrahā vel ficut Israel, sed sicut Salmana q̄ rex erat Mādianites, qđ nomē interpretat̄ cōsummatio, significans eos in omni negtia cōsummatos modis oībus, de q̄bus supra dictū est, arādo impietatē, metēdo iniqtatē, comedēdo fructū mēdach, & cōfidēdo in vijs suis. Dicat illis igit Gedeon, qđ interpretat̄ circuiens vteꝝ, s. dñs noster Iesuſ Chrūs, qui nō de virili semine cōcep̄tus, sed per semetipsum de celo veniens, introiuit & impleuit vīrginis vterum. Quales fuerunt viri quos occidiſtis in Thabor? Et sit sensus, Quid vobis conscientia vestra respons

Match. 23. respondet, quales fuerūt illi quos misi ad vos, ex quibus occidistis & crucifixistis, ex quibus flagellastis in synagogis vestris, & persecuti estis de civitate in civitatem? Non enim veritas ream illos, cestat conuenire conscientiam, sed semper accusantes secū cogitationē circumferūt. Dicuntur aut̄ hoc fecisse in Thabor. Et recte, quia Thabor interpretat ve niens lumen, & ipsi in aduentu & propter aduentū veri luminis, quod est Chrūs, hoc se cerunt, noleント videre aut ab aliquo videri siue demonstrari tantū lumen. Respōdent illi, Similes tui & unus ex eis quasi filius regis. Nequaq̄ em̄ respondere nō possunt, quia non ignoranter, sed scienter peccauerunt, & liquido sciebant eos similes fuisse Christi, videli cet prophetas, & sapientes, & scribas, & unū ex eis quasi filiū regis, imo vero filiū regis q̄ hoc ipsum requirit, qui conscientias eoz cōuinīct, qui ad iudicium mortis iubet eos produci, fratres (inquit) mei fuerūt, filii matris meae. Si seruassetis eos, non vos occiderem. Vere fratres suos ec̄ Chrūs beatos apostolos dicit, q̄ & anteq̄ clarificasset eū passionibus vel mortibus suis, dixit Maria cum resurrexisset a mortuis. Vade ad fratres meos & dic eis, Ascēdo ad patrem meum & ī patrem vestrum. Sunt & filii matris eius, videlicet superna Hierusalem, quae est mater omnī nostrum, cuius & Chrūs secundū carnem filius factus est, filius singularis, primogenitus ex mortuis. Si seruassetis eos (inquit) non vos occidere, quia videlicet dimissus fuissest Iudeis reatus quoq̄ mortis Christi, si post resurrectionem eius apostolis eius credidissent, secundū orationē qua orauit quando illum crucifixerunt. Pater dimittit illis, nō enim sciunt quid faciunt. His præmissis, continuo salvatoris eiusdem gratiā, qua iustificantur credentes, sic eloquitur persona dei patris. L. Sicut manetā fit pertransit rex Israel, quia puer Israel, & dilexi eū, & ex Aegypto vocauit filiū meū. L. Sensus iste est. Rex Israel non nisi deus esse debuerat, & Christus dei filius, quem patriam charum fides expectauerat. Vnde cū quereret regem filiū Israel, dissiplicuit sermo in oculis Samuelis, domino quoq̄ dicente ad eum. Non te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. Verum nequaq̄ expectauit tempora legitima regni dei, quisquis in Israel regnare potuit, sed certatim in alterutros insurgendo, regesq̄ alios percutiēdo alij regnauerūt quaq̄ regnaret Herodes, qui non erat de genere Israel. In illo cessauit homo transiit, regnare in Israel, quamvis quidam de posteris eiusdem Herodis aliquas post illum lacerauerint potius quam rexerint eiusdem regni partes, quia tunc rex Chrūs natus, cuius regnum nō transit, sed in aeternum permanet. Igitur trāfīre & cessare debuit rex Israel, eo maxime tē pore, quando talis erat rex Herodes, qui neq̄ de Iuda, neq̄ de villa esset tribu Israel, quo tempore verus rex Christus natus est. Nimirum ita factum est. Nam sicut mane transit, pertransit rex Israel, & finitum est terrenum regnum Israel. Et quidem cito mane trāfit, veruntamē iterum revertitur: rex aut̄ eiusmodi siue regnū Israel nō reuertet amplius. Reste ergo cū dixisset, sicut mane transit, non cōtentus fuit dixisse, transit rex Israel, sed omnīmodum & irreuocabilem exprimens transitum, pertransit (inquit) rex Israel, gaiam vī tra non redditurus est: sicut mane transit quidem, sed iterum transiit nocte rediturū est. Quare? Quia puer (inquit) Israel, subauditur natus est, qui solus cœlesti imperio regnare debeat in Israel, quem quererat ad perdeendum Herodes ille alienigena rex: Et dilexi eū, ait, videlicet iuxta alium prophetam, per quem hic idem deus pater loquutus est: Ecce puer meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et rectissime puer iste præsentī loco dicitur Israel, propter illud quod sequitur, & ex Aegypto vocauit filium meum. Iste nāq̄ puer pertulit tentationes siue tribulationes Israel incipiens ab eo, quod fugit ex Israel in Aegyptum, ubi quondam ille peregrinatus est Israel. Quod sciens diuinus Euangelista, cum dixisset: qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & fecerit in Aegyptum, & erat ibi usq̄ ad obitum Herodis, continuo testimonium hoc ita subintulit. Ut adimpletur quod dictū est a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocauit filiū meū. Vbi seruauit propter peccata sua domus Israel, quia vēdiderat fratri suū Ioseph, illic exul factus est iste rex Israel. Vocatus ex Aegypto, quadraginta diebus tetatus est in deserto Illic quondam Israel, egressus ex Aegypto, tētatus est, quia tentauit deū in deserto quadra ginta annos, q̄a deliquit detrahēdo terræ repromotionis, quam p̄ quadraginta dies explo rauit, & idcirco diem pro anno cōputante illi iudice deo, mansit illic (vt dictū est) quadra ginta

annos. Hic aut̄, qui nō tentauit, sed tentatus est, statim post quadraginta dies in verā repromotionis terram introire, suosc̄ auditores introducere cōcepit, fidicando, dæmones ehīendo, & cetera miracula faciendo: morte patiendo, & à mortuis resurgendo, atq̄ in cœlum al̄cendendo. Recte igitur hic filius præsenti loco Israel dicitur est, & pulchre ad illam eius fugam in Aegyptū & reditū hoc pertinet testimonīū ab euangelista sumptū. Ex Aegypto vocauit filium meū. Et quidē populus quoq̄ Israel, cum vocaretur ex Aegypto, filius dictus est, sicut scriptū est. Dicesq̄ ad Pharaonem, Hæc dicit dñs, Filius meus, us primogenitus Israel. Dixi tibi, dimittit filium meū vt seruāt mihi, & noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filiū tuū primogenitū. Ergo populus quoq̄ Israel pro parte electorū filius quidē dictus est, sed hoc non nisi gratia huius qui filius est vnicus, non ad op̄atus, sed genitus, qui de populo illo secundū carnē nasciūtū erat, vt multos filios per passionē suā in gloriā adduceret, nō dēsignatus eos habere fratres & cohæredes. Alioqui nisi venisset qui venturus erat hic dilectus filius dei, Israel quoq̄, sicut cetera gentes, neq̄ quāq̄ poterat tanti patris filius dici, testante Apostolo, q̄ cum ex illo sit populo, tamen dicit. Eramus em̄ & nos aliquid natura filiū irā, sicut & ceteri. Quod si quereras, qd̄ olim factū sit, quando Israel de Aegypto ascendiit quoniam quidē (sc̄it euangelista dicit) tunc quādū puer Iesus in Aegypto fugit, & inde rediit, implētū est illud quod dictū est a dño per hunc prophetā dicentē. Ex Aegypto vocauit filiū meū. Audi quid sequitur. L. Vōs cauerunt eos, & sic abierunt a facie eorum, Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. L. Hic iam quarto peccata eiusdem populi replicans, ad superiora tempora sermo res currit. Et est sensus, Ego quidē vocauī tunc temporis filios Israel ex Aegypto, at illi tune non exierunt ex Aegypto præterq̄ paucissimos. Corpore quidē exierunt, sed animo nō exierunt. Alij vocauerunt eos, & ipsi me contemnentes, potius sequuntur sunt illos. Deniq̄ cū corpore ex Aegypto exirent, visqueadō mente in Aegypto remanserunt, vt similachris Aegyptiū sacrificarent, inluper & Baalim immolarent. Et quidē Hieroboal, qui & Gedeon, destruxit idolū Baal, sed postea ad immolandū illi revoluti sunt, vocantibus ma xime regibus suis & impia Iezabell: & a facie illorū taliter abeundo, nequaq̄ ex Aegypro se exisse testifi sunt, qui peccata Aegyptiaca non deferuerunt. L. Et ego quasi nutritius Ephes. 8. Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos. L. Mirū dei patientiam, cuius & Paulus in Actib⁹ apostolorū meminit his verbis, & per quadraginta annūrū tempus, mores eorum sustinuit in deserto, præsens locus, quāuis breuiter, magnis fice satiā innuit. Et ego (inquit) quasi nutritius Ephraim portabā eos in brachijs meis. Si Nutricia Nutricia Ephraim⁹, cut em̄ nutritius puerulū, qui nondū ad intelligibilem ætatem peruenit, sed nec discretionē adhuc habere potest boni ac mali, patienter suffert, & infantiles eius ineptias, quamvis int̄ terdū cōmotus reuerberet, adhibitis s̄p̄ius confortat blandimentis, & quāilibet ingratitudine portat in brachijs: sic dñs deus, qui hæc loquitur populum rūdem & spiritualia nescientem mysteria cœlestis regni dei, patiēter sustinuit: & quāuis multoq̄ ex illis corpora prosterneret in deserto, residuū tamen multis & magnis blandiebatur miraculis, circumdu cendo illos & docendo (vt Moses ait) & custodiendo quasi pupillam oculi sui. Hoc est qd̄ ait, & portabam eos in brachijs meis: per brachia nāq̄ fortitudinem eoz, quæ facta sunt miraculoḡ vult intelligi. Vnde scriptura cum dixisset, induravitq̄ dñs cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel, continuo subiunxit. At illi egressi erant in manu exulta. Et Psalmista: Et eduxit Israel (inquit) de medio eius in manu potentis & brachio excelsi. Nec vero ab re per nomen hic Ephraim exprimitur, cum hæc vna tantum tribus fuerit illius populus: sed quia maior ingratitudo tribus illius extitit, in eo q̄ Hieroboa am de tribu Ephraim vitulos aureos fecit, recte grauius eadem tribus denotatur, vbi cuncti potiora super ingrātā gentem cōmemorantur beneficia dei. Et nescierunt (inquit) q̄a cura rem eos. Reuera nescierunt in tantū, vt dū ipse quādam curationis ligamenta, id est, legaria, dāret illis præcepta, illi perterriti & pauore concussi, starent procul dicensent Moysi. Lo quere tu nobis & audiēmus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Ecōtra Moses Exod. 10. vt scirent, q̄ dñs non occidere, sed curare vellet eos. Nolite (ait) timere. Vt enim probaret vos, venit deus: & vt terror illius ac pavor esset in vobis, & non peccaretis. Secundum sensum verborū eorū dēmem quæ tunc locutus est dominus, sequitur in propheta & dicit, In funis

COMMENT. RUPERTI ABBAT. LIB. III.

Lin funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis. **C**um enim dixisset Moses, propheta de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus tuus, ipsum a dies subiungens protinus, vt petisti (ait) a domino deo tuo in Oreb, quando concio congregata est, atque dixilicet Ultra non audiam vocem domini dei mei, & igne hunc maximu amplius non videbo, ne moriar. Et ait dominus: Bene omnia sunt loquuti. Prophetas suscitabo eis de medio fratre suo, similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueretur ad eos omnia quae picepero illi. Qui autem verba eius quae loqueretur in nomine meo audire noluerit, ego vitor existam. Denique sicut illic in eiusmodi verbis, ita & hic dicendo, in funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis, incarnationem virginem filium sui deus pater hominibus reprobavit. Quando enim hoc factum est, tunc revera prophetas suscitauit deus hominibus de medio fratre suo, simile Mosi, id est, deum talerum factum cui possent hoeres loqui sicut loquuti sunt Mosi, cui dixerat: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et tunc in funiculis Adam traxit nos, ut pote factus filius Adam siue filius hominis, qui funiculi sunt charitatis. In eo namque factus est ex carne Adam siue filius hominis, miro modo sibi nos colligauit, & traxit ad se in funiculis charitatis: & ex eo scimus quod cureret nos, nam etenim & nescierunt (ait) quod curaremus eos. Funiculus erundine attritione in eo maxime tandem intendit, quod veniens in hunc mundum peccatum gulare (per quod primus homo periret, & per quod iam dicti filii Israel tentauerunt deum concupiscendo concupiscentiam in deserto) corrigereret in electis suis, informando illos ad operandum cibum, qui non periret, ad manducandis & bibendis sacramenta corporis & sanguinis sui. Sequitur ergo. **L**Et ero eis quasi exaltatus iugum super maxillas eorum, & declinavi ad eum ut vesceretur. **M**axillis namque dentes radicati continentur, & per eas primus communitus ad interiora cibus transmititur. Recepit ergo per maxillas gula denotatur, per quam primus (ut iam dictum est) homo periret; & per quam filii Israel deum tentantes, dixerunt: Nunquid poterit deus parare menem in deserto, & caetera haec. Sed & cum praesens adcesseret illis, Hoc est opus dei, ut credas in eum, quem misit ille. Dixerunt ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Hoc nimis intendebant, ut vel eodem modo, quo patres eorum sine opere suo panem illud manducauerunt, vel sic ut ipse paulo ante de quinque panibus & duobus piscesibus satiauerat quinque millia hominum, & pasceret eos, atque hoc modo quasi maxillis hiantibus, ciborum quam habebat, exprimebat concupiscentiam. Cum ergo dicit: Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinavi ad eum ut vesceretur. Hic est sensus. Et ego trahens illos in funiculis charitatis (sicut iam dictum est) reprimam atque coercero in illis interperata edendi appetentiam, per quam primus homo periret, & cui secundum exemplum eius nimis sunt dediti, dicendo illis: Operamini non cibis qui periret, & caetera haec. Etem ego sum panis viuus quod de celo descendit, & descendens declinavi ad eum ut vesceretur, atque vescendo pane hoc, vivere quisquis in fide & obedientia bene operans, infidelitate atque inobedientia cuperet in semetipso euadere, per quam in primo parente male comedente fuerat mortuus. Sequitur. **N**on reuertetur in terram Aegypti, & Assur ipse rex eius, quoniam noluerunt couerti. Cecepit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum, & populus meus pendebat ad redditum meum. Iugum autem imponetur eis simul quod non auferetur. **Q**uando, ut supra dictum est, in brachiis suis populum illum portabat per desertum, & panem, id est, manna dabat illi, viuvi & vivifici panis figuratu, tunc multoties murmurando contendebat dicendo: Constituanus nobis ducem, & reuertarum in Aegyptum. Quando autem ipse per se metipsum declinavit ad eum ut vesceretur, quoniam se descendisse de celo testatus est panis viuus, ut qui manducauerit ex eo non moriatur, eo tempore non erat tumultus iste in populo, ut constitueret sibi ducem in Aegyptum reuertenteretur, quinimo in ciuitate & templo illo pluri mum gloriaratur, sed nihilominus ipse Assur, id est, diabolus rex est eius. Quare? Quoniam noluerunt (inquit) couerti, subauditur, ut vesceretur pane illo, qui (ut iam dictum est) declinavit, id est, qui de celo descendit ad hoc, ut vesceretur operari us quisquis operis dei. Quod Assur dicit, autem revera rex eius extunc sit Assur, id est, diabolus, pro eo quod regem suum, regem iustitiae & principis pacis negavit & blasphemauit, & ad eum noluit couerti, claruit ex subsequentibus. Ccepit enim (inquit) gladius in ciuitatibus eius, videlicet quando populus ille a Romano exercitu

IN OSÆ PROPHETAM. CAP. XI.

Fo. L.

Eccl circumdatu est. Miro namque modo, anteque hostilibus machinis muri deforis pulsaretur, intus seditione gladiis innumeris miserabiliter ciuium corpora necabantur: sicut mira & cunctis seculis perulgata Hierosolymitani excidi tragedia Iosepho describete testatur. Recte ergo & veraciter dictum, cecepit gladius in ciuitatibus eius, quia prius vastauit eos intus gladius, qui pauor foris ex hostium praesentia clausis incuteretur. Quod sequitur dicens. **E**t consumer electos eius, & comedet capita eorum, id est, ac si dicat, quia destruet non soli duces aut principes, sed & omnem principatuum eorum, secundum Danielis quoque prophetam, qui eum dixisset, & post hebdomadas LX, occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est, prosequutus est ita dicens. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et deficit hostia & sacrificium, & in templo erit abominationis desolationis, & vestigia ad consummationem & finem persevererat desolatio. **C**um autem (ut ait ille) & non erit eius populus qui eum negaturus est, Iudei cum Christo nihil habeant, Christum adhuc se exceptare contendunt. Hoc est quod psestilo nunc dicit, & populus meus pendebit ad redditum meum. Pendet enim nunc inter utrumque Quidam nunc ipote neque deum patrum suorum habentes, neque idola colentes, sicut quondam Baal & vitulos coegerunt. Et redibit quidam Christus ad eos, ita ut reliqua saluae siant; sed interim eis qui non credunt, iugum impositum est, quod non auferetur, iugum peccati & iugum captiuitatis, qua in oes gentes captivi ducti sunt. Hoc intendens ac prospiciens, ut videlicet reliqua saluae siant, continuo dicit. **L**Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israhel? Quomodo dabo te? Si cat Adama ponam te, ut Sebaim. Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitentia mea. Non faciam furorem irae meae, non conuertar ut disperdam Ephraim, quoniam deus ego, & non homo in medio tui sanctus. **N**otum est Adama, & Sebaim ciuitates suis, se Sodomam. Quinque namque ciuitates fuerunt, Sodoma & Gomorra, Adama, & Sebaim, & Balla, quae & Segor. Vnde & ipsa regio Pentapolis dicta est. Illæ ciuitates perigne & sulphure ita subuersae sunt, ut nullæ ex eis reliqua supercerent. Cui ergo dicit, quoniam dabo te Ephraim, protegat te Israhel subauditur, qui protegi non mereris, statimque merita subiungit sententia dicens. Sicut Adama ponam te, ut Sebaim: tantum illi populo committitur repulam, ut ne reliqua quidam ex eo debeant saluari. Hoc dicit, cōfessum quasi dolore cordis tactus intrinsecus, nimiam ipse sui severitatē censem esse iudicium, & dicit: Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitentia mea. Et est sensus, Statim ut loquutus sum aduersum te malum, & crudeliter protulit sententiam, tetigit me pietas vincente misericordia, ve luti austerioritate iudicis pietas mitigat patris. Non faciam (ut ait) furorem irae meae, non conuertar ut disperdam Ephraim, subauditur eo modo quo disperdi. Adama & Sebaim, nullis reliquis eorum reseruatis. Non ita conuertat, non ita mutabor ab insita mihi clementia, ut taliter compleam furorem meum, quoniam deus ego & non homo in medio tui sanctus. Homo, & non huius iactur, accepta iniuria profunde latuit, eo totus intendit ut vindictam exigat, & de pecnis satietur eius qui laetit: nec enim penitentiam, sed solam (ut iam dictum est) querit vindictam. Ego autem deus sum in medio tui sanctus, non pro furore vindictam aut pecnam, sed pro misericordia peccatorum, defiderans penitentiam. **L**Non ergo ingrediari ciuitatem. Id est, non indiscretè percutiā ad modum hominis, qui cum iratus (ut saepe factum est) offensam irupet ciuitatē, furore ardens nullā aetatu aut ordinu sine conditione habet discretionem, oes pariter inuolens, vniuersos indiscretè percutiens, & fugientes insequens, & obuiantes iugulans. Secundum hunc sensum dicit & Apostolus: Nunquid repulit deus populu suum? Abiit. Nam & ego Israhelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebe suu quam psciuuit. Et subinde: Quid dicit Helias responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliqua secundum electionem gratiae salutis factae sunt. **N**on ergo deus genitum iratus est sed incredulitatem quia non sic iratus est, ut nullas ex illo populo suo reliquias, si couertantur suscipere velit. Non (inquam) idcirco Iudeus quisquam repellitur, quia gens Iudaica Christum occidit, sed qui Christum negat, siue Iudeus, siue Gentilis, ipsomet se se facit in sua persona repellit. Vnde loco supra memorato, cum dixisset Daniel, & post hebdomadas sexaginta occidetur Christus, subiungens, & non erit ei populus (ut ait) qui eum negaturus est. Non dixit, non erit eius populus qui eum occisurus est, sed qui eum negaturus est. **N**on occisio Christi Rom. ii. Gen. 14. Clemens etia dei. Deus ergo non habet

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. V.

Luc. 23

Esa. 13

Dominus
vileo rus
got.

Gene. 49

Iohan. II

Auolare
quasi aus.

Quasi cos
lumba.

March. 5

Iohan. 14

March. 25

CAP. XII

occisoribus confitentibus sine dubio donatur secundū ipsius precem dicens, pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt & negationis aut̄ pertinacia damnatur, nullamq̄ veniam meretur. Itaque non ut Adama & Seboim, quarum corporale incendium nullus evasit in habitantium posuit deus illū populum suū: quia corporali excidio multi superfluerunt, & reliquias ex illis subuerterentur, cū intrauerit plenitudo gentiū, nisi sponte sua, nisi gratuā misericordia furorem iræ sue repressisset: iusto valde iudicio, sicut Adama & sicut Seboim, nullis referuatis reliquijs, perdidisset. Vnde & Esaías loquitur: Nisi ch̄s exercitū rel̄ quisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorra similes essimus. Sequit. L Post dominū ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris, & auolabunt quasi aues ex Aegypto, quasi columba de terra Assyriorum. Et colloca eos in dormibus suis, dicit dominus. Idcirco (ait) non omnino disperdam, quia post dominū reliquiae ambulabunt, id est, credent in Christum. Etenim Christus ab eis in tempore beneplacito cognoscetur & timebitur, sicut ex suo rugitu leo cognoscitur & formidatur. Ipse enim quasi leo rugiet, inquit. Hoc ipsum, non semel contentus, reperit & dicit, quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris. Dominus noster Iesus Christus quasi leo rugiet, quādo infernum contrivit, & mortem vicit, secundū prophetam Iacob dicens: Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mi ascendisti. Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quid suscitabit eum? Itaque post dñm rugientem, quemadmodū rugit leo, ambulabunt, & formidabunt, id est, in Christū deuictā morte, & spoliatis inferis glorificatū credent, eiusq̄ filii maris, vestigia sequentur, & in timore illi subditi erunt. Sed quinam sunt, qui ita post dominū ambulabunt & ita formidabunt? Filii maris, inquit. Non dixit, filii Ephraim sive filii Israel, quibus supra dixerat, quomodo dabo te Ephraim? protegā te Israel? Filii maris inquit, id est, quicunq̄ crediderint & baptizati fuerint. Moriturus enim erat Iesus non tantum pro gente sive pro reliquijs gentis, sed vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in vnū. Bene ergo magis vniuersalē enunciatione dixit, filii maris, id est filii baptisimi, filii gratie regenerantis, quacunq̄ ex gente sive natione fint. Reliqui filior̄ cum istis post dominum ambulabunt & formidabunt, & ita qui dispersi erant filii dei, cōgregabuntur in unum. ¶ Ita vnitatis eorum congregationem propheta pulcherrime exornat, cum dicit, Et auolabunt quasi aus. quasi aus ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & colloca eos in dormibus suis, dicit dominus. Aegyptus sive terra Assyriorum mundus iste est omnibus errantibus, & principes huius mundi sectantibus, qui intelligitur per Assur. Pulchre nanque quasi aus auolare dicitur, qui terrenas cupiditates relinquendo, cœlestem gratiam sequitur, & sic euadunt, vt vestigia culpæ nulla in eis inuenientur sequitor diabolus, sicut auolatus auriū vestigia nulla supersunt, dum liberis per aera pennis feruntur. ¶ Nec vero contentus est dixisse nomine generali: & auolabunt quasi aus: sed continuo specialiter exprimit aus aus similitudinem, cui competenter assimiletur gratia cœlestis, dicendo, & quasi columba de terra Assyriorū. Columba nanq̄ maxime pro eo quod in hac specie spiritus sanctus super dominum nostrum cum baptizaretur, apparuit, regenerante eiusdem spū sancti grām significat, cuius vtq̄ sacramenta viuiscat, auolauimus ex Aegypto & de terra Assyriorum, id est, de ignorantiae tenebris, & de terrena affectibus cupiditatum. Et sic auolantes colloca eos in dormibus suis, dicit dñs. In dormib⁹ suis, id est, in mansionibus sibi præparatis. Nam ab origine mundi, qñ creatis hominibus primis benedixit illis, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram, præparauit illis domos sive mansiones æternas, de quibus continuo moriturus dixit: In domo patris mei multæ mansiones sunt, & in nouissimo die dicitur est: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Sequitur. L Circumdedi me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel. Iudas autem testis descendit cum deo suo, & cum sanctis fidelis Ephraim pascit ventum & sequitur æstum. Tota die mendacium & vñstitate multiplicat, & fœdus cū Assyriis inijt, & oleum in Aegypto ferebat. ¶ Quinta iam declamatione peccata populi, si se iustificare volentis, sermo propheticus accusat, & ante tribunal suū reū addicit, male stas, cuius manus nō est qui effugiat, si iudicio cum hominibus cōtendat. Circumdedi me (ait) in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel. Secundū eidem literæ sonum ad illa tempora lectorem mittit, quando (vt sepe iam dictum est) Hieroboam, qui erat de tri

IN OSEE PROPHETAM. CAP. XII.

Fo. LI.

bu Ephraim, vitulos aureos fecit. Tunc enim & ipse in negatione, & dolum Israei in dolo deum circumdedi, quādo eiusmodi consilium ex cogitauit, tam ipse, q̄ domus Israel, qua tenus depellerent a se domū Dauid. Ibi reuera dolus exitit, qui non per ignorantiam, sed per maliciam Israel peccauit, ibi manifeste deū negauit, qui eduxit Israel de terra Aegypti quando & hoc nōmē & hoc opus vitulus illis ascripsit dicendo, isti sunt dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. Sed nunquid is qui hæc loquitur solos in isto prophetā vitulos illos attendit, quos illo tempore fecerat Ephraim, & non magis illos vitulos mul̄tos & tauros, de quibus in alio prophetā iam dixerat, circumdederunt me vituli, multi taūri pinguis obfederunt me? Ergo ad illa magis tempora proposciente, sp̄m propheticiū ses, quām quādo peccatū illius Ephraim, qui tunc negavit Dauid, imo dñm ipsum in David, ad quē promissio facta fuerat, dicendo, quæ nobis pars in Dauid, ant q̄ haerditas in filio Iaſai: sic imitati sunt desertores filii dei, filii Dauid, vt circūdarent eū dicentes. Quousq; animā nostrā tollit? Si tu es Christus, dic nobis palā. Tunc enim in negatione circūdederūt eū, & hæc dixerunt ei: q̄a profecto talis eoz intentio fuit, vt confitentē se esse Christū ac cūlarent eū & negarent: quōd & fecerunt ante faciē Pilati. Item, quādo miserunt ad eum quādā ex Pharisaīs cū Herodiani dicētes, magister, scimus q̄a verax es, & viā dei in veritate doces, dic ergo nobis, licet censum dari Cæsarī, an non? Tunc vtq̄ in dolo circūdēt dicit eū domus Israel: quippe qui cōslū inierant, vt caperent eū in sermone. Hæc & his similia facturos sive elicturos haereditate peccati illius Ephraim sive Israel, qui recessit a domo David, veraciter nūc dicit, circūdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel. Porro, his qui illū suscepérunt & cōfessi sunt, secundū p̄sentē Petri & apostoli cōfessionem dicētis: Tu es Ch̄s filius dei viuit: cōgruit illud qđ protinus dicit, Iudas aut̄ testis descendit eū deo suo & cū sanctis fidelis. Iudas nanq̄ cōfessio interpretat̄, & idcirco cōfessores virtutis vñuersi recte hoc noīe significant. Et notanda diligēter hæc oppositio, Ephraim in negatione dñm circūdedit, Iudas aut̄ hoc ipm̄ qđ est Iudas, i. in confessione est testis cum deo suo descēdit. Nimirū negatio & Iudas, id est, cōfessio, cōtraria sunt. Itē, circūdare dñm & descēdere cū dño, cōtraria sunt. Nihil verius hoc p̄sonio prophetali. Qui enim in negatione dñm circūdat, cōtra dñm superbit, & superbiendo incidit in iudiciū diabolit & contra, qui cōfiteretur dñm filiu dei, in humilitate filii hominis cōfitendo descēdit, vnde & meretur exaltari. Itē Iudas recte dicitur testis, nō qualisq; sed fidelis, videlicet ex opposito domus Israel, quæ dñm in dolo circūdedit. Dolus nanq̄ & fidelitas cōtraria sunt. Confessor igitur & testis fidelis cū deo suo & cū sanctis decēdit. Exempli gratia, quādo vñus ex illis qui venit in testimonium vt testimoniu perhiberet de lumine, cōfessus est & nō negauit: & cōfessus est q̄a non sum ego Ch̄s. Item, q̄ post me vñturnus est (ait) ante me factus est, q̄a prior me erat, & de plenitudine eius nōs oēs accepimus. Hoc modo nō mirū oēs sancti decēdunt, & cū illis oīs confessor & testis fidelis descēdit, cōfitendo sc̄i licet, q̄ ille prior omnibus extiterit, & q̄ de plenitudine eius oēs ip̄i accēperūt. Ecōtra, superbi oēs, quales erant illo tēpore scribæ & pharisaī, tollunt in sublimē vñde & facti sunt sicut puluis, quē proicit ventus a facie terræ. Ait ergo, Ephraim pascit ventū, & sequitur testū. Vñturn nanq̄ pascere est superbiæ spū inflati: sequi vero æstū, luxuria cortumpi: q̄ peccata vel vita consequētia sunt, ita vt cū superbiæ sp̄m exerērit, carnē quoq; corrumpat spū fornicationis. Quod itē sequitur, Tota die mendaciu & vñstitatē multiplicat, quā vñsticē timorē, ac dicendo, si dimittimus eū sic, oēs credent in eū, & venient Romani, & tollēt nos & locū & gentē. Vñstitatē vtq̄ multiplicauerūt, id est, multiplicē suis viribus euerſionē comparauerunt. Quomodo aut̄ ille talis Ephraim, id est, populus delētor veri Dauid, fœdus cū Assyriis inijt, & oleū in Aegypto ferebat, nisi maligno spiritu voluntate faciendo, & imperio mundi huius male adulādo, ita vt dicerēt, non habemus regē nō ē. Cēfārem? Oleū nanq̄ interdū adulationis significat suavitatē, & illuc, Oleū aut̄ peccatoris nō impinguet caput meū, id est, adulatio cuiusq; non delecatib⁹ mentē mēa. Et quidē ille, dicēdo, nō habemus regē nō ē Cæsarē, & si hūc dimittis, nō es amicus Cæsarī, & cetera hm̄i, Iohan. 20 oleū in Aegypto ferebat, sed nec saltē ad tempus illis Aegyptijs, id est, gentilibus principibus Romanis acceptū fuit. Nā pro suavitate talia olei nullā societatis gratiam, ita ma-

Pascere
venturia

Iohann.

Io. 14.10

Iohann.

Iohann.

Iohann.

Iohann.

gnam euerionis suæ pecnam consequuti sunt. Sequitur. **L**Iudicium enim dñi cum Iuda; & visitatio super Iacob. Juxta vias eius & iuxta adiuentiones eius reddet ei. In vtero supra plantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum. **D**ixerat dominus, circumdedim me in negotiis Ephraim & in dolo domus Israel; Iudas autem testis descendit cum deo suo, & cum sanctis fidelis. Nunc quasi querat alius, quæ causa iurgij fuerit Ephraim, vt negaret; quæ causa domui Israel, vt idolum excogitareret; cum Iudas econtra testis fidelis cum deo suo descenderet; subiungit ipse propheta dicens in sua persona; iudicium em domini cum Iuda, & visitatio super Iacob. Et est sensus, Idcirco dominus circumdederat negantes, & in dolo loquentes, quia dominus ipse iudicium posuit csi Iuda, & visitationem egit super Iacob, discernendo videlicet & discernendū esse docendo, quinam sint veraciter Iudei, & qui econtra Iudeos se esse dicant cū non sint, sed sint in synagoga satanae. Qui (inquit) sint veraciter Iacob, & qui econtra Iacob, sive Israel se esse dicant, cum non sint, sed sint Esau. Tale nangū iudicium cum Iuda, talem visitationem adueniens dominus noster exercuit super Iacob, vt non eos reputare velit Iudeos sive filios Iacob, pro eo q̄ sunt filii carnis, nisi sint etiam filii promissionis vel fidei. Vnde & Apostolus dicit: Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, neq; quia semen sunt Abraham omnes filii dei, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii dei, sed qui filii sunt promissionis & testimontur in semine. Deniq; quod nihil profit est filios carnis, qui non sunt si in promissione, iustissime confirmat sententia, cum dicit: Iuxta vias eius & iuxta adiuentiones eius reddet ei. Cui ei? Nimirum ei, qui cum deberet esse Iacob sive Iudas, testis fidelis, factus est Ephraim qui recessit infideliter a domo David, imo & Chanaan dici matur, sicut habemus in sequentibus. Cum ergo dicit, Iuxta vias eius, & iuxta adiuentiones eius reddet ei, subintelligendum est, & que vt gentili. Ira em & indignatio (inquit) Apostoli tribulatio & angustia in omnē animam hominis operantis malū, Iudei prīmū & Graeci. Non est enim personarum acceptio apud deum. Veritatem iudicium sive veram sententiam iudicis discernēti, quis vere Iacob dicatur & sit, verbis istis breuiter diffinit. In vtero supplantauit fratrem suū, & in fortitudine sua directus est cū angelo, & inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Cum em hæc dicit, valde subtiliter exigit, vt similiter faciat quicūc; hoc astruere vult quod ex Iacob sit; & hoc declamat, quod populū ille veraciter Iacob dicatur & sit, qui similiter agit. In vtero (inquit) supplantauit frater suū, quis est & vnde dictus est Iacob, id est, supplantator. Ergo qui vult veraciter dici vel esse Iacob, in dictu;

Apo. 3.

Roma. 9.

Roma. 2.

Gene. 25
Vere Iacob

Gene. 25

Fortes ut
Iacob fuit
penitentes.

Matth. 11

huius vitæ angustijs, configitat sensu veritatis cōtra populum istū qui cū sit crudelitate rufus, cupiditate terrenus, moribus hispidus deum sibi arrogat, cum dei filium non habeat, & pugnādo vsc; ad victoriam, tollat eius primogenita. Item & in fortitudine sua (inquit) directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, & fleuit & rogauit eum. Notam historiam contingit, videlicet cum Iacob reuertetur de Mesopotamia traditum omnibus, qua se pertinebant, trans vadū Iacob remansisset solus. Ecce vir luctabatur cū eo vsc; mane. Qui cū videret q; eum superare non posset, dixit ad eum: Dimitte me, iam em ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et bene dixit et in eodē loco. Ergo & qm̄ non solum Iacob, verum etiam Israel veraciter dicit vel esse vult, similiter in fortitudine sua, id est, in fide sua dirigatur cū Christo, magni cōfiliū angelō, & inualecat ad angelū hunc, videlicet & agendo penitentiam, & faciendo dignum penitentia fructū. Nam quod ait, & confortatus est, subiungens, fleuit & rogauit eum, recte dicas de fortitudine penitentiam, quia reuera fortis sunt, flendo instanter, & rogando perseveranter remissionē peccatorū, iuxta illud: A diebus aut̄ Iohannis regnū cœlō, vim patitur, & violēti diripiunt illud. Quisquis taliter imitatur patrē Iacob, qui cum angelo iustatus est, & tanq; vīctor benedictionem exigit ab eo, hic nimirum quacunq; ex gente vel natione sit, vere est iam Iacob, & dici meretur Israel. Addit adhuc. **L**In Bethel inuenit eum, & ibi loquutus est nobiscum, & dominus deus exercituum, dominus memorialis eius. **P**atenter hic angelum, cū quo directus est sive iustatus ille patriarcha Iacob, ipsum, afferit sūisse dominū, dicens: In Bethel inuenit eū, & dominus deus excitum dominus memorialis eius. Nam eum, quem superius inuenierat in Bethel, ipsum sūisse dominū, scri-

pura testis est. Sic em scriptum est: Vidiq; in somnis scalam stantem super terram, & cū cumen illius tangens cœlum: angelos quoq; dei ascendentēs & descendētes per eam, & dñm innixum scalæ, dicentem sibi: Ego sum dñs deus Abrahā patris tuū, & deus Isac. In Bethel ergo inuenit eum s. angelum, cum quo iustatus est postmodum, qui & dixit ei: Quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis! Interpretatur autem Bethel dormus dei. **E**rgo & quisq; inualescere cupit ad illum talem angelum, vt fletibus tanq; vīctor obtineat remissionē peccatorū, in Bethel quærat vt inueniat eum, id est, in domo dei, quæ est ecclesia. Nam extra istam dei domū nullus est locus in quo inueniat quis eum, vel in quo suum cuiq; impartiatur alloquium. Vnde nūc ait. Et ibi locutus est nobiscum. Quis vel quantus iste sit, quem vel tunc ille Iacob in Bethel inuenierit, vel nūc inuenire debeat in domo dei, quisq; eiusdem Iacob sive Israel semen veraciter ineretur nūcupari, manifestus exprimit, cum protinus dicit: Et dñs deus exercitū dñs memoriale eius. Nam reuera hic magni confilii angelus dñs est, deus est. **D**ominus (inquit) deus exercitū, oīm videlicet creator & rex angelorū, & omnium electiorum hominū. Et hoc nomē, quod est dñs, ita est memoriale eius, sicut & dei patris eius. Nemo em in spiritu dei loquens, diffiteat aut obliuiscitur, sed memoriter tenet, & dicit, dñs deus. Nunc ad auditorem propheta sese conuertit, dicens: Et tu ad dominū deum tuū conuertaris, misericordiam & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. **L**Cum dicit & tu, subintelligendum est, quemadmodum ille, sive secundum exemplum illius. Et quemadmodum tunc ille Iacob ad dominum deum suum conuersus est? Quo modo misericordiam & iudicium custodivit, & sperauit in deo suo semper? Nimirum, cum peregrinaretur, frēm suum Esau fugitans, q; iam non peregrinus, sed præpotens factus erat, accipiendo vxores de filiabus Chanaan, inter quas Isaac pater suus habitabat tunc omnī humano solatio desitutus, flendo (vt iam dictum est) & rogando conuerit se ad dominū deum suum, inualuitq; ad angelum, confortatus cum flebili oratione hac. Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac. Domine tu dixisti mihi, reuertere in terram tuam, & in locum nativitatis tue, & benefaciātib; minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate quam explesti seruo tuō in baculo meo transiū lordanē istum, & nūc cum diuabus turmis regredior, erue me de manu fratris mei Esau, q; valde eum timeo. Ita ergo & tu, quoties te persequit Esau, id est, quilibet frater falsus, cuiuscunq; exemplū fuit Esau: imo & quoties spiritum tuum caro tua persequit, conuertere ad dñm deum tuum, & ora eum, atq; vt exaudiri merearis, rogando fortiter, sicut ille in fortitudine sua cū angelō directus est, perseveranter esto fortis, quēadmodum ille, cum dixit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: Misericordiam & iudicium ille custodivit, videlicet ambulando in vijs dñi. Nam vniuersae viæ dñi misericordia & iudicij sive misericordia & veritas. Proinde & merito sperauit in dñs deo suo semper, id est, in omnibus aduersis qua multa passus est, nec spe sua frustratus est. Nam & de manu Esau, quē timebat, eruit eum dñs, & tandem post dies peregrinationis suæ plurimos, post annos vitæ suæ. cxxx, visa rursus facie filii sui Ioseph, consolatus est semetipsum, dicens, quod iam latet moritus esset. Huiusmodi iudicium cum Iuda, & hæc visitatio super Iacob, vt quisq; secundum hæc exempla vitæ pris illius, ille duntaxat dicat & sit Iudeus, ille Iacob, imo & Israel vere vocet. Quid contra is, qui cum sit fidei vel meritis eiusdem patris contrarius, in sola carne Iacob, sive in carnis tantum Iudeus, gloriatur? Audi quod sequitur: Chanaan est, in manu eius state, & dolo, calumniam dilexi. **M**ira & condigna secundum cuiuscunq; merita nominum suis appellationū positio, imo oppositio. Illi q; secundum exemplum patris iam dicit in fortitudine sua dirigitur cum angelō, & inualecat ad angelum, recte dicit, nequaquam Iacob appellabit nomen tuum, sed Israel, qm̄ si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra hoies præualebis! Huic autē, qui similiter non facit, imo inuidet similiter facienti, dicit secundū sensum sermonis huius propheticī. Nequaquam Iacob appellabit nomen tuum, sed Chanaan. Hoc & in alio propheta confirmat idem deus, cū dicit: Pater tuus Amortheus, & mater tua Cethaea. Amorrhæus nāq; & Cethæus posteri Chanaan extiterūt. Quā ob causam maxime meret vocari Chanaan, quisq; secundum carmē Iudeus dicatur, sive Israel, secundum mores a tali vel tanto patre degenerat. Nimirū propter maliciōsam terrenū

Gene. 28

Extra ecclias
siam nō in
uenit pecs
catorum tē
missig;

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. V.

Gene. 27

Leuit. 9

Iudeorum
auraria

V. diuineib.
Lucas. 6

Iaco. 5.

Acto. 6

Iaco. 5.

nae cupiditatis duplicitatem, quae pulchre talibus exprimitur verbis: In manu eius fateret dolofia, calumniam dilexit. Hoc namq[ue] contrarium illi est quod de patre illo scriptura dicit. Iacob autem vir simplex, habitabit in tabernaculis. Simplicitas eo prouexit illum, ut vocari mereret Israel, dolositas eo deuoluit filios carnis illius, ut vocent Chanaan. Quod si habendo in manu sua stateram dolosam contra iustitiam legis dei dicentes, sit tibi et quus modius, iustusq[ue] sextarius, merent appellari Chanaan, quanto magis pro eo quod cōsiliū facientes, ut lesum tenerent, & occiderent, statera hoc peregerunt, appendenda triginta a genteis sanguinis eius precium, non iam Iudaei, sed Chananei dicendi sunt. Nimirum de Iudeis illius temporis veraciter propheticus sermo dicit: Chanaan calumniam dilexit, quia maiori diligentia vel instantia calumniati sunt, ut crucifigerent Christū regem, verū David, quam olim se se dedit a domo David ille Ephraim, de quo hic propheta protinus dicit: Et Ephraim dixit, verū tamen diues effectus sum, inueni idolum mihi. Omnes labores mei non inuenient mihi iniuriam quam peccavi. Manifestus expressit quem in praecedenti versiculo nomine Chanaan denauerit, subiungendo, & dixit Ephraim. Nam qui nascendo erat Ephraim, & pro discessione a domo David, non qualisunque, sed notabilis Ephraim, ipse stateram dolosam in manu habendo, & idolum sibi inueniendo, Chanaan recte dici meruit. Et vide q[uod] mira satutatis cōsolatio. Cum haberet iste Chanaan in manu sua stateram dolosam, & accusantem se nusquam posset euaderet peccati cōscientiam, cōsolatus est semetipsum, & dixit: Veruntamen diues effectus sum. Unde q[uod] (inquit) vel quomodo cumq[ue] acquisierim, siue iusta siue dolosa in manu mea statera fuerit, diues effectus sum, quod quarebam adeptus sum, inueni idolum mihi. Et hoc quidem ille dixerit Hieroboā detribu Ephraim, q[uod] evincere potuit, ut pro deo vitulū faceret colli. Iudaei vero temporis illius quod maxime propheta reficit, quo videlicet venit ut regnaret verus David, cum audirent eum contra avaritiam suam disputantem, maximēq[ue] Icribæ & pharisei, cum illum crucifixissent, gaui sunt, quasi illo interempto, deinceps va caret sibi seruire idolo suo, scilicet mammonæ, id est, vacare lucris suis. Tunc itaq[ue] conscientia crudeli torqueretur hic talis Chanaan siue Ephraim, consolabatur semetipsum, veruntamen (inquietus) diues effectus sum. Econtra ille dicebat: Veruntamen, vobis diuitiib[us], quia habetis consolationē vestrā. Vobis, qui saturati estis, quia esuriatis. Vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Iacobus quoq[ue] apostolus contra diuites eosdem dicit: Agite nunc diuites, plorate vultantes in miseriis, quæ adiuuent vobis. At ille diues Chanaan, id est, Iudaicus siue pharisiacus cœtus, dicebat sibi, quemadmodū hic propheta præscribit. Omnes labores mei non inuenient mihi iniuriam, nec fieri potest ut iniqtas, quam peccavi, puniatur eueritione ciuitatis & templi. Nunquid enim crederet, vel audire posset quod locus ille, tam lucrosus, propter sanguinem Iesu Christi destruendus fore? Deniq[ue] hoc Stephano prothomartyri pro criminis ascriptum est, quod ita prædicaret sicut scriptura referat. Et statuerent falsos testes qui dicentes: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum, & sanctum, & legem. Audiuitimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus destruet locū istū. Agite ergo diuites (inquit A postolus iam dictus) plorate vultantes in miseriis quæ adiuuent vobis. Diuitiae vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comelta sunt. Et subinde: Epulati (ait estis) super terram & in luxurias enutristis corda vestra. In die occisionis adduxisti, occidisti, & non restituit vobis. Vane ergo se consolatus est hic, qui stateram habens dolosam, calumniam dilexit, dicendo. Veruntamen diues effectus sum, q[uod] nec diuitiae suæ proderunt illi, nec male cōmutati nominis Chanaan hæreditare carebit. Sequitur: Et ego dñs deus tuus ex terra Aegypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis. Hoc anterioribus coniungitur dictis, neq[ue] enim Chanaan illi, cuius in manu statera dolosa est, aut Ephraim, qui sibi idolum inuenit, & gloriatus est diuitem se esse, gratiam istam repromittit, sed ei cui dixerat, & tu ad dominum deum tuum converteris, misericordiam & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. Hic ille est q[uod] habito iudicio cū Iuda, seu visitatio super Iacob, vere Iudeus, & verus esse Israelita repertus est, imitado illū, qui in vetero supplauit frēm suū, & in fortitudine sua directus est cum angelo, sicut iam dictū est. Itaq[ue] ad illud q[uod] dixerat, & spe

IN OSEE PROPH. CAP. XII.

Fd. LIII.

& spera in deo tuo semper, coniungitur id quod ait: Et ego dñs deus tuus ex terra Aegypti, id est, ex eo tempore, quo egredius ex ignoratiæ renebris vege mihi fidei sacrificiū obtulisti. Tabernacula illa quæ repromittit, dicens, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, subiungens, concupisces & deficit anima mea in atrijs dñi. Tabernacula quippe, id est, tegumenta peregrinantiū, siue in militia laborantiū, discreti in ecclesiis sunt ordines deo seruientiū, in quibus posita anima concupiscit & deficit in atria dñi, desiderando ab istis angustiis transmigrare in illam amplitudinem Hierusalē supercœlestis; ubi tanta amplitudo est, ut nullus possessor alterius possessione possit artari, sufficiatq[ue] vnicuiq[ue] quod possidet, ita ut amplius nolit. No tandem ergo ordo dictorū, quia cum dixisset, ego dñs deus tuus ex terra Aegypti, adhuc ait, sedere te faciat in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis. Notū quippe est, q[uod] egressi de terra Aegypti filii Israel, in tabernaculis habitauerunt. Vnde & festivitatem tabernaculorum scenopoegiā celebrissimā habuerunt singulis annis. Est itaq[ue] sensus: Olim patres tuos, ascendentes de terra Aegypti, habitare feci in tabernaculis, donec introducerem eos in terram promissionis. Sed sicut alia est Aegyptus, quā illa Aegyptus significavit: & alia terra promissionis, cuius illa terra typum prætulit, ita adhuc alia sunt tabernacula, quoq[ue] illa tabernacula significativa fuerunt, & in illis te sedere faciat, sicut in diebus festivitatis, id est, sic cut significat est illis tabernaculorum festis, q[uod] omnia in figura contingebant illis. Et reuestra q[uod] credendo in Christū de spūali Aegypto exiuit, in alijs, id est, in spūalibus sedet tabernaculis, dicitq[ue] sedens, concupisces & deficit anima mea in atrijs dñi. His dictis protinus subiungit: Et locutus sum per prophetas, & ego visionem multiplicauī, & in manu propter harum assimilatus sum. Hoc ita sensu coniungit praecedentis: Ego (inquam) dñs deus tuus ex terra Aegypti, & extunc ita factis & dictis innotui, ut netno se de ignorantia nominis mei excusare posset. Nam ut innotesceret visionē extunc multiplicauī, ex quo Mosis apparui de medio rubi, in flamma ignis, & ille dixit. Vādam & videbo visionē hāc magnā, quare non comburaf rubus. Et tunc per illū prophetā, & per alios prophetas locutus sum, & visionē multiplicauī, i.e. videndus atq[ue] cognoscendus prophetis multipliciter apparui, & in manu prophetarum assimilatus sum, videlicet opera multa faciendo, quæ mel ipsius quasdam similitudines prætulerunt. Exempli grāt: In manu Mosis decē plagiis contraria quidē Aegyptus & Pharaon flagellatus est, sed nō nisi per immolati sanguinē agni ad per se factū victoria perduci potuit. Illuc nimirū in manu Mosis assimilatus sum, hoc deniq[ue] tunc assimilatum vel præfiguratum est, quod decē iustitiae præceptis legalibus, q[uod] illa ante meū servaret adiutantia, sancti hoies, vexarēt q[uod] dem spūalem Pharaone, id est, diabolū, repugnando & resistēdo illi, atq[ue] contēdendo exire de regno mortis, sed non præualerēt. Nihil est ad perfectū adductura erat lex (sicut A postolus dicit) donec tādem ingrederer mundum immolandus, & sacrificiū iustitiae futurus verus agnus dei, q[uod] per meū lāng uinē solus implerem, vt per iustitiam hoīm, quantūm fortiter præcepta legis adimplentū fieri non posse. Eiusmodi factis multiplicibus multisq[ue] similitudinibus in manu Mosis & prophetarum assimilatus sum. De ignorantia talib[us], q[uod] scripta sunt, maxime tribus Iuda, penes quā & tēplum, & religionis siue sacerdotij cultus erat, excusari nō poterat. Sequitū ergo: Sicut Galad idolum, tamē frustra errant in Galgal bobus immolantes. Et est sensus: Si decē tribus idola colunt, quæ tēplo de sacerdotibus & dei religione carētū in Iuda frustra deū dereliquerū, & in Galgal idola colis, cū habeas templū & sacerdotū, & cætera quæ ad dies uini cultus pertinet ritū. Galad nāq[ue] & mons est, & ciuitas iuxta eundē monte sita, trans Iordanē, in tribu Gad, de qua superius legimus. Galad ciuitas operātū idoli, supplātata sanguine. Galgal vero in tribu Iuda prode Bethel, de qua supra dictū est. Omnes negantur eō in Galgal. Itaq[ue] & per Galala decē tribus, & per Galgal tribus Iuda recte denotat, secundū tropū, q[uod] synecdoche dicit, i.e. cōceptio, cūa parte totū, vel a toto pars intelligitur. Alter & sic intelligi p[ro]t, etiā si Galala idoli sit, siue q[uod] quis Galala idole abundant idolis, si in Galgal errat mira lupstitiōis infania, nō contēti vno in loco fixa portetā venerari, sed semper de loco ad locū curritates, & idolorū loca diuersa visentes, quasi fœclaris festivitatibus inuitati. Nam & protinus subiungit: Nam & altaria eōq[ue] quasiacerui super fulcos agri. Quod ē diceret: Cū em vno in loco, hoc ē in Hierosolymis vni deo sacrificia vel primitias offerre

Tabeinia &
cula Iacob
Plat. 8.3.

Exod. 23

i. Cor. 10

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. V.

offerre debuerint; adeo multiplicauerunt altaria (sicut superius iam dictum est) & ita exuberauerunt simulachris, & in vicissim multa stabant altaria ut solent manipulos, congesti stare acerui. Hoccine est haereditariū paternae fidei, quod habito iudicio dñi cum Iuda, & visitatione super Iacob, filii Iuda, vel filii Iacob mercant nuncupari? Non vtq; Sequit enim,

Gene. 27

Deuter. 4

Laus Iacob
ab vxori?

CAP. XIII

LFugit Iacob in regionem Syriæ, & seruuit Israel in vxore, & in vxore seruuit. In propheta autem eduxit Israel de Aegypto, & in propheta seruatus est. Causa ista non minime operat in illo iudicio, siue operatione dñi super Iacob, in discernendo, q; veraciter & quis falso dicat esse semen Iacob. Cur enim ille fugit in regionem Syriæ, & seruuit in vxore? Videlicet ne quando ad eiusmodi perduceret altaria per mulieres Chanaan. Dixit enim Rebecca ad Isaac: Tzedet me vita mea propter filias Ethis: Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo vivere. Vocauit itaq; Isaac Iacob, & benedixit, præcepitq; ei, dicens: Noli accipere coniugē de terra Chanaan, sed vade, & proficiscere in Mesopotami am Syriæ ad domum Batuel patris matris tue, & accipe tibi inde vxore de filiabus Laban aquinculi tui. Itaq; mulieres terræ illius fugit, quæ possent illi scandalum esse, & causa peccati. & exemplū eius sequendū esse, propter causam eandem, Moses ita scripsit. Non inibis cum eis secundus, nec misereberis eos, necq; sociabis cū eis cōiungia. Filia tua non dabis filio eius, nec filia illius accipies filio tuorum, sed fecundat filium tuum, ne sequas me, & ut magis seruas at dñs alienus, irasciturq; furor dñi, & delebit te cito. Isti autē econtra de Galaad in Galgal, de Galaad cursibant, querēdo & sequēdo idola, quæ ille de gente in gente & de regno in populum alterz, per trāseundo fugiebat. Falso igit filios illius se esse dicunt, cum sint potius Chanaan (sicut supra dictum est) cuius opera fecit sunt. Magnum profecto præconitū est fugientis, in eo quod dicit, & in vxore seruuit. Maluit vxore iuxta bene placitum dei patris ac matris propria seruitute acquirere, q; filias Chanaan ducere cum offenditione, sicut fecit Esau, de quo scriptum est. Esau vero quadragenarius duxit vxores, Judith filiam Beheri Ethæti, & Baschinath filiam Helyom eiusdem loci, quæ ambæ offendebant animū Isaac & Rebeccæ. Vxor illa in qua seruuit Rachel exitit. Non pro Iria seruuit, aut conuentione fecit, sed pro Rachel, quæ solam diligēs à patre exitit. Idcirco autē repetit dīcēdo, & seruuit in vxore, & in vxore seruuit: q; videlicet bis pro vna eademq; Rachel septēnū seruitutem subiit. Septem quippe annis seruuit, anteq; coniugem ducere, & debito coniugio fraudatus est, sed quærela de prompta, protinus post Lyæ copulā, quam non quæseriat, optatis potitus nuptijs Rachel, rursus seruuit septē alijs annis. Et nondum q; sic repente nomē commutat, dicendor fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruuit Israel in vxore. Quando, fugit dīcebat Iacob, quando autē seruuit, meruit vocari Israël: auctis vtq; meritis, sicut narratio continet reuersionis eiusdem de seruitio redeuntes. Ad eandē distinctionē tanti patris, & eoz, qui, quamvis carnis eius filii, nequaquam tam men merentur in semine reputari, spectat ad illud, quod protinus subiungit: In propheta autem eduxit dominus Israel de Aegypto, & in propheta seruatus est. Nam ecōtra subaudiēdum est, Isti autē de Aegypto mēte nequaq; sunt egressi, imo ipsi sunt Aegyptus factio sibi, & colēdo deos Aegypti, si, vitulos, quæ cultū didicerūt in terra Aegypti. Vnde confessim in sua persona deus cōquerendo dicit: LAd iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eū veniet. Statimq; propheta subiit. Et opprobriū eius restituet ei dñs deus suis. Loquēt Ephraim horror inuisus Israel, & deliquerit in Baa, & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccādum, feceruntq; sibi consiliale de argento suo, quasi similitudinem idolorū. Factura artificum tota est. His ipsi dicunt, immolate homines vitulos adorantes. Hæc oīa quæ hic dicta sunt declamatione vehementi prophetae, iudicium dñi, & visitatione super Iacob iustificantis, fortiter coniunct eos, q; non sint aut mereant dici Israel, qualem dñs in propheta veraciter de Aegypto eduxit. Alij nanc & longe diuersi, imo & contrarij Israel vero & fideli, quē in propheta Mose dñs eduxit de Aegypto, vero cor de dicēte: Eamus & sacrificemus dño deo nostro: Illi fuerūt q; in amaritudinibus suis eundē dñm ad iracundiam prouocauerunt, tentando, & male loquendo de ipso, semperq; murmurando contra eum. Et ille quidem Israel qualis erat: Iosue siue Caleph, in eodem propheta seruatus est, ascendendo per matre rubrum, illos, autem corpora prostrata sunt in deserto. Illorum omnium deterimus,

& mal-

IN OSSEE PROPHET. CAP. XIII. FO. LXXXII

& maxime notabilis extitit Ephraim, id est, Hieroboam de tribu Ephraim, qui populum scindens à domo David, vitulos aureos pro deo colendos instituit. Idcirco confessim in illum sermo recurrit, dicente domino: Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius, id est, peccatum eius, super eum veniet, ut scilicet intereat, & regnum perdat in posteris suis, quod tali modo retinendum putavit. Et quia prælens poena non sola redditur impenitentibus, subiungens propheta. Et opprobriū eius restituit ei dominus deus suis, id est, in futuro quoque seculo tanti opprobriū memoria non delebitur, qui in tantum se deiecit, ut deserteret creatore deo, coleret non tam vitulum, q; inanimatum & insensibilem similitudinem vituli. Nec vero sui solius, sed & omnium, quos ad tantum opprobrium induxit, perditio in illum redundabit. Idcirco peccatum eius amplius declamans. Loquente (inquit) Ephraim, horror inuisit Israel, & deliquerit in Baa, & mortuus est. Et est sensus: Dicente Hieroboam, isti sunt dñi tui Israel, quæ eduxerunt de terra Aegypti. Horrendus horror, & erroneus paucor inuisit Israel, ut aut verum 3. Reg. 18 putaret, aut obloqui nō auderet: & non solum vitulos illos, sed & Baal, agente Achab cū Jezebel, coleret, atq; hoc modo mortuus est. Extunc vsus idolatriæ tantum excrevit, ut pene in omni loco singuli propriæ pro posse sibi fabricarent idola in agris & in domib; suis, Hoc est quod ait: Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntq; sibi confabili de argento suo, quasi similitudinem idolorum, ut scilicet haberent ipsi quocq; suos vitulos. Nam quia rex deos habebat aureos, ipsi secundum suam possibiliteratē fecerunt sibi deos argenteos. Totum hoc (ait) factura est artificum, sicut alibi scriptum est: Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Quod cum ita sit, recte admiratur, & dicit: His ipsi dicunt, immolare homines vitulos adorantes. Nam vere mira, & nimis misera stultitia, mandare homines, qui sunt opus dei, tali factura artificum immolari. Hoc tam grande malum nequaquam illis fuit inusitatū. Scriptum est enim: Et immolaverunt filios suos & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinem innocentium, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculpilibus Chanaan. Qui autem sunt ipsi qui hæc dicunt? Nimurum sacerdotes siue artifices quorum illa factura est. Vos (aiunt) o cultores idolorū, quid non suspetunt hostiæ, filios vestros, & filias vestras, idola siue vitulos nobiscum adorantes, eisdem vitulis immolate. Tantis ac talibus causis redditis, quibus in iudicio domini cum Iuda siue visitatione super Iacob coniunctam, quod potius semen Chanaan q; semen Iacob mereantur dici, nunc superest pronunciare conditio iudicij sententijs, & diffinire, qualem penam isti falsi filii, & qualem gratiam iure respondiant veri filii patris illius Iacob, cuius deus dominus dicatur esse vel dici. Sequitur ergo idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens. Sicut puluis tunc bine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus ex terra Aegypti, & deum absq; me nescies, & saluator nō est præter me. Ego cognoui te in deo fert, in terra solitudinis. Prior nanque sententia super illos filios carnis, & non fidei Iacob de prompit, quod iporum memoria sit peritura, sequens ad illos, non tantum carnis, sed & fidei filios, quod in aduentu salvatoris Christi saluandi sint in domino salute aeterna. In illorum qui reprobantur, sententia, quatuor ista pro similitudine posita sunt, nubes, ros, puluis, & fumus. Notandum vero, quod nullum horum simpliciter positum est, sed cum adiectione, quæ malum significet, quia videlicet vnumquodq; horum simpliciter positum, in bonam partem accipi plerumq; solet. Scriptum est enim: Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Item: Concrescat in pluvia doctrina mea fluat vt ros eloquim meum. Vel, vt Abraham loquitur ad deum: Loquar ad dominum, cum sim puluis & cinis. Et Psalmista dicit: Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Itaque quatuor hæc omnia simpliciter in scripturis posita, in bonam partem accipi possunt, idcirco singula hic cum adiectionibus congruis posita sunt, per quas a sempiterni boni significatione distinguuntur. Nubes matutina, ros item matutinus, & mane pertransiens, puluis turbine ex area raptus, fumus item da fumaris turbine raptus dicitur: atque ita hæc omnia peritura conuenienter significant memoriam illorum, qui cum debent esse semen Iacob, ipsi per suum vitium in illum Chanaan, qui a patre sancto male dictus est, degenerauerunt. Et quidem hoc, scilicet, delendam esse memoriam illorum, quatuor

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. V.

quatuor ista pariter significant; verunt̄ in propriis significationibus diversa sunt. Etenim duo postrema, videlicet puluis turbine raptus ex area, & fumus de fumario, manifestam exprimunt fram: duo aut̄ praecedentia, nubes matutina, & ros matutinus p̄teriens, temporalis, sicut & cito transiitā quandā misericordia, iuxta illud, quod supra in hoc eodē propheta dicit̄ est. Quid faciam tibi Ephraim, qd faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiēs. Deniq̄ & hic & illic nubes matutina & ros mane pertransiēs temporalia significat genti illi collata, bono quidē secundum se, sed malo illorū cito transiitā. Duo sequentia manifeste semperna significat mala, sicut iam dicit̄ est. Eterni hæc impias retributione perire, sicut diliperit puluis turbine raptus ex area, & sicut deficit fumus turbine raptus de fumario. Psalmista quoq̄ dicenter Non sic imp̄s nō sic, sed tanq̄ puluis, quē proīcit ventus a facie terræ. Itē: Inimici vero dñi, mox vt hono, rificati fuerint & exaltati, deficientes, quēadmodū fumus deficient. Sit itaq̄ nubes illa matutina, siue ros ille manu pertransiēs, talit̄ pars filiorū, qualis fuit Esau, cui dixit pater Isaac: In pinguedine terræ, & in ore eccl̄i desuper erit benedictio tua. Nam illoq̄ qui sunt semē Jacob, vel reputant in semine, suntq̄ Israelitæ, pars dñs est, sicut protinus verbis sequentibus exprimitur. Ego aut̄ dñs deus tuus ex terra Aegypti, & deū absq̄ me nescies, & saluator non est præter me. Ecce cognoui te in deserto in terra solitudinis. Qui enim hec loquitur dñs deus, dicens, & saluator non est præter me. Christus est dei filius, fructus benevolentias filiorū: la dictio nis illius, quā non meruit Esau. Jacob aut̄ adeptus est secundū verba hæc. Et seruat̄ tibi populi, & adorat̄ te tribus. Esto dñs fratrū tuorū, & incurvant̄ ante te filij matris tuae. Qui maledix̄ erit tibi, sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Hoc nimis in spiritu sancto agebatur, vt quādo diuidendi erāt Jacob & Esau, iuxta illud diuinum oraculum, duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: nō de Esau, sed de Jacob semē Abraham, quod est Chrūs, naçeref. Hic ergo cū dicit̄ ego aut̄ dñs deus tuus. Notādū q̄ addit̄ est terra Aegypti. In hoc nanc̄ breuiter aſtrit̄, qd non sit deus recens, q̄uis in nouissimis diebus de virginē natu sit. Poterat autem dicere ceteris ego aut̄ dñs deus tuus ex Abraham, quēadmodū & Iudeis dicētibus, quadrangula annos nondū habes, & Abraham vidisti? Respondens: Amen amen (inquit) dico vobis, anteq̄ Abraham fieret, ego sum. Cur ergo dicere maluit, ex terra Aegypti? Videlicet quia tunc magis inuotuit, & potētiam suā ostendit in signis & prodigijs, qualia Abraham non ostendit, propter quod & Mosi tunc ait: Ego dñs q̄ apparui Abraham, & Isaac, & Jacob in deo omnipotē, & nomē meū Adonay nō indicauit eis. Tuc eterni fcedus pepiḡit cum illis in monte Synai, vt esset deus eorum. Qui dixerunt ad Mosen: Omnia quæ locutus est dñs, sciemus: & erimus obediētes. Ille vero sumptū sanguinē respersit in populū, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepiḡit dñs vobisū super cunctis sermonibus his. Sermonum eorundē initiū erat hoc. Non habebis deos alienos corā me. Recte ergo & hic ait: Et deū absq̄ me nescies. Continuo quoq̄ addit̄: Et saluator non est p̄ter me. Iste deus & saluator Christus est. Deus quia creauit, saluator q̄ factus homo saluauit. Vnde & Iesus quod interpretat̄ saluator, nuncupari voluit. Vere præter hūc saluator non est, q̄a non est in alio aliquo salu, nec em̄ nomē aliud sub coelo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Gratiosa valde cōmemoratio est, qua tandem dicit̄: Ego cognoui te in deserto in terra solitudinis. Necq̄ em̄ exigū quid est ei, q̄ oia scit, & omnes per sciam nouit, notū esse per gratiam illa notitia, iuxta quā vni illoq̄ vero Israelitæ. s. Mosi dicit̄: Inuenisti em̄ gratia corā me, & teipsum noui ex nomine. Et quod tūc vni illi dicit̄ hoc esse legitimus, sed qd vni dic̄it̄, om̄ibus dicit̄: quos tunc t̄pis, imo & ante & post t̄p̄us illud prædictos, atq̄ prædictis natos eligit, q̄a cunctoq̄ noia in libro vitæ scriptis. Proinde & hoc sciendum, q̄a quicq̄ elekti, in deserto cognoscunt, maxime & in terra solitudinis, in deserto huius seculi, vbi deū nō vñq̄ vñdit, in solitudine cordis & occulto cōsciæ latentis, vbi solus de° animā tentatio nibus circūuentam propiciens, exercet, & probat, & legitime currentē cognitione sua dignam ducens, proficit, quia cognoscit. Talibus & ita cognitis siue nominatis ipse in euangelio dicit̄: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.

Gene.37

Chrusdes
us filiorū: la
dictio nis illius,
quā non meruit
Esau. Jacob aut̄
adeptus est secundū
verba hæc. Et seruat̄
tibi populi, &
adorat̄ te tribus.
Esto dñs fratrū
tuorū, & incurvant̄
ante te filij matris
tuae. Qui maledix̄
erit tibi, sit ille
maledictus; & qui
benedixerit tibi,
benedictionibus
repleatur.

Gene.28

Johan.8

Exod.6.

Exod.24

Match.1

FINIS LIBRI QVINTI.

Rupert

RUPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM

commentariorum liber sextus.



Exta nunc repetitione peccata gentis eiusdem dñs deppromens ad auditorē se se converterit & dicit. L iuxta pasca sua adimplete sunt, & saturati sunt. Et elevauerunt cor suū & oblii sunt mei. I Disctum hoc, dei quidē benefacientis cōmendat bonitatē, sed nihil minus eoq̄ quibus benefactū est vehementer cōdemnat ingratitudo. Simile nanc̄ illi est qd de eisdē Psalmista dicit: Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desideriū eoz attulit eis, nō sunt fraudati à desiderijs suis. Et subinde, In omnibus his peccauerunt adhuc, & non conuertentur inimici mei retrorsum. Nunc ipsoq̄

Psal.77

proprietatē dicit̄ & cōsideremus. Iuxta pasca sua (inquis) adimplete sunt, & saturati sunt.

Quendā non bonū siue laudabilē adimpletionis & saturatitudinis modū insinuat, ita determinis Iudei sequitur.

nādo, adimplete sunt & saturati sunt iuxta pasca sua, Quenā vel qualia fuerūt pasca sua? bānē deum ppter pas

Nimis n̄ ea quæ desiderauerunt, propter quæ murmurauerūt, & deo male loquuti sunt. Exempli gratia, quādo dixerunt, Quis dabit nobis carnes ad vescendū? Recordamus p̄s, ppter p̄m

cium, quos comedebamus in Aegypto gratis. In mentē nobis veniunt cucumeres & p̄pones, porriq̄ & cepe & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man. Quia taliter & talia desiderauerūt, & desiderantes vscp ad naulefū impleri sunt, re

& tē pasca sua hæc dicta suntneq̄ em̄ deū propter ipsum, sed propter ista sequunt̄ sunt.

¶ Ceteri, qui deū sequunt̄ur propter ipsum, nō hæc talia dicuntur pasca ipsoq̄, sed serimo dei cibus vel pasca ipsoq̄ est, iuxta illud Deuteronomij: Quia non in solo pane vivit Deute.8:

homo, sed in omni verbo qd procedit de ore dei. Cū ergo dicit, iuxta pasca sua adimplete sunt, & saturati sunt vehemeter, illos reprehēdit. Idem em̄ est ac si dicat, Manducando

& bibendo totā receperunt mercedē sua, pro eo q̄ exierunt de terra Aegypti, & ad tem-

pis suscepserunt legē dei. ¶ Omnino delictū est propter talia pasca deū sequi. Idcirco talles vituperans in euangelio, dicit: Amen amen dico vobis, quæritis me, nō quia vidistis si

Iohan.6: gna, sed quia māducatis ex panibus, & saturati estis. Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vita æternā. Similiter & oēs se se existimēt vituperari, quicunq̄ altari Christi

st̄ præsto sunt, non propter dilectionē sacramentoq̄ quæ concelebrant, sed propter hoc folū, vt de altaris sumptibus vivant. Igitur q̄ ait, iuxta pasca sua adimplete sunt & saturati sunt, illi simile est (vt iam diximus) quod Psalmista dicit, Et desideriū eoz attulit eis dominus. Nimirū talis plenitudo ventris mētis elationē, talis saturitas obliuionem dei generat.

Notum & manifestū est, quia taliter illis accidit. Unde & continuo dicit, Et elevauerunt cor suū, & oblii sunt mei. Nam quia terra optimā in possessionem acceperunt, cuius fructus

cibus adimplete, & divites facti sunt, elati in superbiam, regēm sibi petierunt, nolentes au-

dire vocē domini & Samuelis, sed dicētes. Nequaq̄ Rex em̄ erit super nos, & erimus nos

i.Reg.8: quocq̄ sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster. Eadem mentis elationē repulerunt

domum David, & fecerunt sibi regēm Hieroboam, qui vitulos illis fecit, quæ nimirū

3.Reg.12: res magna fuit obliuio dei. Idcirco nūc dicit, & oblii sunt mei. Subaudiendū vero est, sed

non licuit aut licebit eis penitus obliuisci. Sequitur enim, L Et ego ero eis quasi leæna, si

“cur pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsā raptis catulis, & dirumpam interio

Quatuor regna,

uta fecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. L Semper iste est,

Tradam illos regnis quatuor, quæ intelliguntur per leænam & pardum & vrsam &

bestiam agri, quam sine nomine posuit, vt ab illis oppressi atq̄ consciissi, magnitudine misere-

riarum cogantur reminisci mei, cuius sunt oblii. Per istas nanc̄ quatuor bestias regna qua-

tūr, scilicet Babylonicū, Persicum, Macedonicū, atq̄ Romanum, illa maxime Danielis

Danie.7: viō dat intelligi, qua dicit̄: Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pu-

gnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebat de mari diuersæ inter se.

Prima, quasi leæna, & alas habebat quasi aquilæ, Alia similis vrsō, Alia quasi pardus.

K Quarta

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. VI.

Quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis. Sicut ille, ita & hic bestiam quartam sine nomine posuit, dicendo, bestia agri scindet eos. Igitur ero (inquit) eis quasi leæna, & sicut peratus, id est, tradâ eos Babylonis atq; Macedonibus in via Assyriæ, id est, pro eo q; superbe incedendo cōtra me dixerunt. Assyrii nanc; dirigentes interpretantur. Occurrat eis quasi vrsâ raptis catulis. Aiant, qui de bestiæ scripsere naturis, inter omnes feras nihil esse saeuius vrsa, cū perdiderit catulos vel indigerit cibis. Cū ergo per vrsum apud Daniëlem regnum Persarum atq; Medor, significetur, non incongrue per huiusmodi vrsæ ferocitatem illius Arman Agagitæ crudelitas pessima intelligitur, qui indignans q; Mardochæus non se adoraret, nec libi genu fleceret, pro nihilo duxit in vnu Mardochæum mittere manus suas, audierat em q; esset gentis Iudeæ, magisq; voluit omnē Iudeos, qui erant in regno Assueri, perdere nationē. Et quia mala hæc sub regnū iam dictis propter peccata sua erat passuri. Et dirumpā (ait) interiora iecoris eoz. In iecore nanc; iuxta physicos, voluptatis & concupiscentiæ consistit vis. Itaq; per interiora iecoris, omnē concupiscentiæ, quæ peccatum patit, breuiter innuit, quæ videlicet interiora quasi per eiusmodi feras dirupta sunt, quia peccata illoz regnis illis opprimentibus punita sunt. Et quia peccata ipsa in tribulatione consentientibus, tandem parcere habebat, subiungit atq; ait. Et consumam eos ibi quasi Ieo, Tradunt nanc; physici, leonem prostrato parcere homini. Ergo ibi, id est, sub regnū illis, nō vtcung; siue absc; villa discretione, sed quasi leo consumam eos, ait, quia videlicet in mea terribilis quidē super eos erit, sed prostratis & peccata sua in tribulatione consentientibus parcam illis. Quid tandem fieri? Bestia agri scindet eos, bestia quarta terribilis (vitæ Daniel) atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cominuens, & reliqua pedibus suis conculcans, & omnino dissimilis cæteris bestijs. Quomodo scindet eos? Nimirū exscindendo miserabilis excidio, & in omnes gentes ducendo captiuos. Nunc ad ipsum populum taliter scindendum convertitur, & dicit, L Perditio uia Israël, tantummodo in me auxilium tuum. Ac si dicat, Tu ipse perditionis tuæ causa es, tu tibi perditionem thesaurasti, recedendo a me: qui solus tibi poteram & consueveram auxiliari, & nusquam tibi auxilium est, nisi apud me, si penitentiæ egeris. Et quod vere tantummodo in ipso auxiliū fit, increpando confirmat sequentibus verbis. Vbi est rex tuus? Maxime nunc saluet te in omnibus viribus tuis, & iudice tuos, de quibus dixisti, Damhi regem & principem. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Vehementer vanâ populi percutit estimationē, qui regem sibi petiuit, cū regē dei haberet, & ab hoc percunctatur, vt ad considerandum excitet & scire faciat, quia tantummodo in deo auxilium est. Similis huic percunctioni illa est. Vbi sunt dij. eoz in quibus habebant fiduciā, de quoz victimis comedebant adipes, & bibebant vnu libaminum. Nam quemadmodum illic deficiente responsione, competenter subiungit: Videte quod ego sum solus, & non sit alius deus præter me. Ita & hic, cū dicit, vbi est rex tuus & iudice tu, de quibus dixisti, da mihi regem & principem, subiungit atq; ait: Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Factum nanc; hoc fuerat in primo rege Saul, quem petenti populo dederat. Deniq; in furore suo regem illum dedit, sicut ipsa eies verba indicant, cū dicit: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tolleret & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursores quadrigas, suarū, & cætera que hoc modo concludit, Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis servi, & clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa quia petiit vobis regem. Ita in furore suo datum, abstulit in indignatione sua, dicens ad Samuel: Pecciter me quod constituerim Saul regem. Et subinde dicit scriptura: Spiritus aut domini recessit a Saul & exagitabat eum spiritus nequæ a domino. Itidem de Hieroboam cæterisq; regibus decem tribuum sentiendū, quia violentibus illis & scindentibus se a domo David, in furore suo dedit illos & in indignatione sua abstulit. Alios in vita sua, alios percutiens in posteritate sua. Porro David neq; populus prior petiuit neq; dominus in furore suo dedit, sed dominus prior in misericordia elegit, in gratia dedit, in summa dignatione firmauit & custodiuit. Itaq; cum dicit, de quibus dixisti, da mihi regem & principem, subaudiendū est, & ego respondi tibi in occulto iudicio, dicens: Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Sequitur. L Colligata est iniquitas Ephraim,

Hester, 3

Interiora
Iecoris.

Danie, 7.

Deute, 32

I. Reg, 8.

Ibidem, 15

IN OSEE PROPH. CAP. XIII.

Fo. LVI.

absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. Ipse filius nō sapiens. Num enim non stabit in cōtritione filiorū. Nam sœpe dictum est, Ephraim, id est, reges decem tribuum, ita pariter viam Hieroboam sequitos fuisse, qui peccare fecit Israel, vñ nullus eorum, scriptura testante, à peccatis eius recederet. Ergo quasi quereres, quænam furoris & indignationis causa fuerit, colligata est (alt) iniquitas Ephraim, id est, soluta non est, neq; solū poterat iniquitas regum illoz, eo quod incorrigibilis & impenitentes fuerint, semperq; Absconditum iniquitatem quisq; illoz defendet. Nam hoc est quod sequitur. Absconditum peccatum cū peccati eius. Absconditum nanc; peccatum dicit, vbi nulla voce confessionis aperitur, imo & suæ perbæ defensionis scuto contingit. Ibi iniquitas ita colligata est, vt solui aut dimitti non possit. Econtra sanctus dicit: Delictum meū cognitū tibi feci, dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Ille filius est sapiens: de isto aut dicitur, ipse filius non sapiens. Quomodo em̄ sapiens filius qui à patre recessit Exod. 4; à quo fuerat adoptatus, dicente ad Pharaonem, filius meus primogenitus Israël. Et qui dem nunc coram hominibus peccatum suū abscondit, & coram deo cū abscondere non possit impenitenti corde defendit: sed dolores (inquit) parturientis venient ei. Sicut enim mulier conceptu suum ad tempus quidē dissimilare potest, sed tandem parturiendo doloribus attestantibus occulta prodit: quisquis eiusmodi est, peccatum suū vtcung; dissimilare ad tempus & abscondere potest, sed in tempore suo cuncta cordis eius occulta cū dolore manifestabuntur, iuxta illud: Nihil operū quod non reueletur, neq; occultum quod non sciat. Tunc vtcung; parebit sibi, quia ipse filius non sapiens. Et vnde hoc probatur q; sit filius non sapiens? Ait, Nunc enim non stabit in contritione filiorū. Et est sensus, Qui em̄ vere filij sunt, ipsoz est contritio, & ipsi in tribulatione stant, id est, penitentiam agunt Contrititia habentes cor contritum & humiliatum. Deniq; ita conteri siue confringi, hoc vere stare filiorum, est, sicut de quodam eiusmodi filiorum scriptum est. Et dixit vt disperderet eos, si nō Moses electus eius stetisset in confractio in conspectu eius. Nam confractio nimiā & vehementē dicit humilitatē, in qua sic stetit, vt deū teneret homo fortis dicentem, dimittit me. In huiusmodi confractio qui stant & filii sapientes sunt ita em̄ se cōterendo per pœ. Exod. 32; mitentiam sapientes filij sunt. Is aut qui (vt iam dicitur) est corde impenitenti suam iniquitatem colligavit, filius quidē dici potest, dum iactat se & dicit, vnu patrem habemus deū, sed non sapiens filius dicitur aut est. Restat igitur, vt quæadmodū illi furorē debitū adiudi- cavit atq; indignationē, sic econtra filiis istis, quoz est contritio, id est, cor contritū & hu- miliatum, digna & gratiola reprobritat consolatio. Audiamus illam vere magna & sonora declamatione de prompta. L De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos. Ero mors tua o mors, mors tuus ero inferne. L Christus dei filius, vīctor mortis & au- thor vitæ. Hoc in persona sua magna voce, magna veritatis eloquuntur autoritate. Libera bo eos (inquit) de manu mortis, redimam eos de morte. Quos eos, nisi filias, quoz (vt iam diximus) contritio est, quoz cor contritum in penitentiæ studio est. Harum in catalogo primus est Abel, cuius ipsum nomen penitentiæ significat lamentū, transferit em̄ in luctū. Abel pri- mus peni- tentium. Roma, 3, 7.

Duplex mors, liberabo eos de morte quā indixit deus his verbis, quia puluis es & in puluerem res mors.

Gen. 3. uerteris, quæ mors est corporis, redimam eos. Quomodo liberabo? Quali redimam pre-

cios? Ait, Ero mors tua o mors, mors tuus ero inferne. Non auro neq; argento, sed mor-

te mea morte ipsoz interficiendo. Moriar, vt ipsi viuant, & ad infernum descendā. Nam

hoc est quod dicit ad ipsam mortē, ad ipsum infernum apostropham faciens, mortis & in-

fernī potes debellator: vita & mortis dominator. Ero mors tua o mors, mors tuus ero

inferne. Qualiter deberet vel posset mors mortis esse, breuiter innuit dicens, mors tuus Mors tuis

ero inferne. Et est sensus, Tu deceptus mordebis me, quæadmodū innuitur per id qd de us ero in

te ipso dicitur ad Job: In oculis eius quasi hamo capiet eū. Item, An extrahere poteris. Le ferme.

K 2 uiathan

lob. 40.

Roma. 9

Divisionem
inter fratres
luctuosa.

Cap. XIII.

Cor impes-
nitens Sa-
mariae.

Iustus homo. Ego factus homo tibi huius ero, quia quemadmodum in hamo carnis tene
ritudo ostenditur, & acumen ferri occultatur, sic humanitas infirmitas te humani gene
ris inimicis inuitabit, ut mordeas: & diuinatus interior fortitudo transfiget, ut captivus pe
reas. Quia taliter mortus tuus efficiat, mors mortis ero: quia viscera mortis interiora tua in
inferno non sustinebunt, cu[m] vitam momorderis, & disrupto ventre vitam remittes, morte
mortua euadentibus vita quicunq[ue] vita ista sunt digni. Alter infernum Christus momor
dit, quando partem suos videlicet electos liberauit: partem autem id est, reprobos reliquit.
Nam ex eo quod mordemus, partem consumimus, partem relinquimus. Sequitur. L. Consolatio
tio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres dixit. Vbi audierit propheta de
gratia liberatoris & redemptoris quod gauderet: vidi etiam quod carne sua de gente sua vel fra
tribus suis Israëlitis, quod merito doleret, illud videlicet quod & Apostoli pene inconsolabiliter
gemit his verbis, V eritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perh
bente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus do
lor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt
cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitæ quoque adoptio est filiorum, & gloria, & te
stamentum, & legislatio, & obsequium, & promissio quoque patres, & ex quibus Christus
secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Divisionem inter
fratres, quia illi Apostolus continuo dolore gemit, hic futuram luget, dicens. Consolatio
abscondita est ab oculis meis. Quis ita inter fratres divisus, nisi infernus, cuius morsum se fo
re liberator & redemptor dixit. Diabolus haec, qui designat nomine inferni, Iudeos ex
caecando, a fratribus ipsorum, & apostolis eius divisus, ut ejacerent eos, & oporteret illos
euangelizare potius gentibus extraneis. Propter hoc (inquit) abscondita est consolatio ab
oculis meis. Non dicit, perh[abet] c[on]solatio, sed abscondita est, id est, non cito potest inueniri, non
leuiter possum c[on]solari. Inuenitur autem in illa spe, qua & Apostolus seipsum c[on]solatus est
qui cum dixisset: Cæcitas ex parte cotigit in Israël, subiungit, quoniam corruisti in iniuitate
intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Ad huc sensum pertinet id, quod continuo hic pro
pheta subiungit. L. Adducet ventus vrente dñs de deserto ascendentem, & siccabit venas
eius, & desolabit fontes eius, & ipse diripiet thesauros, omnis vasus desiderabilis. V entus
vrente hoc loco spiritu sancti dicit, quæ admodum & illuc iuxta mysticum sensum gratiae, q[uia] nos in baptismo Christi saluauit. Cum extendisset Moses manu super mare, abstulit illud
dñs vento flante vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Ventus ergo vrente, j.
spiritu sancti vehementer ardenter adducet dominus, subauditur, cu[m] plenitudo getum
introierat & siccabit venas eius, subauditur, inferni & desolabit fontes eius, auferendo scilicet
omnes causas & abundantiam incredulitatis, ut reliqua Israël saluas sint. Interim &
ipse (inquit) diripiet thesauros, omnis vasus desiderabilis, quia videlicet ipse est ille qui fortior
superuenit, cu[m] fortis armatus custodiret atrium suum, & vniuersali enuntiatione dictum
est, & ipse diripiet thesauros, omnis vasus desiderabilis. Hoc fit & fieri non definit per ven
tum de deserto ascendentem, scilicet per spiritum sanctum de humilitate Christi procede
tem, qui a suis desertus fuerat. Ventus vrente, id est, carnis petulantia & humores vi
tiorum suo calore desiccantem. Tandem & huius sexta repetitionis fine in Christum, qui
iustitia nostra est, reductio. Septima, quæ & ultima, sic inchoatur peccatorum & eiusdem
iustitiae commemorationis. L. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum.
In gladio pereat, parvuli eorum ellendantur, & feti eius discendantur. Dissimile hoc ini
tium est ceteris omnibus, quia videlicet illa talia sunt, ut peccata replicent, & præ oculis
ostendantur: hic autem tanquam desperata correctione statim in primo sermone, non tam
peccata quod idolorum vindicem depromit sententia: Pereat (inquit) Samaria. Quare? Quo
niam ad amaritudinem concitauit deum suum. Magna haec & terribilis causa siue accusa
tio est. Deus enim naturaliter dulcis est, nec parua potest esse causa, per quam ad amar
itudinem concitatus esse videatur. Cor impenitens, hoc effecit, & huius criminis
rea fuit Samaria, cuius de regibus nullus omnino recessit a peccatis Hieroboam, qui
peccate fecit Israël. Pereat ergo (inquit) quia iustitiae concedendum est, nullam quippe
peccato

per eorum invenientis consequitur venia. Nec uero solommodo secundum animam, verum etiam
secundum corpus ut pereat concedendum est. Idcirco cu[m] dixisset, pereat Samaria, corpora
lem quoque concessit perditionem, dicendo, in gladio pereat, &c. H[oc]a nomine vel con
demnatione Samaria synagoga illa non excipitur, quæ peccatum Samaria supergressum est
dum non tantummodo ut illa scidit se a domo David, verum etiam (ut sepe iam dictum
est) crucifixit Christum filium David filium dei, & idcirco periret, quoniam ad amaritudinem
concitauit deum suum, in tantum ut sententiam in cruce potaret acetum, siue (ut aliis euangeliis
scribit) vīnum daret ei bibere cum felle mixtum. Proinde ut periret illa, dominus ipse cō
cessit, & ore proprio prædictum. Et quia iustitiae ratio postulabat, ut periret, per humanitatis
quidem affectum fleuit super illam, & flendo prædictus sed per diuinitatem virtutem impassibili
lēm, super ipsam quam flebat, fixam & immobilem sententiam tenuit. Dicit Samaria ut pereat
scilicet nunc Israëli quid faciat, ait. L. Conuertere Israël ad dominum deum tuum, quoniam
corruisti in iniuitate tua. Qui haec loquitur in calce voluminis, ipse est Christus, finis
omnis consummationis, qui missus ad oves quæ perierunt domus Israël, sic prædicare ex
orsus est. P[ro]cenitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Secundum eundem
sensus hic dicit, Conuertere Israël ad dominum deum tuum. Causam confessum, cur con
uerteri oporteat, vel unde penitentia sit agenda, subiungit, quoniam corruisti in iniuitate
tua. Cum dicit, in iniuitate tua, breuiter insinuat, quod omni peccanti iniuitate, quamcumque
perpetravit, fibinet a leipo sit imputanda, ne villo modo se excusat aut defendat, sicut fe
cit Adam, in quo omnes peccauimus & corruimus, tam gentes q[uia] Iudei, quemadmodum
Apostolus dicit: Eramus enim aliquando & nos filii iræ sicut & ceteri. Illi originali peccato Eph[es]o 2
actuali iungendo peccata, non minus Israël q[uia] gens aliqua corruit, sicut haec tenus sermo pro
pheticus peccata eius toties commemorando comprobauit. Conuertere igitur o Israël tu
primus, conuersione quippe opus est, quia corruisti; & hoc ipsum cōfiterere, quia in iniuitate
tua corruisti, nam confessio haec initium est conuersonis. Dicant forte aliqui, quem
admodum & illi, qui compuncti corde dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos: Quid
faciemus viri fratres? Ad haec vel huiusmodi quæcunque perterriti dicere possunt, cōpon
et, & iniuitatem suam cognoscentes protinus occurrit & dicit, L. Tollite vobiscum ver
ba, & conuertimini ad dominum: & dicite ei. Omnen aufer iniuitatem, & accipe, bo
num, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Qui conuertimini ad dominum, ver
ba (inquit) tollite vobiscum. Quare verba & non potius munera. Videlicet, ut sciatis, q[uia]
non est difficultas apud deum, non exigita vobis illa quæ forte non possetis consequi pro
redemptione animarum vestiarum. Non ergo dico, tollite aurum, tollite vobiscum argentum,
sive multitudinem hircorum, aut vitulorum, & cetera talia, quæ non omnibus praestio sunt: sed
verba quæ consequi potestis absq[ue] dispensio rerum, verba confessionis & preci tollite vo
biscum: & haec vobis in promptu adesse possunt, deo autem pro salute vestra sufficiunt,
& pro iniuitatibus vestris satisfaciunt. Cum ipsis subsidijs conuertimini ad dominum deum,
qui vestros non eget bonorum, & sicut iam dixi, non solicitemini, quasi munera non haben
tes grandia preciosia auri & argenti, quibus honoretis propiciandam faciem tam magni, tam
potentis domini, sed dicite illi, Omnen aufer iniuitatem, & accipe bonum. Non dicatis,
non habemus iniuitatem, quia tunc mentimini & vosipios seducitis: sed dicite ei, Omne
aufer iniuitatem, quia iniuitates nostræ multæ sunt. Confidete dñe, & accipere bonum,
scientes quale requirat bonum, & hoc sciendo subiungite, & reddemus vitulos non armens
torum, sed labiorum nostrorum. Sufficiens nanc[er] es, plenus es. Atque idcirco non opus habet man
ducere carnes taurorum aut potare sanguinem hircorum, sed tantummodo ut immolentur tibi
vituli labiorum, id est, sacrificii laudis: & hoc melius placebit tibi, quia testimoniū est bonae
voluntatis. Proinde Psalmista cō dixisset: Laudabo nomen dei cu[m] cantico, & magnifica
bo eum in laude, q[uia] nimirum est vitulos labiorum reddere, subiungit atque ait. Et placebit deo
super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. Hoc interea protidendum est,
ne post redditos labiorum vitulos, id est, post verba confessionis & laudis iterentur opera ini
quitatis. Itaque sequitur, & super hac re instruit eos quid dicant, quid promittant, dum ex
persona ipsorum verba inferunt huiuscmodi. Laus non saluabit nos, super equos non
ascendemus, haec dicemus ultra, dñi nostri opera mantuum nostrorum, quia eius qui in te

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. VI.

Psal. I. est misereberis populi. Subaudiendum nancq; est, & hoc dicite ei: Et quid est hoc dicere ei? Assur non saluabit nos, nisi ac si dicant: Non sicut hactenus fecimus, confidemus in homine, neq; ponemus carnem brachium nostrum. Sæpe nancq; Israel (sicut sacræ testantur historiæ) confititus est in principibus, & in filiis hoīm, & auxilia quæsivit ipsoz, quorū Assyrī potestissimi fuerunt. Item, quid est dicere ei, super equos non ascendemus, nisi ac si dicant: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Deniq; & in hoc Israel peccavit, quod super equos ascendere nimis affectauit, male amando currus, & equitatum Pharaonis, cum filiis Israel de Aegypto pedites exierunt, & gloriose salutati fuerint: Pharao vero cum curribus & equitibus suis in mari demersus perierit. Propterea redarguit eos alio loco scriptura, dicens: Aegyptus enim homo & non deus & equi eoz caro, & non spūs. Idcirco rex Israel, quando venit benedictus in nomine domini, non super equi aut super currū ascēdit, sed super pullū asinā filium subiugalis, in contemptū superbie sculpi maxime gloriantis in curribus & in equis. De tertio quod dicunt, nec dicemus ultra, dñi nostri opera manū nostrā, notū est ex quo cœperint vt dicerēt, isti sunt dñi tui Israel, q te eduxerūt de terra Aegypti, cum formassent vitulū in ipso exitu de terra Aegypti quomodo extunc peccauerunt in idolis, sicut scriptum est: Et commissi sunt inter gentes, & didicerūt opera eoz, & seruerūt sculptilibus eoz. Super tribus itaq; sceleribus emendationē promitte inquit, de quibus omnia pendent peccata, quoq; vnd est confidere in filiis hoīm, aliud magnificari in multitudine equoz & curruum. Tertium contaminari in sordibus idoloz. Et istis enim omnia generant peccata, quæcunq; populū Israëliticū non minus q; cæteras gētes admisisti, scriptura tam historicā q; propheticā narrat aut reprehendit. Qua vero fiducia, qua virtutis vel possibilisat consciat tantam tantoz criminum emendationē promittere debet? Nunquid confidere potestis, quod viribus vestris excutere possitis iugum cuiuscunq; peccati, cui vos semel tradidistis. Non vtiq; q; non volentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Cum ergo dixeritis: Assur non saluabit nos, super equos non ascendemus, nec dicemus ultra dñi nostri opera manū nostrarum quod est omnimodam spondere peccatorū emendationē, etiā dicite ei, quia eius qui in te est, misereberis populi, vt sit sensus: In tuis miserationis auxilio sperantes hæc promittimus, quia tuum est, & honorem tuum concedet, vt illius populi, q; in te est, q; in te credit, miserearis, manuumq; porrages, vt malā consueta relinqueret, pristinamq; conuersationē possint in melius mutare. Quicunq; hæc verba vobiscum tollitis, q;cumq; huiusmodi labiorum vitulos redditis, p̄cenitentia studio dediti, audite quid ipse, qui ad p̄ceniam inuitat, cō filio salutis vestræ iamdudum elocutus sit: L Sanabo contritiones eoz, diligē eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Isarel germinabat quasi liliū. Eruppet radix eius vt libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius, vt libani. Conuertent sedentes in umbra eius vivent tritico, & germinabunt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinum libani. Manifestus hic ipsa loquitur persona saluatoris, siuim ad suum p̄cenitentium repromittens aduentum, promissione dulcifona, dulcedine gratiola. Sanabo (ingt) contritiones eoz, id est, in gaudium conuertam tristitiam illoz quicunq; ad p̄cenitentiam contristati sunt, habentes cor contritum & humiliatum. Tales nancq; contritiones eorum sanatione dignæ sunt, tales contritiones paracletum, id est, consolatorem merentur habere spiritum sanctum. Non pro munieribus, quæ ipsi priores mihi dederunt. Quis enim prior dedit mihi, & retribuet ei? Sed gratis sanabo eos, gratuita peccatorū remissione curabo eos. Et hoc est quod ait, diligam eos spontanea. Sponte veniam, & homo factus spontaneum subito sanādi officium. Quia auersus est (inquit) furor meus ab eis, iuxta quod alibi scriptum est super hac eadem re. Benedixisti domine terram tuam, auersti captiuitatem Iacob. Remisiisti iniquitatem plebis tuæ, operisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam, auersti ab ira indignationis tuæ. Iratus quippe fuit deus humano generi in Adam, & iram illam omnes portauimus. Unde & alibi dicit: Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Meus ille furor auersus est ab eis, in plenitudine temporis, quando completum est quod prædictum fuerat. Benedixisti domine terram tuam, vt videlicet de sacra virgine nascerer ego nouus Adam. Nam eandem intendens benedictionē, ero (ingt) quasiros, Israel germinabit quasi liliū.

Etenim

IN OSEE PROPHE. CAP. XIII.

Fo. LVIII.

Etenim quasi ros extitit, quando per spūs sancti gratiam, virginem obumbrans, in vte-
rum eius descendit. Tunc veraciter germinauit Isreal quasi liliū, quia veri Israhelite. I-
fros in vte-
rum eius descendit. Apostoli non in carne, sed in spiritu tructificauerunt, noua conuersatione imitantes liliū, ro virginis
id est, magistrum & præceptorem suum Christum, virginæ pulchritudinis filium. In il-
la pulchritudine fortitudo nihilominus aderit, vt constantissimæ sint fidei, propter quod
continuo dicit: Erumpet radix eius vt libani. Libanus qui p̄ mons est, cuius ligna excel-
lentissima, quantum ad auras extendunt vetricem, tantum radicem in ima demergunt, vt
stabilis mole consistant, & nulla tempestate quatant. Libanus quoq; nomine suo eandem, Libanus
quam & liliū, mundicæ pulchritudinem significant, interpretatur etiā candidatio. Ergo
erumpet radix eius vt libani, id est, Apostoli, ceteri prædictores de radice Isreal, quæ
Christus est, tales consurgent, vt sint fide fortes, conuersatione mundi. Ibunt rami eius, id
est, proficiens de virtute in virtutem auditores eius. Et erit quasi oliua gloria eius, id est, lo-
Zacharia,
tetur (sicut alibi scriptum est) pacem gentibus. Oliua nancq; pacem significat, & apud gen-
tiles quoq; in medio bellorum furore pacis insigne esse conueniet. Erit ergo gloria eius,
quasi oliua inquit, id est, pacem euangelizabit, pacem inter deum & homines confirmabit
sicut & tunc significari voluit, quando veniens ad passionem, per quam nos deo reconcia-
bitur, cum ramis palmarum & oliuarum suscepimus est a turbis. Et odor eius vt libani, subaudit
erit, id est, bonam vbiq; opinionem habebit, dicens Apostolo, Christi enim bonus odor
sumus in omni loco. Iste odor, ista pacis & misericordiae gloria, gentes ad credendum in-
vitabit. Sequit ergo: Conuertent sedentes in umbra eius. Conuertent sedentes, id est, coti-
ueri se debent in umbra eius, & propter hoc ipsum quod sedentes erunt, protegent sub
umbra eius. Sessio nancq; humilitatem significat, luxta illud quod Psalmista cū cum dixisset:
Vanum est vobis ante lucem surgere, subiunxit atq; ait, surgite postq; federitis, id est, tunc
deum sperate exaltari postq; vobis templos humiliaueritis. Taliter sedentibus vitalis alimo-
nia cœlitus administrat, & de bono semper proficiunt in melius. Dicit itaq; continuo: Vi-
uent tritico, & germinabunt quasi vinea. Triticū nancq; quo interior homo vivit, est sermo
dei, cuius nimis intelligentia, non erectis, sed sedentibus, id est, non superbis, sed humili-
bus dari consuevit. Sane vinea, cuius secundū sit studinem germinare dicunt, à thala vinea
distinguenda est. Est enim mala vinea, de qua dicit in cantico Deuteronomij. De vinea So-
domorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhae. Ait ergo: Memoriale eius sicut
vinum libani. Multum nancq; vinea hæc per hoc ipsum, quod dicit, memoriale eius sicut
vinum libani, ab illa discernit vinea Sodomæ, cuius vna dicitur, & est vna fellis, cuius
botrus dicitur, & est amarissimus. Deniq; vinum libani, imo & ipsum libanum serpentes
fugere dicunt, maxime propter odorem cedri, quem non possunt ferre: illic autem dictū
est, sel draconum vinum eoz, & venenum aspidum insanabile. Potest tamen vinum liba-
ni, vinum mixtum dici & diversis pigmentis conditum, vt odorem habeat suauissimum,
quoq; videlicet pigmento thus maxime odoriferum est, libanus nancq; apud Graecos & He-
breos, & mons dicit & thus. Sequit: L Ephraim quid mihi ultra idola. Ego exaudiām &
dirigam eum, ego vt abietem virentem, ex me fructus eius inuentus est. Triumphantē
in ultimis aduersarij percutit, consummatam propiciens victoriam in proposito suo,
gratia dei. Siquid Ephraim iste est omnis aduersarius veritatis, quisquis visquam scandi-
lum vel offendiculum animabus posuit, aut ponere nō definit, ne pertingat ad notitiam veri-
tatis, secundū exemplū illius Ephraim. i. Hieroboom de tribu Ephraim, q; aureos fecit
vitulos, hoc intendes ne filii Isreal ascendēdo frequenter ad orandum in Hierusalem, aliquando
reuerterentur ad domum David. Et q;dem tunc ille secundū intentionē suā prævaluit, & in
pctō idolariarū populum detinuit. At vero cū modo supradicto factus fuerit quasi ros,
& Isreal germinauerit quasi liliū o tu Ephraim, qd mihi ultra idolas? Nung d in via prædi-
cationis euangelicæ mihi ostendere poterunt? Nunquid spūalem Isreal ab oriente & occi-
sione venientem ad fidem euangeli, vt credit in me filium David, auertere poterit si
mulachra vel figura mendaci tui, sicut carnalem in Isreal, ne ascenderet in Hierusalem,
& reuerteretur ad regem suum David, auerterunt aurei vitulis? Non. Sed quid? Ego exau-
diam & dirigam eum, ego vt abietem virentem, subauditur, dirigam eum. Via recta con-
scendet ille spūalis Isreal in cœlestem Hierusalem secundum sitiudinem abietis virentis.

K 4 & 16

Ephraim
omnis ad
uersarij ve-
ritatis

Spiritualis
Israh,

COMMENT. RUPERT. ABBAT. LIB. VI.

Iohā. 15.

Roma. 10.

Humili cō
fessio auto
ris.

Romā. 10.

Ibī.

Roma. 2.

Deute. 28

& recta statura sursum tendentis, ut perueniat ad regem suum Dauid, ad me deum & salvatorem suum filium Dauid. Eo tendentem ego exaudiā, & dirigam eum, & hic fructus eius vt. si pueniat eo quo tendit, ex me invenientur eft, quia videlicet sine me nihil facere possest: & hoc ipse confitens, multum carnali Israeli dissimilis est, qui suam iustitiam statuere volēs, iustitia dei subiectus nō est: L. Quis sapies, & intelligit ista, & sciet haec? Hunc versiculum ab exordio voluminosis semper prae oculis habuimus, & idcirco semper scripturam hanc, tanq; vere celestis thesaufam venerantes thecam nihil condignum nos effari posse perspeximus, siue aliquem quicunq; ille sit, nisi cui aperire dignatus sit sanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Si etn ipse qui scripsit, vel difficile, vel impossibile confiteat, intelligere & scire haec quid nos facere possumus, qui lippientibus oculis & peccatorib; foribus obscuratis claris, sumū iubar solis non possumus intueri: Veruntamen quicquid illa sunt, quæ adhuc clausa nos latet, quantulacūq; illa sint, quæ exinde nos intelligere vel scire potius, dicamus cu; ipso in conclusione id quod ve; est: L. Quia recta viae dñi, & iusti ambulabunt in eis, Praeuaricatores vero corrueant in eis, L. Vix dñi, de quibus maxime in hoc propheta tractatur, illa sunt iudicia domini vere incomprehensibilia, quibus à Iudeis recessit, & ad gentes transiuit. In istis vijs iusti ambulant, exempli gratia, Paulus apostolus vas electio- nis, qui quamvis dolore cōtinuo dolet pro eisdem fratribus suis, nihilominus tamen rectas constitut vias dñi, & dicit: O altitudo diuitiar; sapientiae & scientiae dei, q; incompre- hensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius, Praeuaricatores vero maxime ludati corrueant in eis, dum se iustificant, & veritati resultant, iuident gentiū saluti. Animad- ueritatis quippe maxime ex hoc propheta (sicut suo iam loco diximus) conuinci, non mi- nus illos q; gentes peccasse, & indignissime gratia dei, quod Apostolus ad Romanos scribit vehementer affirmsat, dicendo. Eadem enim agis, qua iudicas. Deniq; super hoc septies, (sicut nos distinximus) in isto conuincuntur propheta, quia videlicet septies peccata illius populi replicans, per singulas vices in gratiam vel aduentum Christi recurrat, cuius solius omnem hominem, tam Iudeum q; Gentilem iustificat. Proinde illud quod populo præ- varicatori Moses imprecat, cum dicit: T. tradat te dñs corruentem ante hostes tuos, p; vñiam egrediaris contra eos, & per septem fugias. In ista quoq; quāuis habili scriptura de- lectabiliter spectari potest, vñi præuaricatores iam dicti, seipso iustificantes, conuincun- tur repetitione septemplici, atq; ita corrueant septies.

¶ Finis libri sexti & ultimi in Osee prophetam.



PROLOGVS RUPERTI IN IOHELEM

PROPHETAM.

Ecc. 24
1. Cor. 1.

Meditatio
i scripturis



VI operantur in me (at sapientia) non peccabunt, & qui elec-
tiant me, vitam æternam habebunt. Sapientia quæ hec loquitur,
Chis est, quem & Apostolus prædicat dei virtutē & dei sapientiam,
quæ & alibi protestat: Ego (inquietus) ex ore altissimi produxi pri-
mogenita ante oēm creaturā. Haec sapia maxime in propheticis la-
tet, & idcirco elucidari postulat: magnam elucidantibus se re-
munerationē, i. vñit æternā repromittens. Tanta remuneratio-
ne spe, studiū nostrū nos exigui sanctoru; patru; coniugimus studiū,
qui summopere desudauerit, tam in propheticis q; in cæteris fan-
tis scripturis, hoc studētes, vt sapia dei Chis, quæ latebat in illis, posset agnoscī, & facie-
tis expositio clara legētibus insigniter ostendere, quā sub literæ grossō velamine prouis-

IN IOHELEM PROPHETAM, CAP. II. Fo. LIX.

denti sancti spiritus indignis occultam esse voluit. Hanc vitæ æternæ spem, prima iact & præparatoria merces corroborat atque laetificat, si fiat nobis quod promisit, dicēs. Et qui operant in me, non peccabunt. Sicut em̄ multam malitiam docuit ociositas, sic econtra occupatio bona, & meditatio scripturar; saepe cogitationes nequā & grandia quæ subintrare poterant, excludit peccata. Fere de omnibus quæ scripturare audemus, vel hactenus auti fuimus, haec apud omnes nostra respōsito vera esse potest, vt nequaq; præsumptio- ni seu vanæ temeritati depudent, q; nos postrem homines, post magna sanctorum patru; opera in scripturis sapientias quicquā operamur, quia videlicet idcirco taliter exercemur, vt secundum promissiones eius, & in præsenti non vsquequam peccemus, & in futuro vi- tam æternam habeamus. Igitur oculo simplici, intentione fidelis te requirentes, tecq; eluci- dare cupientes, nos aspirando præueni, & adiuuando prosequere sapientia dei, quæ in te operanrib; tecq; elucidantibus, tantam remuneracionem repromittis, & post Osee secun- dum Iohel, qui illum in ordine duodecim prophetas sequitur, revelata facie nobis ante- mue contemplari.

¶ Finis Prologi.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHELEM PROPHETAM

commentariorum liber primus.

Erbum domini quod factum est ad Iohel filium Phatuel. L. De eo quod ad prophetas dicitur, vel scribitur esse, factum est verbū domini, in initio prophetæ præcedenti, scilicet Osee diximus, se- cundum patrum sancto; sententiam, fidei; catholice regulam, quia videlicet ad prophetas quidem factum est, id est, in tempore vel ex tempore accessit hoc verbum. Ad deum autem nequaq; factum est, neq; em̄ factura est, sicut Ariani garrium, sed in prin- cípio erat apud ipm. Hoc nāq; verbū ē Chis filius dei, quē & hic Iohel filius Phatuel, tam proprio q; paterno nomine significat nō minus q; præcessor eius Osee filius Beheri. Iohel nāq; est deus. Phatuel latitudo dei in- terpretat. Porro, de verbo domini, de Christo filio dei, famuludum longo vñtrix certamini- nētēs obtinuit, & prædicat quia est deus. Et quæ est latitudo dei, nisi dilectio vel chari- tas dei. Eterū Psalmista cum dixisset: omnis consummationis vidi finem, charitatem intelli- gi volens, de qua & Apostolus: Finis (inq)præcepti est charitas, continuo subiunxit, la- tum mandatum tuum nimis. Huius nimirum latitudinis dei Christū esse filium apostolus idem confirmat his verbis: Queripuit nos de potestate tenebrar; & translulit in regnum si- li; dilectionis sūræ. Igī & huius tā propriū q; paternū vocabulū, hoc innuit, q; hi ad quos factus est sermo dei, per grām sunt dñ & filij dilectionis dei, sicut & ipse vnicus dilectiōis fi- lius scriptum esse meminit, dicens Iudeis: Nonne scriptum est in lege vestra, ego dixi dñi elis, & filij excelsi omes? Non pauca vel parua esse existimanda sunt, ea quæ dicturus est, propheta tanti nominis, licet sermone breui præsertim quia sic incipit: L. Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ. Si factum est in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filiij eorum generatio; alteræ. Residuum eruce comedit locusta, & residuum locustæ come- dit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrj, & flete, & vñlate vñherentia omnes qui bibitis vinum in dulcedinem, quoniam perit ab ore vestro. L. Hæc & cætera annuncian- quæ sequunt vere multa & magna sunt, talisq; modus ipse dicēdi quo enunciant, imo for- miter auribus nostris illidunt, vt vere nō solum dormientes verumetia præ ebrietate absor- pti & sepulti reputent, quicunq; ad clamores istos tam terrificos non excitant. Prædicit em̄, tam primum q; secundū dominostri Iesu Christi aduentū, diem magnū & horribi- lem, hoc vehemēr intendens, vt homines ad eius aduentū per pœniam fese præparent. Sūma hæc prophetæ intētio est. Eterū quæcūq; alia prius vel citius vñtura p̄dicit, idcirco & a deo

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. I.

Sa deo fieri, & per prophetas prænunciari oportuit, vt citius adimplera, fidè nō malib⁹ faceret de matoribus longe post futuris. ¶ Notāda igit̄ mira discretio prophetæ, imo ipsi sancti per prophetā loquētis, q̄ apud multitudine non vnius moris sese verba facere per sentiēs, ita in exordio quo attētos facere int̄edit cūctos auditores, bisarā discernit ac distinguit. Audite (inqt) haec senes, & auribus percipite oēs habitatores terræ. Senes & habitatores terræ, hoc differunt, quo cœli & terra apud Esaiā dicentur. Audite cœli & auribus p̄ cœpe terra. Senū quippe taliū tam venerabilis senectus est, vt etiā cœli merito vocentur. Se nes videlicet, propter mētis canicē vel sensu maturitatē, iuxta illud Sapiētis: Senectus em̄ venerabilis est, non diuturna, neq; annoꝝ numero cōputatus, cani em̄ sunt sensus hoīs, & ætas senectutis vita immaculata. Cœli aut̄ pro eo q̄ dicere possunt, nostra est cōuersatio in cœlis est. Porro, habitatores terræ cū reprehēsione hic dicunt oēs illi, q̄ tam terrena corda gerūt, & adeo terrena sapiūt, vt terra quoq; vocari mereantur, de qualib⁹ & ad serpē tem dicitū est, terrā comedes cūctis diebus. ¶ In duas partes istas om̄e homin⁹ genus diui dīt, & vtracq; pars hic in isto propheta int̄enit vel audit unde excitat sive terreat. Nam alij sunt quoq; ita incanuit fides, exemplo senis Abrahā patris ipsorū, vt de actibus hoīm cuiusram esse deo nō dubitēt, & audientes promissionē de Chro vēturo, minasq; de iudicio futuro, q̄uis tpalibus prosperis abundēt, nihilominus tñ vētura credat atq; formidēt. Alij vero & isti multū diff̄iles sunt, q̄ dummodo p̄sentibus bonis affluat de futuris bonis, aut malis nullū habēt respectū. Illos nimis tpalibus oportet aduersis excitari, vt saltē vexatio so la intellectū det auditui. Itaq; iam in exordio postulata attritione, vt oēs habeat aures audiendi, cōfessum dicit. Si factū est istud in diebus vestris, aut in diebus patrū vestrorū, super hoc filiis vestris narrate, & fili⁹ vestri filijs suis, & fili⁹ eoz generationi alterae. Ac si dicat: Nulla haec meminit etas, quæ dicturus sum, nec vestro nec patrū vestro atq; maior⁹ facta sunt tpe. Quae sunt illas? Refidū (inqt) erucē comedit locusta, & refidū locustæ come dit bruchus, & refidū bruchi comedit rubigo. Mala de proximo vētura p̄misit habitato ribus terræ, postea dicturus de Chro iudicioq; futuro, qualia debeat expectare, vt dubitare illis nō liceat de rebus maioribus procul vēturus, cū ista de rebus minorib⁹ prophetæ pars cito cōpleta fuerit. ¶ Deniq; per eruca Assyrios, Babylonios, atq; Chaldaeos intelligimus, q̄ de uno orbis climate procedētes, tam decē tribū, q̄ Hieroboam separauit a domo Daud, q̄ duarū, haec est Iuda & Benjamin, cūcta vastarū. Per locustā Mcedos, Per fas, q̄ subierto imperio Chaldaeos, Iudeos habuere captiuos. Per bruchū Macedones & om̄es Alexādri successores, maximeq; regē Antiochū cognomēto Epiphanem, q̄ instar bruchi sedit in Iudæa, & om̄ies prior⁹ regū reliquias deuorauit, sub quo Machabæorum bella narrantur. Per rubiginem īmpériū Romanorū, q̄ quarti & vltimi in tm̄ opprefſere ludæos, vt de suis eos finibus protrahētes duceret vel trāſmitteret captiuos, cuius rei mirabilē atq; miserabilē tragediā plenius scribit Iosephus septē voluminibus Vespafiani & Titi denarrā triūphos. Hæc quatuor regna subuerterūt Iudæa. ¶ Nec mis̄ q̄ hic ipsa eadē regna sub noībus eiusmodi vermiū p̄nūciantur, quæ apud Danielē per feras terribiles, Leænā, vſum, pardū, & alia quæ sine noīe mirabilis & fortis dicit, dētes ferreos habēs magnos, significant. Eterni cōtra hoīm qđem, maxime Iudeos, imbecillitatē, regna illa quasi bestie fortes atq; feroces extiterūt, sed corā om̄ipotentia diuinitatis infirma & fragilia, siue etiā exigua tanq; locuste, velut eruca, quasi bruchus, & seu rubigo reputata sunt. & vanā fuit oīs pulchritudo eoz. Saltē hæc auribus percipite oēs habitatores terræ. Si iam dicere rem vobis illud, qđ post aliqua dicturus sum semibus, de aduentū dñi, & de die eius venturo magno & horribili, nihilq; malis fīe aduersi cōtingeret vestris diebus, dormitarēt laicinē res in stratis vestris, & cōuersi in latus aliud diceretis mihi, in tpe longo fieri istud, sed nec fidē adhiberetis meis sermonibus. Alter audiūt senes. Neq; em̄ afflictioib⁹ excitati, sed pro sola dilectione ad custodiā euigilant mandator⁹ dei. Abrahā senex bonæ senectutis & plenus dieb⁹, sicut scripture testat, nullam adhuc tubam audierat, futuri per ignem iudicij, & pro sola dilectione creatoris, de terra, & cognitione sua dicto obaudiens existit. Similiter cæteri senes quicunque secundum exemplum illius senectute bona seruerunt, nequam præsentibus malis indigent, vt excitentur, sed futura sponte credunt, quæcunque bona probis, quæcunque mala reprobis promittit, vel comminatur deus.

Vos

IN IOHELEM PROPHETAM. CAP. I. Fo. LXI

Vos habitatores terræ, q̄a non sponte auditis, eruca, locusta, bricho, & rubigine (de qbus iam dicitū est) oportet circuicīngi, vt nō dormiatis. Expergiscimini ebrj & flete, & vlude, te om̄es q̄ bibitis vinū in dulcedine, qm̄ perij ab ore vestro. Notandū, quo sensu dicat, q̄ bibitis vinū, addendo, in dulcedine. Non em̄ vini creaturā, sed bibetūt tali seruione cons Bibere vla demnat luxuriam, eo q̄ non tm̄ ad necessitatē implendā, sed ad voluptatē concitandā, vinū, num in dulcedine, quia dulce est, immoderate hauriant. Nunquā aīt sine doloris amaritudine amittit, quod cū dulcedine possidet aut bibitur. Quoniam ergo perij ab ore vestro, expergiscimini (inqt) o ebrj q̄ (sicut alius propheta dicit) potentes ebris ad bibendū vīnū, & viri fortes ad misericordiam ebrietatem. Expergiscimini, id est, hoc argumēto finite vos per doceri, quod cura fit deo de hominū factis, & quod in nouissimo die suo magno & horribili (sicut prediximus vobis) cūcta in iudiciū adducturū sit, q̄a iam partim indicat, & partim puniunt, dum ab ore vestro dulce vīnum perit. Sic expergefacti, tunc demū flete & vlude, i. p̄ceniam agite, vt mala ventura, mala his multo maiora possitis evadere. Quomodo perij vīnum? Aīt L. Gens em̄ ascēdit super terrā meā fortis & innumerabilis. Dentes eius ut dentes leo, & molares eius ut catuli leonū. Posuit vineā meā in desertū, sicum meā decorticauit. Nudās spoliavit eam, & proiec̄it, albi facti sunt rami eius. ¶ Sub metaphora locusta, hoītū describit adiutus, hoc loco magis Assyrios & Babylonios, q̄ tunc imminebāt. Nā de regno Mcedoꝝ atq; Persaꝝ, q̄ post futuri erāt, & Mcedonioꝝ, quos multo post fuisse cognouimus. Romanorū quoq; vltimi cuncta deleuerūt, posterius per ordinē agere visi: singularumq; superuētura ludæis prænūtiare mala per declamatiōes singulas. Sicut etiā quatuor p̄misit, eruca, locusta, bruchū, & rubigine, quatuor illa significat regna, sic etiā quatuor inclamat mala, cōsiderās sub eisdē regnis, euentura. Primo nāc̄ sic dicit: Expergiscimini ebrj, & flete, & vlude oēs q̄ bibitis vinū in dulcedine, qm̄ perij ab ore vestro. Deinde secūdo: Plange quasi virgo accincta sacco sup virtū pubertatis tuæ. Perij sacrificiū & libatio de domo dñi &c. Deinde tertio: Accingite vos & plangite sacerdotes: vlude ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri dei mei, qm̄ interij de domo dei vestri sacrificiū & libatio &c. Deinde quartο: Canite tuba in Syon, vlude in monte sancto meo. Conturbanūt oēs habitatores terræ &c. Quatuor istas inclamatiōes secūdum regnōe quatuor fieri p̄ssuras arbitramur, de qbus iā dicitū, & adhuc pleniū p̄ ordinē dicē dū est. Nā qđ deinde sequit: Nūc ergo dicit dñs: Cōuertimini ad me in toto corde vfo, in ieiunio, & fletu, & planctu, euāgelica p̄cenia p̄dicationē p̄cūnīt ac p̄sonat, quæ primo Hierosolymis incepta, deinde in oēs gētē p̄dicata est. ¶ Nunc iā ad ordine reverentur Gens em̄ (inqt) ascēdat sup terrā meā fortis & innumerabilis. Q̄o fortis, quæ eruca cōparat sine locustis. Sed vere (vt iā dicitū est) gēs vel regnū Assyrios & Babylonios, vere fortitudinis dei respectu, iure exiguis & segnibus cōparat vermiculatū cōtra ludæos, imbecillitatē veraciter gēs fortis p̄dicat & innumerabilis. Proinde & locusta & bruchū & rubigine & eruca in hoc eodē propheta dñs fortitudinē suā nūcupat his verbis. Et reddā vobis annos qđ comedet locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quā mis̄ in vos. Et ergo in his quedā fortitudo dei, sed nō illa fortitudo, quæ nō possit infiri, mati. Infirma est fortitudo, fed tñ sufficiens cōtra infirmitatē hoīs, q̄ ne publici qđē resistere valet, vt dormire possit. Itaq; nō minus locustarū sive erucarū multitudine q̄ ipm q̄ illas figurat exercitū Chaldaorū fortē dicas & innumerabilē. Quid em̄ locustis innumerabilis us & fortius, qbus humana resistere nō p̄t in industria. ¶ Protinus fortitudinē gētē eiusdē exprimit iuxta ceptā metaphorā locusticē multitudinē: Dētes (inqt) ei⁹ vt dētes leonis & molares eius ut catuli leonū. Nam q̄a locusta dēte exiguō nocere cōsuevit, pulchre gētē, quā per locustā figurauit, nō arma ferrea, sed dētes nociuos ascribit. Mirū aut̄ modo dē, Apoc.⁹ res locustæ hic dicunt esse, vt dētes leonis. Sic & in Apocalypsi s̄litudines locustarū fili⁹ dicunt equis paratis in plū, & dētes eorū sicut leonū. Quām parua corporcula, q̄ magnos q̄ valentes in ore suo dētes habere dicunt. Imo q̄ infirmi, q̄ brevis actus hoīes, quantā potestatē irato deo cōtra populū p̄cōrem habere permittunt. Narrat quippe impietas hoīs sub figura locustarū: & rursus sic de ipsis locustis dñ, quasi si hostibus cōparent cū locustas legeris, hostes cogites, cū hostes cogitaueris, redeas ad locustas. Dētes ergo ei⁹ vi delicit gētis locustarū (quæ oīa tropice intelligēda sunt) quasi dētes leonū, & molares illius vt catu

Quatuor
mala a qua
tuor regnūs
contra lu
dæos.

Gēs fortis,

Infra. 5.
Infirmitas
hominis

Dētes iocis
sive noctis

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. I.

IN IOHEL. PROPHE. CAP. I.

FO. LXI

Psal. 77.

Matth. 16.

A. S. 2.

Hier. 3.

Luctus sub
Assuero

Hier. 4.

vt catuli leonū, vt q̄ multitudine, & brevis vitæ iuuenili saltu locustis coæquant, in ferociitate & crudelitate leonibus comparent, Hæc (ingt) gens posuit vineā meā in desertum, vi delicer illā, de qua Psalmista: Vineā (ingt) de Aegypto tristulisti, eieciſti gētes, & plantas sti eā. Et sicū meā decorticauit, s. eundē populū Iudæorū, ad quē & ego tādem veni, vt ex ea comederē fructus, & nō inueni, maledixiq̄ ei & aruit, propter pseuerātem eādem st̄, rīstātē, ob quā & illud cōtigit, q̄ eādem sicū olim taliū multitudino locustarū decorticauit, ¶ Nudans (ingt) spoliavit eā, & projecit, albi facti sunt rami eius. Omnia sub metaphora locustarū dicta noscamus que in tm̄ cuncta popularū, vt derodat arborū cortices, exutasq̄ proficiat, & omni virore cōsumptō albos ramos aridosq̄ derelinquāt. Sic factū est, & sic perit ab ore vestro vinū, o vos habitatores terræ q̄ bibitis vinū in dulcedine, vt expurgis sciamini vos ebr̄i, diutina ebrietate sepulti, id est, vt recognitet vnuſq̄ s̄q̄ vestrū, & dicat, qd feci, & pœnæ ad fletū atq̄ v'lulatū cōfortamini. Sequit̄. Plange quasi virgo accincta fac, „co super virum pubertatis* tuæ, perit, sacrificium, & libatio de domo dñi luxerunt sacer dotes ministri dñi. Post regnum Assyriorū atq̄ Chaldæorū, sive Babyloniorū, regnum M̄edorū atq̄ Persarū Iudæos captiuos tenuit. Sub illo regno Neemias planxit & fleuit, quemadmodum ipse inter cætera refert his verbis: Ego em (ingt) eram pincerna regis, factum aut in mense Nisan anno viceſimo Artaxeris regis, & vinum erat ante eum. Et le uau vinum, & dedi regi, & eram quasi languidus ante faciem eius. Hæc & cætra que sequunt̄ legentes, plane aduertimus illi tempori & rei congruere, quod hic propheta de clamans: Plange (ingt) quasi virgo, accincta sacco, super virum pubertatis tuæ. Quam ob causam & Perit sacrificium (alt) & libatio de domo dñi luxerunt sacerdotes ministri dñi. Deniq̄ & istā causam suæ moestitia Neemias idē p̄misferat, dicens: Et venit Aman vnu de fratribus meis ipse & viri Iuda, & interrogati eos de Iudeis q̄ remanerāt & supererāt de captiuitate, & de Hierusalem, & dixerunt mihi: Qui remanerāt & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt & in opprobrio, & murus Hierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. Cumq̄ audissim verba huiuscmodi, sed, & fleui, & luxi dies multis, & ieiunabā & orabā ante faciem dei cœli. Recte iḡ & hic & qcunq̄ tales ob causam plangebāt, assimilari iubētur virginī plangentī super virum pubertatis suæ: flebant em̄ non, vt illi supradicti, pro eo q̄ perisſet ab ore ipsorū vinū & nō iam biberēt illud in dulcedine, sed pro eo q̄ perisſet, & sacrificiū, & libatio de domo dñi in Hierusalē. Porro, deum, q̄ in Abrahā, Isaac, & Iacob despōndit sibi virginē sponsam, nul la idololatriæ forde maculatam, virō pubertatis assimilat, dicendo, super virum pubertatis tuæ. Vir nanq̄ pubertatis sive vir virginis dici quilibet consuevit, q̄ virginem sponsam sive vxorem duxit. Secundum hanc similitudinem, & per Hieremiam redargundo loquit̄ deus: Non vt dñm me vocasti & patrē, & principiū virginitatis tuæ. ¶ Nec vero preter eundum, quod cū dixisset, plange quasi virgo, addidit, amicta sacco. Deniq̄ sub eodē regno Persarū, & M̄edorū, cū vellet Aman omnē Iudæorū, q̄ erant in regno Assueri p̄dere nationē, eo quod Mardochæus non sibi Hestereret genu, nec se adoraret. Mardochæus hoc audies, scidit vestimenta sua, & induitus est sacco, sparges cinerem capiti, & in platea medice cœtitatis voce magna clamabat, ostendēs amaritudine animi sui. Similiter & cætri iudæi flebant, & ieiunabant, regina Hester p̄z cæteris id agentē, quā & Mardochæo verba hæc mādauit. Vade & congrega omnes Iudæos, quos in Suis repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus ac noctibus, & ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem. Tunc profecto gens ipsa, cui nūc dī, plange quasi virgo erat amicta sacco, & plangebat super virum pubertatis suæ, id est, super deum patrū suorū qd offendisset eū. Hester ipsa sic inter cætra constite, ac dicete. Peccatum est in cōspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manib⁹ inimicorū nostrorū, colui⁹ mus em̄ deos eorum. Iustus es dñe. Hæc & hm̄ dicētes, nimiq̄ reminiscebanſ etiam terræ optimæ quam dederat eis deus, & condolebant ſibimet, quod ipſis in captiuitatem dūtis, terra ipsa yaſtatem diuina patere. Recte ergo subiungit: L Depopulata est regio, luxit humus, quoniā vastatum est triticum, confusum est vinum, elaguit oleum. Confusi sunt agricolæ, v'lulauerunt vinitores super frumento & hordeo, q̄a perit messis agri. Vnde cōfusa est, & ficus elaguit, Malogranatū, & palma, & malū, & oia ligna agri aruerū, „quia

quia confusum est gaudium a filiis hominum. Hæc omnia secundū prop̄phetiā hanc ac, cōdideſſe sub iam dīctō Babyloniorum regno, & p̄ſeueraſſe vſq̄ ad Persarū & Medorū im perium, illa p̄memorati Neemias conquestio manifestat, cū dicit: Et timui valde ac ni, Neemias, & dixi regi: Rex in aeternum viue. Quare non ineret vultus meus, quia ciuitas domini ſepulchorū patrii mei deserta est, & portæ eius combuſte sunt igni. Vbi ergo quā si virgini super viro pubertatis suæ commemoratio facta est quē offendit, quamobrem & plangere iubetur: congrue cuncta hæc vtilia, quæ gignit humus optima, de populata ſue deuafata & confusa eſſe, elanguifſe atq̄ perifſe commemorantur, vt ex iſi ſuo quocq̄ cauſa plancit illi digne augeatur. Pertinent etiā iſta quoq̄ ad dōtem, quam illa de tali viro coequita est, quando egressa de Aegypto & illum ſequuta, legitimas matrimonij tabulas ſuſcepit in monte Sinai. Terram em̄ Chanaan pro hoc ipſo talis ille vir dedit illi, vt seruat fidem coniugij, ſicut Psalmista testatur his verbis: Et dedit illis regiones gentium & la bōres populorū possederunt, vt custodiāt iustificationes eius, & legem eius requirant. Et vide in hac cōmemoratione, quā valida reprehensio eſt, licet br̄uis. Nam & si quereres, quare depopulata eſt regio, & luxit humus, quā ob causam vastatū eſt triticum, confusum eſt vinū, elanguit oleū, & cetera perierunt ſue aruerunt: confectim causam reddens, quia confusum eſt (inquit) gaudium a filiis hominū, id eſt, quia confuderunt gaudium, ſue nō ſeruauerunt ordinem gaudi filiū hominū. Primum em̄ & principaliter gaudere debuerāt in domino: ſecundarie vero non in bonis, ſed de bonis domini, ſuper frumento, vino & oleo & cæteris que dantur à domino. Hic erat rectus ordo gaudi. Hunc ordinē ita con fuderunt filii hominū, vt in domino gaudere negligenter, in bonis autē dñi gaudere cuperent. Hoc fecerunt filii hominū, & idcirco plange quasi virgo, quia tales tecū vel apud te fuerunt, qui virū pubertatis tuæ tibi offendit, & illi domū ſuam quasi extraneū fecerunt. Sequitur. Accingite vos & plangite sacerdotes, v'lulare ministri altaris, ingreditimini, cu bate in ſacco ministri dei mei, quoniā interiēt de domo dei vestri sacrificium & libatio. Sacrificare ieiunium, vocate cœtū, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum dei vestri, & clamate ad dominū, a, a, a diel, quia prope eſt dies domini, & quasi vastitas à potente veniet. Post regnum Persarū atq̄ Medorū, de quo iam dīctū eſt, talia nimis in Iudeorū ſub regno Graecorū, propter quæ ſic inclamare debuerit ſp̄s propheti, cus, non minus, imo & plus q̄ inclamauerat propter mala quæ futura erant ſub duobus regnis p̄cedentibus. Tunc em̄ secundū prop̄phetiā Danielis de vno ex quatuor cornibus hi cī magni, qui arietem misit in terrā & cōculauit, egressum eſt cornu vnu modicū, & factū eſt magnū contra meridiē, & contra orientē, & cōtra fortitudinē, & magnificatū eſt vſq̄ ad fortitudinē cceli, & deiecit de fortitudine & de ſtellis, & conculauit eas, & vſq̄ ad priu cipem fortitudinis magnificatus eſt, & ab eo tulit ſuge sacrificiū, & deiecit locū ſanctifica tionis eius. Hic fuit Antiochus illuſtris, filius Antiochi regis, vt testatur liber Machabæo rum, radix peccati ſequitur & aedificauit abominandū idolū deſolatiōis ſuper altare dei, & tan ta fecit quanta legentes horremus, tam in primo q̄ in ſecundo Machabæorū libris. Tunc vſq̄ interiēt de domo dei sacrificiū & libatio, & propter hoc accinxerunt ſe & planxerunt sacerdotes, & v'lulauerunt ministri altaris, & ingressi ſunt & cubauerunt in ſacco ministri dñi. Exempli gratia. Et cōgregati ſunt (inquit) & venerāt in Maphath, & ieiunauerunt, & induerunt ſe cilicis & cinere in capite ſuo, & defligerunt vestimenta ſua, & expanderunt li bros legis, & attulerunt ornamenti ſacerdotalia, & p̄mitias & decimas, & ſuſtitauerunt Na zareos, qui imploraverunt dies, & clamauerunt voce magna in cœlū, dicentes: Quid facie mus iſtis, & quo eos ducemus? &c. Hos prophetā prop̄ſiens ieiunantes, & ieiunādi ne ſanctificate habentes, ſanctificate (inquit) ieiuniū, vocate cœtū. Nimis q̄ ait, ſanctificate ieiuniū, tale eſt quale illud apud Elaiā: Nolite ieiunare ſicut vſq̄ in hanc diem. Et subinde, Elaiā, Nonne hoc eſt magis ieiuniū quod elegit? Diffolle colligationes impietatis, ſolue ſanctificu los deprimit̄. Dimitte eos qui cōfracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange eſu rienti panē tuū, & egenos vagosq̄ induc in domū tuā. Ita ſanctificate, id eſt, ſanctū facien tes ieiuniū, vocate (inquit) cœtū, congregate ſenes, omnes habitatores terræ, Cœtū conu catū in duos greges diuident, ſcilicet ſenū & habitatores terræ, dicendo, congregate ſenes omnes habitatores terræ: de quoq̄ diſtantia ſupra diximus, vbi ait: Audite hæc ſe quia

Dō gentiſ
Iudeorū, et
ra Chanaan
Plat., iorRegus oris
do gaudijs.Lucius Iud
aeorū ſub
regno Grae
corum.
Dan., 8

Mach. 16

Na zareos,
Mach. 3
Ela. 18Sanctifica
re ieiuniū,

L nes &

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. II.

Dies dñi ex
precedebus
malis credi
debet,

Esa. 13.

In stercore
suo comp
purescere
z. Mach. 4.
z. Mach. 6.

z. Mach. 15.

als. arriet.

ties, & auribus percipite omnes habitatores terræ. Cum ergo congregati fuerint, clamare (inquit) ad dñm & dicite, a, a, a, diei, quia prope est dies dñi, & quasi vastitas a potente veniet. Malis presentibus cōmōniti, & senibus attestantibus certificati, credant & clament omnes habitatores terræ, quia prope est dies dñi, quia veniet dies iudicij, quia veniet dies dñi magnus & horribilis. Nam sicut longe posterius propheta testatur, hæc omnia sient antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & idcirco sient antequam veniat, vt si ne dubio credatur venturus, cum fuerint facta ista quæ per eosdem prophetas sunt prænunciata. Si quis em̄ de illa parte prophetæ, id est, de die dñi magno & horribili dubitare voluerit, ostendatur illi pro argumento completa hæc prophetæ pars, scilicet eruca & locusta & bruchus, de quibus iam diximus, vt compellatur scire, q̄ ille quoq; dies quasi vastitas a potente veniet, quasi vastitas inquā, vt videlicet (sicut Esaia ait) ponat vniuersum omnem desertum & peccatores perdat ex eo. Dicaturq; eis qui eiusmodi sunt: Nunquid nō coram oculis vestris alimēta perierunt, de domo dei vestri letitia & exultatio? Et est sensus, Quid adhuc increduli permaneat? Quid adhuc aduentum dei domini magni & horribilis dubitabilem esse vultis? Nunquid non videtis, aut videtis oculis vestris prophetæ partē completā esse quā prophetauimus vobis? Nunquid non iam venerat eruca, locusta & bruchus, atq; illis deuantibus perierunt alimēta, perit de domo dei vestri letitia & exultatio? Adhuc aliquibus in incœnitentia permanētibus, cōuersus idem prophetæ spūs conuersus ad suos. L Computuerunt iumenta in stercore suo. Iumenta namq; in stercore suo putrescere est, carnales quoq; & luxuriosos in foecore luxuriæ vitâ finire, quales vi-
z. Mach. 4. q; fuerūt illi tēpore iam dicti Antiochi, sicut idem liber Macha. testatur. Exempli gratia, cū dicit: Etenim ausus est lazon sub ipsa arte gymnasium constituere, & optimos quoq; Epheboz in lupanaribus ponere. Item: Pessima autem & vniuersis grauis maloz erat iniurio. Nam templum luxuria & comedationibus erat plenū, & scortantium cum mere tricibus, sacratisq; ædibus mulieres se vltro ingerebant, introferentes ea quæ non licet. Itaq; secundū illud tēpus congrue sic exclamat, cōputuerunt iumenta in stercore suo: luxuriantibus illis mira cordis incoenitentia, cū persisterent coram oculis ipsorum alimenta, & de domo dei letitia & exultatio. Deniq; iam Antiochus ciuitatem armis ceperat, erantq; toto triduo octoginta millia interfici, quadraginta millia vincit. Defolationem eiusmo di adhuc declamans. Sequitur & dicit. L Demolita sunt horrea, dissipatae sunt apotheca, quoniam confusum est triticum, quid ingemuit animal, mugierunt greges * armenti. Quia non est pascua eius, sed & greges pecoz disperserunt. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succedit omnia ligna regionis. Sed & bestia agri, quasi area sitiens imbre, suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum & ignis comedit speciosa deserti. L Quoniam (inquit) confusum est triticum, idcirco horrea demolita sunt: & quia vinum perit, apothecæ dissipatae sunt, quia nitrum si frumenta & vina non fuerint, fructu horrea & torcularia præparantur. Sed quid sibi vult, q; percutuntur & dicit, quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti: statimq; causam illorum respondet dicens, quia non est pascua eius: Nitrum brutis animalibus & gregibus armenti similes eos vult haberi, quamvis homines sint, qui ingemiscere nefciunt, nisi propenitencia cibi, nullum habentes dolorem de peccatis suis: & hoc solum esse miserum si ue dolendum reputantes, si ventri quippiam desit. Huiusmodi animalia siue greges non solum ingemiscunt, quando non est pascua eis, sed & greges (inquit) pecorum disperserunt, id est, effusio homines, qui multi sunt, quasi greges pecorum in tempore tentacionis, recedunt: murmurantes si non fuerint saturati, & blasphemantes deum. Quod si alii quis querat, dicens: Tu autem quid agis o propheta, vt exemplum tuum sequatur homo rationalis, quem non vis aut censes brutum esse animal? Ad te (inquit) domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succedit omnia ligna regionis. Et est sensus, Tibi domine peccata mea confitebor, ego vel omnis rationalis & sensatus homo, quia propter peccata nostra traditi sumus in manu hostili, qui terram nostrā vastauerūt & succenderunt igni. Non solum aut hoc, sed & bestiae agri (inquit) quasi area sitiens imbre suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, id est, tanta ficcitas est & defecus imbrum, vt exiccati fontibus, bestiae quoq; agri siti pereant, pœnam sustinentes propter peccata

IN IOHELEM PROPHET. CAP. II. Fo. LXII.

peccata hominū. Et ignis (inquit) deuorat speciosa deserti, id est, loca prius speciosa com-
burendo, in desertum redigit. Hoc non semel dixisse contentus est, sed secundo repetit. Infra. 22.
vit. Nam ante iam dixerat, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succedit omnia ligna regionis. Postmodum idem tertio dicturus est his verbis: Populus multus & fortis, similis ei non fuit a principio, & post eum non erit usq; in annos generationis & gene-
rationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma. Quasi hortus volup-
tatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Quid enim semel & iterum ac tertio
civitas illa Hierusalem incendio conflagravit. Primum, succendentibus Babylonijs, se-
cundo rege Antiocho, sicut scriptum est de illo, & irruit super ciuitatem repente, & per-
cusit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel, & accepit spolia ciuitatis,
& succedit eam igni. Tertio, concremata est instantibus Romanis, quod excidium nimis Cap. II.
horribile perspiciens, quarta iam vice vehementissime clamat & dicit. L Canite tuba Sion,
vlulate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies do-
mini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, quasi mare expansum
sum super montes populus multus & fortis, similis ei non fuit a principio, & post eum nō
erit usq; in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post
eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo de-
serti, nec est qui effugiat eum. L Populus hic multus & fortis, non incongrue populus in-
telligit Romanus. De quo enim alio populo rectius, q; de isto dicitur, similis ei non fuit
a principio? Deniq; neq; populus fuit Babylonius, neq; Assyrius, neq; populus secundire
gni Persicus aut Medus, neq; populus tertij regni Macedo siue Græcus similis ei fuit:
sicut & Daniel de quarta bestia, quæ quartum hoc regnum significabat, afferit his verbis, Danie. 7.
Et ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos
comedens atq; communicans, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæ-
teris bestijs quas videram. Canite ergo (inquit) tuba in Sion, v'lulate in monte sancto meo,
&c. vt supra. Tribus exclamationibus quæ præcesserant, acrio hæc quarta, multoq; vehe-
mentior est, videlicet secundū dissimilitudinem quartæ bestiæ, de qua testatur Daniel, vt
iam dictum est. Nam terribile quidem est, q; dixerat: expurgescimini & flete, prospiciens
Assyrios siue Babylonios: & q; dix erat, plange quasi virgo amicta lacco, intuens Persas
& Medos: & q; clamauerat, accingite vos & plangite sacerdotes, prævidens regnum Græ-
corū, sub quo Iudeos attriuit Antiochus Epiphanes: sed multo terribilis est, quod nunc
aut Romanorum aduentum prænuntians, Canite tuba in Sion, v'lulate in monte sancto
meo. Conturbentur omnes habitatores terræ, quia veniet dies domini, quia prope est di-
es tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Vnde simul attendendum, quia tria qui-
dem exterminia, quæ tria regna fuerunt prophetæ prædixerunt: quod aut a quarto Ro-
manorum regno factum est excidium, prophetæ simul & euangelium. Exempli gratia,
Cum ducerent dominū Iesum ad crucifigendum, & sequeretur illum turba multa populi
& mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum: conuersus ad illas, dixit: Filiae Hie-
rusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete & super filios vestros, quoniam ecce
venient dies, in quibus dicent. Beata steriles ventres quæ non genuerūt, & vbera quæ
nō lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & montibus, operite
nos. Item quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus bonis & donis esset ornatum
dixit, Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinqueret lapis super lapidem, qui
non destruatur. Pulchre igitur non ipse propheta ex persona sua nunc edicit, sicut edice-
rat de cæteris malis quæ ventura erant sub tribus anterioribus regnis, expurgescimini &
flete, plange quasi virgo, accingite vos & plangite sacerdotes, sed alijs committit hoc an-
nunciatum, Christo videlicet & apostolis eius, dicendo, canite tuba in Sion. Stephanus Aet. 8.
protomartyr, dum tuba caneret euangelica, super cantu isto siue nuncio accusatus est a ci-
tibus, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem. Audiui-
mus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mu-
tabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Ibidem quoq; scriptum est, Tunc submis-
serunt viros, qui dicent se audisse cum dicentem verba blasphemiarum in Mosen & deum.
At ille subsequenti oratione, de verbo quidem blasphemiarum in Mosen & deum siue legē

fese insigniter expurgauit de verbo aut hoc, quomodo Iesus Nazarenus hic destruet lo-
cum istu, nullâ excusatione protulit, sed haec tantum dixit. Salomon autem redificauit illi do-
mum, sed non excelsus in manuacis habitat. Verum quippe erat destruendum esse locu-
illum, & haec euangelica tuba canere in Sion, magnumq; exinde vultu aceriter predicare
poterat in illo monte dei sancto.

Dies dñi
cōtra dor-
mientes.
Theſſ. 7

¶ Quod autem tempora eiusmodi dicatur dñi, quae admodum
hic, cū dicitur, quia venit dies dñi, aduersus dormientes & ebris dictū valde cōgruit, qua
libus supra dixit, expurgiscimini ebris. Qui enim dormiunt, nocte dormiuntur & qui ebris sunt,
nocte ebris sunt, videlicet suum oblitū, & immemores dei, atq; ita in peccatis mala securita-

te circumdati, vt clausis oculis nō videant, qd de actibus hominū deo cura sit. Nimirū quā
do coguntur p aduersitatis pena, malorum actuū suorum reminisci, & videre quid fecerint, tūc
illis dies fit veruntamen nō simpliciter dies aut dies solis sive splendoris & claritatis, sed di-
es (inquit) tenebrarū & caliginē, dies nubis & turbinis, qualis vtiq; ludicrū futurus erat dies
ille, sive tēpū illud, quo circumdarentur ab hostiis Romanis. Tunc (inquit) cōtū bentur
oēs habitatores terræ, & haec vtiq; per concessionē dicit, quia sic oportet evenire. Et re-
ste hic illos appellat habitatores terræ qui Christū occiderūt, quasi propter habitationem

terræ, sicut dixerat ipse p Psalmistā. Et in iracundia terræ loquētes dolos cogitabāt, vide-
licet cū diceret, Si dimittimus eum sic, oēs credent in eū, & venient Romani & tollent nos
strū & locū & gente. Et illud quidē tempus (sicut iam dictū est) dies dñi dicitur, veruntamen
nondū magnus, qd tantū de ultimo die iudicij soleat dici, quae admodum & hic prophe-
ta postmodum, anteq; (inquit) veniat dies dñi magnus & horribilis. Tenebras & caliginē, nu-
hem & turbinē illius diei, cuius cūctis vocibus magnitudo granditer declamat, vētrā

calamitatis magnā rei cōparat dicendo, quasi mare expāsum sup̄ montes. Quid enim maius

sive formidabilius in hoc mundo ante finē eius evenire potest qd si expandatur mare super

montes, sicut in diluvio factū est? Est ergo sensus, sicut in diluvio nō magis montes fere flu-

ribus eximere potuerunt qd valles, ita in illa Romanae multitudinis vel fortitudinis invi-

catione, non magis superbi principes sacerdotū sibimet cōsulere quiuerunt, qd exigui quig;

sive populares. Et vide qd congrua comparatio vel similitudo sit. Sequitur em̄, Populus

mūltus & fortis, similis ei non fuit a principio, & post eū non erit vsc̄ in annos generatio-

nis & generationis. Congrua nāq; similitudo est maris & populi Romani tā multi & tam

fortis, qui vniuersas fere orbis terræ nationes multitudine operuit, fortitudine cōsuulit, mo-

re fluctus iens & rediens, & contra mōntes vniuersos intumesces, eosq; operiens, id est,

cūctos reges vel regna gentiū suis virib; opprimit. Huic nimirū populo similis nō fuit

ab initio, & post eū non erit vsc̄ in annos generationis & generationis. Daniele qd; (vt sū-
pra dictū est) attestate de bestia quarta, qua Romanū figurabat imperiū, quia dissimilis erat

ceteris bestiis, videlicet leæna, vrso & pardo, qbus regna pcedentia significabātur. A te-

facit̄ eius (inquit) ignis vorans, & post eū exurens flāma. Hoc (vt dicitur) ita factū esse le-

gentibus excidiū illud Hierosolymorū, Iosepho narrante, luce clarissimū est. Nā & anteq; cō-

uitatē Romanus cōcūdaret exercitus, ipsi qd quasi pro defensione fuerāt introducti, tripli

discordia debacchātes intus, & aedificia ciuitatis, & plurimos sumptus, qui diuturno potes-

tant sufficere bello, multis cōsumpsérunt incendīs, & postq; hostes ingressi sunt victores

victi vsc̄ ad cōsummātu exitū rebelles, donec & templū & quicq; supererat intra mēnia

miserat ciuitatis cōcremarerūt, furore incredibili perstiterūt miseratibus & parcere volen-

tibus aduersariis. Qualis ante aduentū populi tā fortis regionis facies extiterit, & qualis p ad-

uentū eius affecta sit, breuiter exprimit, cū subiungit. Quasi ortus voluptatis terra corā eo,

& post eū solitudo deserti, neq; est qd effugiat eū. Et est sensus. Cū veniret exercitus hosti-

lis, talis erat regio corā illo, sive illa terra promissionis, quasi hortus voluptatis, videlicet vi-

netis, palmetis, atq; oliueticis, ceterisq; cōsta arboribus diuersi generis, & pterea tēplo augu-

stissimo insignita, quo nihil pulchrius aut gloriosius in mundo esse potuit. Cum autē victor

discederet, id est, exercitus talis post eū remāfit, vt solitudo deserti, secundiū verba dñi sien-

sis super Hierusalē, & dicētis: Quia si cognouis̄ & tu. Et quidē in hac dñe, quā ad pacē

tibi. Nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te, & circumdabunt te, &

coangustabunt te vndiq; & ad terram prosternebāt te, & filios qui in te sunt, & nō relinquer-

in te lapidem super lapidē, eo quod non cognouisti tempus visitationis tuae. Et filios tuos

ait pro-

(sunt) prosternerit qui in te sunt, videlicet ita, vt non sit qui effugiat, quemadmodū hic cum
dixisset, & post eum solitudo deserti, subiunxit, neq; est qui effugiat eum. Nullus quippe
ex tanta multitudine, quae dinumerari non poterat, effugisse legitur, quin fame & gladio
perirent foris & intus, & qui reliqui esse potuerunt, in captiuitatem ducerentur. Adhuc
de fortitudine populi tam multi grandissimo eius amore loquitur. L Quasi aspectus equo-
rum aspectus eorum, & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita
montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis
preparatus ad prælium. A facie eius cruciabantur populi, omnes vultus redigentur in
ollam. Sicut fortis current, & quasi viri bellatores ascendent murum. Viri in vijs suis gra-
dientur, & non declinabunt a semitis suis. Vnusquisq; fratrem suum non coartabit, singuli
in calle suo ambulabunt. Sed & per fenestras cadent, & non derolentur. Vrbem ingre-
dientur, in muro corrident. Domos condescendent, per fenestras intrabunt quasi fur. I Foro
ritudinem atq; velocitatem tam multi populi brevibus & celeriter currentibus declamauit
sententijs. O ergo senes & habitatores terræ, quibus in exordio dixerat, audite haec & au-
ribus percipite omnes: quamvis erucam, locustam, bruchum & rubiginē nominauerit, ne
subsannetis quasi ad viles & paruas res orator iste in epte vos attentos fecerit, quia nimis
erūcē ista sive locustæ, bruchus hic sive rubigo ista, vobis non paruæ res aut vermiculi
sunt viles, quamlibet apud celestem fortitudinem regnos omnium vani homines pro-
per suam vanitatem sint contemptibiles. Vobis etiū homines, de quibus agitur, imo cōtra
vos vici fortes, viri veloces sunt. Nominavit quidē locustas & cetera huicmodi, sed nihili
lominus fortes atq; veloces sunt. Hoc est quod ait, Quasi aspectus equorum, aspectus eo-
rum, & quasi equites sic current. Nā in equis & in equitibus fortitudo simul & velocitas
requiruntur. ¶ Et hic quidem cum dicitur, quasi aspectus equorum aspectus eorum,
dictiuncula quasi, similitudinem significat hic autem, & quasi equites sic currunt, veritate
sue rei proprietatem. Non enim quasi vel sicut semper tautummodo significat similitudi-
nem, sed interdum quoq; rei veritatem. Exempli gratia, Et vidimus gloriam eius, gloriam Iohan.,
quasi vnigeniti a patre, id est, vere vnigeniti a patre. Item in psalmo: In conuertendo do-
minus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, id est, vere consolati. Itaque & quasi
equites sic current, id est, non sicut erucam aut locustæ vulgares, legnes erunt, aut breuiter
salient, sed viri bellatores erunt, & equis currentibus ibunt. Quod autē equis similes pro-
nunciantur, dicendo, quasi aspectus equorum, superbiam atq; fortitudinem, simulq; præ-
lia & laudesq; fortitudinem illos habere inuit, secundum gestus eiusmodi animalis, naturaliter fero-
cis & superbi, dicente domino ad beatum Iob: Gloria narium eius terror. Terram vngula Job, 39
fodit, exultat audacter. In occursum pergit armatus, contemnit pauporem, nec cedit gla-
dio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hafta & clypeus feruens & fremens sorbet
terram, nec reparat tuba sonare clangorem. Vbi audierat buccinā, dicit̄ wa. Procul odo als, Valt-
ratur bellum, exhortationem ducum, & vultatum exercitus. Haec dicta sit de quolibet
equo domini, de qualibet scriptum est: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ Abac. 3
saluatio, sed mystice intelliguntur, vt nihilominus de equo quadrupede secundum lite-
ram congrue vel veraciter enunciari non dubitentur. Quod si de quolibet sancto & forti
prædicatore, cuius seffor est dominus, & idcirco pericula mundi non timeat, spiritualiter
ista recte intelliguntur, cur non etiam superbia, regnorū supra dicatorum, maximeq; Ro-
mana potentia carnaliter similes esse dicuntur. ¶ Itaq; quasi aspectus equorum aspectus eo-
rum, quia quemadmodum dicit idem dominus: Nunquid præbebis equo fortitudinem, rū equus
aut circumdabis collo eius hinnitum? solis ipse regnis iam dictis, & maxime Romano im-
perio præbere potuit fortitudinem, & collo circumdare hinnitum, vt præ sola superbia Iob, 39
vel cupiditate, quasi hinniendo consurgeret aduersus omne regnum, donec sibi faceret
esse subditum, vt gloria narium eius esset terror, id est, gloriare quoties terrifici belli sibi
daretur occasio, vt terram vngula foderet, regum orbis terrarum nimis cupide conquiri-
do thesauros, vt exultans audacter armatis in occursum pergeret, vt contemneret paupo-
rem, & gladio non cederet. Quod deinde sequitur, sicut sonitus quadrigarum super capi-
ta montium exilient, certam designat illorum gloriam triumphalem, quod sine dubio vi-
ctoriam perficiant, & cum quadrigis vicitribus more suo ducant triumphi pompa no-

bilem, & quodammodo superbiam sive temeritatem subsannat Iudaicam, dicendo: super capita montium exilient, q̄ deo fibinet irato ausi sunt contra se met ipsos prouocare ad bellum victores omnium gentium, quasi ipsi montes intransmeabiles essent. Deinde quod ait, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipalam, igni præculdubio consummandam esse declamat eandem victoriæ. Ultima declamationis clausula qualitatem pulchre eximit erucas sive locustas, dicendo, velut populus fortis præparatus ad prælium, inculcans & replicans, quia non realiter locusta existimandas sunt, sed sub nomine illo multitudine hominum. Et vide in ipsa superficie sermonis prophetici quantus eloquentiae decor sit. Quinq̄ etenim similitudines positæ sunt, & semper sequens præcedente vehementius nat, & plus terroris exhibet, quasi aspectus equorum aspectus eorum. Hoc iam terrible est; sed amplius id quod sequitur, & quasi equites sic current. Plus enim equitem constat esse, q̄ equum. Quid deinde sequitur multo plus est, sicut sonitus quadrigæ super capita monum exilient. Itemq̄ multo amplius ac terribilius, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipalam. Ac deinde quod sequitur, manifestius atq̄ abundantius est, velut populus fortis præparatus ad prælium. Ita quasi ascendendo atq̄ crescendo in matus per singulos gradus, vis perficit atq̄ acrimonia grandisona plus q̄ rhetoricae declamationis: & post excusum, quasi resumpto spiritu, breviori processu prosequitur & dicit, A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam. Quod quo vel q̄ vere factū sit, legētibus palam est ex iam dicti narratione historiographi. Dira nanc obfatione cruciati, fame int̄ credibili denigrati & tumefacti, vultus redacti sunt in olla, qui prius vividi & pulchri fuerant. Haec & cetera quæ sequuntur intellectui plana sunt, quia videlicet Romani, sicut viri fortes cucurrerunt, & sicut viri bellatores ascenderat murū, & in vijs suis gradientes, id est ab incepto non deficientes, a semitis suis non declinauerunt necq; em̄ propter difficultatem aliquam victoriae spem deposuerunt, & vnuſquisq; fratrem suum non coartabit, quod sc̄ere solent fugientes, erumpendo qua possunt, inordinati atq; confusæ sed in suo calle ambulabant singuli, quod maxime in illo populo laudabile fuit, tenendo videlicet ordines suis, semper procedendo cū disciplina militari. Hoc tantū parvula quæstione indiget, quod deinceps ait, per fenestras cadent, & non demolientur: & deinde subsequutus, vibē ingredientur, in muro current, domos concident, tandem subiungit, per fenestras intrabunt quasi fur. Quomodo em̄ equitibus sive quadrigis Romani imperij congruit, vt p̄ fenestras cadere, per fenestras intrare, in modū furis dicantur? Tam fortis quippe imperio si militudo furis vel ascensus per fenestras incongrue ascribi videtur. Sed sciendū, Romani imperium sicut fortitudinis laudem, sic econtra profundæ auaritiae meruisse vituperationē, & hoc vitium in illo denotari, dum dicitur, per fenestras ascendent sive intrabū quā si fur. Et reuera de fenestras eiusmodi in illo excidio nō omnino tacetur, Iosepho inter cetera narrante ac dicente. Hic itaq; tunc militum quidē non expecto, cuiusquam edicto, neq; tantum facinus veritus, sed diuino quodā motus impetu, a contubernali suo sustollitur, & ex ardente materia raptum ignem in fenestrā insert auream, vnde ad moenia circū templum ædificata de septentrionali regione aditus erat, & post pauca, Pleroscq; autem præclarū spes incitabat, suspicantes intus omnia pecunias esse reserta, quoniam forens auro facias consipercent. Propter huiusmodi causam illos non merito sic denotatos dubitauerim, vt per fenestras ascendere dicantur in modū furis. Sed & vt de isto, si parū videtur, taceat cum inde (inquit) apud Syros ex transfugis reprehenditur etimo ventris aureos colligentes transglutinentes autem eos veniebant, quia cunctos seditionis scrutabatur, & maxima vis auri erat in ciuitate. V erum hac arte per vñū detecta, totis castris fama percrebuit, q̄ auro transfugæ pleni venirent. Arabum ergo multitudo & Syri scissos ventres suppliciū rimabantur. Et hac ego (inquit) clade nullam credo seu iorem contigisse Iudeis. Vna deniq; nocte duorum millium patefacta sunt viscera. Haec nimirum cōsiderando, nō inepte quisquā dicat, hostes illos pro fortitudine quidē viros bellatores: sed pro cupiditate nimis crudelissimis furibus fuisse comparabiles. Sequitur. L A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suā ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum

verbum eius. Magnus em̄ dies dñi, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? A facie (inqt) eius. Cuius eius Nimirū pp̄lī multi, & fortis pp̄lī Romani, cui filii à principio non fuit. A facie talis populi, id est, in signum venturi, & haec omnia quæ dicta sunt facturi, terra cōtremuit, & tremore suo magnam iram Iudeis vēturam significavit: videlicet quādo scelere illorum pendes in cruce dñs, spiritum tradidit. Nec vero solūmodo terra tremit, sed & cœli (inqt) moti sunt, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Tunc em̄ a sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram usque ad horam nonam, & sicut iam dictum est, vbi clamās voce magna, emisit sp̄fi, terra mota est, & petræ scilicet sunt. Hoc factum est a facie, id est, in signum eiusdem populi vēturi, ad vlciscēdum sanguinem dñi, sicut tunc quoque ibidem ipse dixit: Filia Hierusalem nō habet flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam ecce venient dies, in quibus dicunt: Beata steriles & ventres quæ non generaverunt, & vbera quæ non lactaverunt. Tunc incipiunt dicere montibus, cadi super nos & collibus, operite nos. Vnde notandum, quod cum dixisset hic, terra contremuit, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum, continuo per coniunctionem celerimam, & dominus (inqt) dedit vocē suā ante faciem exercitus sui. Per hoc nāque animauertere licet, qd cum illo terræ motu & tenebris illis dñs noster, dum tradens spiritum, voce magna clamauit haec significauit, quod iustitia eius illum exercitum suum exercitum Romani Imperij vocaret ad vindictam sanguinis sui, & quod sanguis eius de terra non ante clamare desineret, donec idem exercitus adueniret. Et vide q̄ magnifice dictum sit vel dici conueniat de homine crucifixo, & quasi derelicto, atq; dicetet Deus meus ut qd dereliquisti me, si moriens quod haberet exercitum, cuius ante faciem talen vocem suam daret; Quod si miraris, q̄ tis magna dicat de paupere illō tale qd subiunxit amplius & copiosius verbis huiuscmodi, q̄a muli, & fortia sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Nam vere in illa quoq; hora, quia sic videbat derelictus, multa nimis erat & fortia castra eius, nō solum castra angelorum, de quibus ait Petro: Conuerte gladiū tuum in locum suum, an putas q̄a non possum rogar patrem meum, & exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angelorum. Veruntamē castra Romanoꝝ quæ veniunt, & faceret vērbum eius, circūdando ciuitatem, vallo circūdādo illā, & coangustādo vndic̄, & prosterneō illam ad terram, & filios eius qui erat in ea, & non relinquiō lapidem super lapidem secundum vērbum eius. Non mirabis quia maius his videbis. Nagntus em̄ (inquit) dies dñi, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Nimirū & hoc ibidem ipse testatus est. Dixit em̄. Vertuntamē dico vobis, amo do videbitis filium hois sedentem a dextris virtutis, & veniētem in nubibus cœli, subaudiatur, cum potestate magna & maiestate, quēadmodum alibi dixit. Nam vītutes (inqt) ceterorum mouebūtur, & tunc videbunt filium hominis veniētem in nube cum potestate magna & maiestate. Itaq; non mirū, quod dictum est, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius, nō (inquam) mirū comparatioē maior. Magnus em̄ dī, es dñi & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Quod idem est, ac si dicat, Ipse em̄ constitutus ē a deo iudex viuōꝝ & mortuōꝝ, & magnus erit ille dies eiusdē dñi, q̄ ad iudicādū viuos & mortuos veniet cum nubibus cœli. His clamoribus præmissis de malis imminētibus, quæ propter peccata fieri oportebat sub illis quatuor principalibus regnis, conuerterit ad reliquos, & dicit: Nunc ergo dicit dominus, conuertimini ad me in toto corde vestrō, in ieſu, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiēs & multus misericordia, & præstabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur & ignorat, & relinquit post se benedictionem? Sacrificium & libamen domino deo nostro. Ergo (inquit) quoniam perit vīnum ab ore bibentium in dulcedinem, quoniam perit sacrificium & libatio de domo domini, quoniam interit de domo dei nostri sacrificium & libatio quoniam itidem ascendit populus multis & fortis, cui similis a principio non fuit, atq; ita fecit dum vērbum dñi, quod locutus est per os nostrū, contriverit vos regna, Babylonicum, Persicum, siue Mædonicum, atq; Romanū, nūc vos, q̄ haec videtis fieri, conuertimini, nō dubitantes de illo die iudicij, siue die dñi magno & horribili, qm̄ futurus sit secundū testimonium eiusdē propheticæ veritatis, cuius pars magna implet sub illis regnis vidētibus

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. III.

etudel hoc, ſed iuſtū fuit, quia ſicut fecerunt, ita reddidit eis. Porro filiū Ammon hoc fe ciffle videntur, regnate Saul, q̄ ascendit Naafammonites & pugnare coepit aduersum labes Galaad, ſupplicati busq; ac dicētibus, habeto nos ſcederatos & ſeruiemus tibi. In hoc (inquit) feriā vobiscū ſecundus, vt eruam omnium vestrū oculos dextros. At illos percutit Saul, & diſperſi ſunt, ita vt nō relinqueretur ex eis duo pariter, & nihil tale tūc feciſe legū tur filiū Ammon q̄ tanta propheticī ſpūs cōquæſtione ſit dignū. Arbitramur ergo prophetā ſuperiorē magis reflexiſe historiam, ſciliſet ad tēpōra Iudicū, q̄ lepthe expeditus iudicū, eſt, vt filios Israeſ iudicare, eo q̄ vir fortissimus atq; pugnator eſſet, natus de Galaad. Tūc ſiquidē iratus dñs cōtra filios Israeſ, tradiderat eos in manus Philistiū & filioꝝ Ammon affliſtiſ ſunt & vehemēter oppreſſi per annos octodecim. Pugnabant (inquit ſcriptura) filiū Ammon cōtra Israeſ, affliſtiſ eſt Israeſ nimis. Quibus acriter instantibus, perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerēt in auxiliū lepthe. Cætera legētibus, & diſceptatiōne lepthe cōtra filios Ammon veheſtē perſpicientib; claret, q̄ afflictionē illā ſece rit filiū Ammon maxime in Galaad, & inter cætera prægnates q̄q diſſecuerūt, ſicut hoc iōm verbū nō ibi ſcriptū ſit, & q̄ ita fecerint, ad dilatandū terminū ſuū. Mandati nāq; lepthe regi filioꝝ Ammon ac dicēt, quid mihi & tibi eſt, q̄a veniſti cōtra me, ille r̄fidit, & ſal ſum locutus eſt, q̄a tulit Israeſ terrā meā q̄ ascendit de Aegypto a ſinibus Arnon vſq; in laboꝝ atq; Iordanē, propterea cōminatur dñs ſuccenſus, ſe ignē in muros Rabath, q̄ ſuit metropolis Ammonitar̄, vt deuoren̄t ædes illius in clamore & in vluſatu vincētis exerci tuis, in die cōmōtionis & turbinis, q̄ captiuū eius Nabuchodonosor viſcēt ducent̄, & ido lo Ammonitar̄, q̄d vocatur Melchon, i.e. rex eoꝝ, feret in Aſſyriis, & principes eius pari ter abducunt. Eodē modo quo cætera ſup generationē illā ſpedicā, iſta q̄q venire habe bant q̄ ſecerūt filiū Ammon; & idcirco q̄ ait dñs, ſup tribus ſceleribus filioꝝ Ammon, & ſup quatuor nō cōuertā eū, referēdū eſt ad verticē Carmeli (de quo iā dicitū eſt) & propter faſtidū vitandū, nō toties oportet replicari, niſi memoria videre expedire legentis. Se quitur, L. Hæc dicit dñs. Super tribus ſceleribus Moab, & ſup quatuor non cōuertā eū, eo q̄ incinderet oſla regis Idumæe vſq; ad cinerē. Et mittā ignē in Moab, & deuorabit ædes Cariot, & morietur in ſonitu Moab & clangore tubæ, & diſperda iudicē de medio eius & oēs principes eius cū eo, dicit dñs. ¶ De Moab & Ammon, maximēt̄ de Edom iā dī dū eſt, quātū recte arguant ſceleris, pro eo q̄ cōtra Israeſ de Aegypto ascendentē inimi citas exercuerunt, cū effent carne propinqui. De iſto q̄rentibus, qd ſit dicitū, eo q̄ incēderat oſla regis Idumæe iā ſepulti (qui cū Iorā rege Israeſ & Iofaphat rege Iuda ascēderat aduersum Moab) in vltionem doloris a Moabitis poſtea ſuile ſcoulſa atq; ſuccēſa. Hæc 4. Reg. 3 Hebræor̄ traditio eſt. Ob hāc ergo, inquit, cauſam deus iſſiſt, dicit ſe eſſe ignem in Moab, quo noīe vel metropolis Moabitar̄, vel vniuersa ſignificat provincia, vt deuoret ædes Cariot, q̄ nomē eſt ciuitatis. Verū hoc pagi videt ad magnitudinē propheticā di gitatis, vt qd ſpū ſanctus loquit in eis, ex opinione triū Iudaicā & nō ex ſanctis cōprobet ſcripturis. ¶ Aliud ergo q̄rimus incēdiū qd fecerit Moab, ſacra referētē ſcriptura, legimus in libro Nuři, quia Balach filius ſepphor, rex Moab iſſit & acceruit Balāa filiū Beor ariolū, vt veniret & malediceret Israeſ. Quod cū ille, deo prohibētē, facere nō poſſet, tan Nume. 22 dē dixit. Veruntamē pergēs ad populu mēt̄ dabo cōſilium, qd populus tuus huic popu lo faciet. Poſtmodū ſcriptū eſt, & fornicatus eſt populus cū ſiliab; Moab, q̄ vocauerūt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederūt & adorauerūt deos eaq; initiatuſq; eſt Israeſ Beel phegor. Magnū illud fuit incendiū, magna libidinis flāma, q̄ concremauit populu. Et qd illi hoies ſiue illae filiae Moab, niſi regis Idumæe oſſa fuerūt? Quis eñi eſt rex Idumæe, niſi Rex Idu ſpū ſupbiā, q̄ dicant ſup oēs terrenos, i.deditos cupiditatē terrenā ſedim nomē Idumæe, māe, ſpū ſuā. Nāq; per ſpū ſupbiā peruenierint ad illud incēdiū, carnis ſuā, vntus pro exēplo eſt, de quo ſcriptura refert: Et ecce vnuſ de filiis Israeſ intrauit corā fratribus ſuis ad ſcorū Ma dianitē, vidētē Moſe & omni turba filioꝝ Israeſ, qui flebat ante foreſ tabernaculi. Magnæ nimiq; erat procacitatis & ſuperbiā, tali in tpe, cū iam dixiſſet dñs ad Moſen: Tolle cun flos principes populi, & ſuppede eos cōtra ſolē in patibulū, itēq; Moſe ad iudices Israeſ, occidat vnuſquicq; proximos ſuos, q̄ initiati ſunt Beelphegor, & ob iſtā cauſam fierēt filiū Israeſ ante foreſ tabernaculi, magnæ (inquit) erat procacitatis, & intolerabilis ſuperbiā, vng

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. IV.

Apoca.2

Iudaei carnales, dicitur Moab, & Iudaei, Johani.3

Esa.1.

4.Reg.21

ad scortum ingredi, in contemptu irae coelestis, videntibus cunctis. Quo ergo melius nomine dignitas prophetici spus fornicatores eiusmodi nuncuparet, quod ossa regis Idumaei, Nunquid filios Israel debuit, nuncupare? Et quidem ambobus, scilicet Balaam & Balac commune consilium, & una fuit intentio, incendiare filios Israel, sicut in Apcalypsi commemoratur, dicendo, quod habes illuc tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum eorum filii Israel, edere & fornicari, sed non ita scandalizare ipsos potuit filios Israel, sicut factum est, datus mittere coram filiis Israel. Aliud namque est scandalum videre coram se, aliud scandalizari, & ardoris scandalo libidinis inflammati. Unde sicut hi qui eiusmodi scandalum non videntur, recte membra dicuntur & sunt Christi regis gloriae, sicut contra illi qui taliter scandalizati vel succentur sunt, membra dicuntur & sunt principis huius mundi regis Idumaei. Conveniens autem hic dicendum ossa quod membra, licet & membra sint vel habeant ossa, quod videlicet ignis genuinus ossibus ac medullis insitus est, qui tunc adhibita foris palea, scilicet filiabus Moab & Madian, illuc flammavit incendio. Tale nimis fecisse incendiū scelus est, ea presumptio, intentione, ut offensus recederet deus ab Israel, & pro hoc recte redarguit, ut sceleratus Moab. At vero ut iuxta supradicta Hebreorum opinionem, ossa mortui hois igne materiali usq; ad cinerem incenderet, nec scio utrum pro magno haberit potuerit scelerem, cum fere apud eos gentes solene fuerit, corpora mortuorum usq; ad cinerem comburere, cineresque ipsos sepelire. Hinc & sepulchra dicuntur busta, videlicet a combustione ut combustorum cadaueque continentur, liquitas. Rursum ad illa generatione quod dominum crucifixit, propter quod & omnia mala pietatis, tarum generationum venire debuerunt super eam, istud quoque scelus incendiū pertinere non dubium est. Ipsa enim & Moab & Idumaei recte dicuntur & sunt. Moab quippe interpretatur ex patre, quo autem ipsi ex patre sint vel fuerint, dominus ostendit dicens: Vos ex patre diabolo estis. Ipsi condiderunt ossa regis Idumaei, immo & ossa ipsi regis fuerunt Idumaei, regis omnium filiorum terrae nitatis & superbie ossa incensa libidinis igne, testante Esaia, qui generationem illam prospiciens Audite (inquit) verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrah. Idcirco sicut peccati Moab plenitudo, ita & penitentia eiusdem super generationem illa venit adimpleti. Nam quod dicit, & mittit ignem in Moab, & devorabit aedes Carioth, quod nomen erat ciuitatis in Moab, & moriet in sonitu Moab, & clangore tubae, & dispersa in dictu de medio eius, & oes principes eius interficiuntur cum eo. Quis nesciat totum Romanum peractum esse excidio? De tribus sceleribus & de quatuor & de eo quod dicit, non conuertitur eum, & saepe dictum & semper repetere fastidiosum est. Sequitur. L. Haec dicit dominus. Super tribus sceleribus Iuda & super quatuor non conuertam eum, eo quod abiecerit legem domini, & maledicta eius non custodierit. Decepserunt enim eos idola sua, post quae abierunt patres eorum. Et mittam in ignem in Iuda, & devorabit aedes Hierusalae. Ecce & in isto nulla est distinctio gentilium & Iudeorum. Sermo diuinus, iudex aequus, nulli personae parcit, dum Iuda & que ut Syria, ut Allophylus, ut Tyrius, ut Idumaeus, ut Ammonites, ut Moabites, librata ferit sententia iudicij, nec in pena disiungit, quos culpa coinxerit. Quod si subtilitas queritur rationis, quis dignus debet puniri, quod illi, qui non tantum naturaliter, ut ceterae gentes, sed scripta quoque legem accepit. Unde notandum, quod predictis gentibus non exprobrat abiectionem legis dei, & contemptum mandatorum illius, sed violationem propriorum viscerum, & quod sine affectione, absque misericordia, cuncta crudeliter fecerint, nullum habentes respectum communis humanitatis, nullum saltem attendentes affectum notarum propinquitatis. Iudei autem exprobrat quod abiecerit legem domini & maledicta eius non custodierit. Quae quia abiecit, atque contempnit ordinem & viam, deceperunt eum idola sua. Quibus enim dicit, decepserunt eum idola sua, nihilominus & illud constat, quia non poterat ante ab idolis decipi, nisi legem domini repulisset, & maledicta eius non fecisset. Haec sunt idola, post quae abierunt patres eorum in Aegypto, bouis Agypti simulachra fugientes & adorantes Beelphegor, & colentes Astoroth & Baalim. Nec vero leviter decepti fuerunt, sed adeo pro idolis suis infanterunt, ut prophetas occiderent reges eorum, & sanguine innoxio repletum Hierusalae usque ad os. Unde & commematur dominus, in Iudam se ignem fore missum, qui devoraret aedes & fundameta Hierusalae, quod & factum est. Quod si omnia venire debuerit super generationem illa a sanguine Abel iusti (sicut iam diximus) quanto magis ista, quae hic Iuda fecisse culpatur? Nempe ita diximus & dicimus, omnia venire super generationem illa, quae passi sunt sancti a sanguine Abel iusti, quibuscunque gentibus vel hoibus sanguinem iustum effundebitis: Ut illum maxime sanguinem, quem luda effudit, illuc redundare non

ignoramus.

IN AMOS PROPHET. CAP. II. Fo. LXXXI.

ignoremus. Vtrumque namque dixit dominus. Vnde (inquit) vobis scribæ & pharisei hypocritæ, Matth. 23 qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumeta iustorum, & dicitis: Si fuissimus in diebus patrum nostrorum, non effemissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio eis vobis metipis, quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum, serpentes, geniminae viperarum. Hoc nimis generationi illi dixit de partibus illis, quorum & secundum carnem & secundum iniquitatem posteri sue haeredes homicidae ludorum fuerunt: qui ipsum, qui haec loquebatur postea, Christum occiderunt. Iterum ut veniat (inquit) super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti, &c. Primi nimis fuisse fuit sanguis Abel iusti, quod fuerint patres, quorum de carne genitos se esse gloriantur Iudei. Ergo & ceterae gentes, de quibus iam supra dictum est, & Iudei, de quo nunc sermo est, sceleris vel malorum super generationem illam venire debuerunt. Igmar super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, id est, iniquum filios, ceteri, qui per verticem Carmeli designatur, derelinquam propter sceleris patrum, quorum ipsi mensura impleuerunt: factum est & quod hic in propheta dicit dominus: Mittit igne in Iuda, & deuorabit aedes in Hierusalae, & quod per semetipsum ait idem dominus: Ecce relinquetur vobis domus vestra deorsum & fere nemo est qui hoc factum esse nesciat. Sequitur. L. Haec dicit dominus. Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit argento iustum, & pauperem pro calciametis, qui conuertent super puluera terra capita pauperum, & viam humiliam declinat, & filius ac pater eius introierunt ad pulleum ut violenter nomine sanctum meum, & super vestimentis pignoratis, accubuerunt iuxta omne altare, & vinculum damatorum bibebant in domo dei sui. Circa montem Carmeli arduum quasi ascensus viam termitus, toties cundo & redendo illuc, quoties dicit dominus, non conuertam eum super tribus & quatuor sceleribus. Denique ubicumque vel quotiescumque in hoc ordine scelerum sue sceleratos, non conuertam eum, audiuitus siue legitimus: monte Carmeli, qui in exordio pscriptus est, subintelligimus, per quem & superbiat significari diximus Iudaismi carnalis, secundum nomen ipsum Carmeli, quod interpretatur scientia circuncisionis, maximeque illa generatione, quod salvatorum crucifixum. Sequens tem nos lectorum (si quis est qui legendo sequi, vel sequendo haec legere velit) fatigatum esse arbitramur, dum toties ad eundem Carmeli verticem reuertitur & velut si alte subrectum & nubibus imminens castrum, in montis vertice, toties adire cogat anhelito spiritu. Verum quisquis ille est equanimis ut sit rogamus, iam finis est, circumductio hac vel recursus non fatigabitur ulterius. Super tribus (inquit) sceleribus Israel & super quatuor non conuertam eum. Mores proprii nostri esse conuenit, quo initio prophetæ huius promisimus, tunc dicti eorum esse nos cur terremotus fecerit mentionem, quod pro necessitate mystici sensus inueniendi scrutaremur Carmeli verticem, videlicet vbi pmissio, verba Amoris, qui sunt in pastoralibus de Thecue, qui videtur super Israel in diebus Ozias regis Iuda, & in diebus Hieroboam filii Loas regis Israel, subiunxit atque ait, ante duos annos terramotus. Tunc Hebrei terramotum accidisse memorant, quoniam Ozias rex Iuda indebitum sibi vendicatis sacerdotum lepra in fronte percussus est. In commemoratione ergo terramotus mentionem quoque fecit lepra illius. Cur hoc? Idcirco videlicet, quia frons Ozias regis, qui sublimior atque erectior est pars corporis idem significat quod hic vertex Carmeli, & lepra frontis, id est, quod siccatio verticis Carmeli, scilicet abiectionem superbietatis & elatae generationis quod dominum crucifixit. Sicut in Maria sorore Mosi, qui contra Numeri, 12 Moisen superbiedo murmurauit, & ob hoc plaga lepra percussa est, ita & in rege Ozia, qui sacerdotum superbiedo usurpauit, & ob hoc lepra in fronte percussus est; vna eademque significatione superbie illius generationis. Differit triplex in eiusdem significatiopestis eiusdem. Maria namque propter lepram immunitam separata septem diebus extra castra, & postea reuocata, recipienda novissime significat synagogam ab infidelitatibus lepra curata, cum plenitudo gentium intrauerit, sicut Apollonius ait, Ozias autem leprosus permanens usque ad diem mortis suae, incurabile significat Roma, 11 peccatum eiusdem synagogam pro parte illius sapientiae generationis & omni Iudeorum qui nunc interim vita excedunt, lepra habentes perpetuam; nec in hoc seculo nec in futuro curandam. Et Ozias quidem fortitudo domini interpretatur, sed hoc nomine generationi illi non nisi per antiphram Matth. 14 sim, sive per ironiam congruit, quia fallitur quasi fortiter agens, dum blasphemando Christum, deo se obsequium prestare profiteretur, filius eius Ioathan, qui interpretatur domini consummatio siue perfectio, reges domum regis leprosi, juniorum significat ex gentibus populū consummata &

O, perfide

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. I.

Match. 21 perfectæ fidei, cui datus est regnum dei, sicut predixerat dominus: A uferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Nec illud a mysterio vacat, q[uod] illa plaga leprosa in summa mitate regiae frontis cum terrae motu accidit. Sic etenim quod infelix generatio tali fesse leprosa traditur, dicendo, Sanguis eius super nos & super filios nostros, dominus postmodum spiritu tradente, terra mota est: & deinde ad excidium gentis eiusdem Romanus orbis commotus est. Interim constat prophetæ synagogæ vna eandemque abiectione propter superbiam paucis in verbis, & per lepram regiae frontis, & per siccitatem denotasse verticis Carmelitæ. Sunt autem duo montes qui vocantur hoc nomine, alter in quo fuit Nabal Carmelitæ maritus Abigail, ad australi plaga: alter iuxta Ptolomaïdæ, marii minimes, in quo Elias propheta flexis gibus pluvias impetravit. Carmelit hunc, ubi post siccitatem trium annorum, & semiis pluvia data est, hic placet intelligi. Nec enim dubitandum est spiritum sanctum in propheta loquenter, regestâ respexit illius miraculi, quod ante annos non valde multos acciderat filii Israhel, nisi mirabiliter figura sicut & cetera fere omnia. Quid enim fuit, q[uod] Elias celum clausit, nisi quia Christus apostolorum synagogæ peccati occulit, & populo, qui illum reiecit & recessit, reliqua illis siccitate & fame audiendi siue intelligendi verbū deitatem quid est, q[uod] rursus orante Elias in vertice Carmelitæ, facta est pluvia grandis, nisi q[uod] rursus recipiet Israhel orationem dei, pluviacum salutis, cum plenitude gentium veneratur? Fanta nunc intermixta est infidelitatis siccitas, quanta merentur sceleratris, & quatuor toties hic repetita: quæ cum septem finit, illos arbitramur esse spumas, de quibus in euangelio dominus primus, cum inmundus spiritus exierit ad hominem, ita conclusit. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequitorum se, & ingressi habentes hic tantum ibi. Item, poena propter eandem infidelitatis siccitatem tanta est, quanta intelligi oportet per septem ignis vindictas in hac lectione ordinatas, poena vniuersalis, poena interminabili, secundum significationem numeri septenarij, numeri insolubilis. Quia videlicet, sicut scriberet omnia gentia, sic & vindictæ super illa generatione venerunt omnia gentia, quæcumq[ue] q[uod] sanguinem iustum fuderunt. Notandum quippe, q[uod] tantum hic in octavo loco, cum dicitur, super tribus sceleribus Israhel, non repetitur vindicta ignis, ut (sicut iam dictum est) tantummodo sit ptem finit, quo numero solet vniuersitas significari. Similiter septem tantummodo genites hic esse nominatas, quia videlicet Iuda & Israhel gens una est natura, sed schismatis divisione, ex quo scidit Hieroboam decem tribus a domo David, & a regia tribu Iuda. Ad illam maiorem scissionis partem, id est, ad decem tribus quæ vocantur Israhel, hic prophetare missus erat & idcirco ultimus posuit Israhel, quod de illo vel contra illum plura dicturus est. Septem igitur gentes, septem gentium sceleris, septemque sceleris vindictas igneas haec tenus pro posse trahimus, nunc tandem causas Israhel in iudicio domini audiamus. Præmisso, vt in ceteris, super tribus sceleribus Israhel, & super quatuor non cōuertam eum, protinus ait. Pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calciamens, qui contritum super puluerem terrae capita pauperum, & viam humiliam declinat, & filius ac pater eius introierunt ad puellam, ut violarent non men sanctum meum, & super vestimentis pignoratis accubuerint iuxta omne altare & vīnum dānatōrum bibebant in domo dei sui. Mirum fortasse cuius videatur, quod in exordio scelerum Israhel, aliud ponere maluit, q[uod] illud quo sordebat tunc tempore Israhel idolatriæ cultum, p[ro]fessum, cum præter cetera nimis graue atque irremediabile esset scandalum in vitiis, quos fecit Hieroboam, a quo peccato post illum nullus recessit rex Israhel. At vero pulchritudo & valde ordinatum est, hoc primi ponit, q[uod] vendiderit argento iustum, quia videlicet primum in illa domo peccatum hoc admissum est, q[uod] filii Iacob (qui & Israhel) vendiderunt Ioseph fratrem suum. Tunc videlicet argento iustum. Et in illa nimis venditione duplex fuit culpa, quæ & frater eorum, & iustus erat. Vendiderunt autem ei viginti argenteos. Quantum erat hoc toti fratribus pro precio fratris iusti? Cum enim decem essent ipsi venditores undecimi (Beniamini quippe duodecim), id est parvulus, non erat illic non nisi duo argentei potuerunt obtingere singulis. Bene ergo, cum dixisset, quia vendiderunt iustum argento, addidit, & pauperem pro calciamens, quia videlicet vix calceos, quod valerent, comparare sibi potuerunt singuli de p[re]cio ratæ venditionis. Hoc scelus sic incepit in illa gente, in tantum processit, ut Christus summe iustum & sanctum sanctos, Iudeos & venundari persuaderet & ipsi emerent triginta argenteos, quod videlicet precio cum referente Iuda receperissent eos, non potuerunt saltem Caiphas, pontifex illius anni, satis insigniter calciari. At vero potuerunt o[mn]is exinde discalciari, pendendo locum & gentem & glo-

IN AMOS PROPH. CAP. II. Fo. LXXXII.

& gloriam templi, qua incedebant nimis superbe calciati. Prosequens propheta. Qui conserunt ait super puluerem terræ capita pauperum, & viam humiliam declinat; Hoc facere nimis superbos est, præsertim cum manifeste prohibeat lex pauperum opprimi. Lex (inquit) primus Exod. 11 data illis, q[uod] maxime pauperes fuerat, & per misericordiam dei de Aegypto pauperatus camino exierat. Hoc fecerat ipsis Aegypti, subiugando eos operibus duris lutu & lateris, & contulerat capita ipsorum super puluerem terræ, id est, plus quam puluerem terræ. Illorum videlicet Aegyptiorum fuerat, viam humiliam declinare, quod pulchre & breuiter scriptura innuit, dicente Iohannes Genes. 48 sephi: Cum (inquit) vocauerit vos Pharaon, & dixerit quod est opus vestrum, respondebitis: Viri pastores sumus serui tui ab infantia nostra usque in praesens, & nos, & patres nostri. Hoc autem dicitis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegypti omnes pastores ouium. Nonne ergo ipsi in Aegypti conuersi sunt, conterendo capita pauperum, & declinando viam humiliam? Nempe & illud scelus apud eos in tam processit, ut Christi pauperis, & singulariter humili caput & frontem lingua iniuriosissima, nimis contumeliosa verberaret & contereret. Exempli gratia, cum diceret: Vnde huic sapientia haec, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicit Maria: & fr[ater] eius Iacobus, & Ioseph, Matth. 13 & Symon, & Iudas & sorores eius apud nos sunt? & his similia, & filius (inquit) ac pater eius introierunt ad puellam, ut violarent non men sanctum meum, & hoc nimis scelus est, & abominatione detestabilis, dñata p[ro] iustum fratrem legis dicentes: Qui dormierunt cum nouera sua & reuelauerunt ignominiam p[ro] suis filiis, morti moriantur ambo, sanguis eorum sit super eos. Hoc primus in illa genitio Leui. 20 fecisse legit Ruben, qui abiit, & dormiuit cum Bala concubina patris sui. Verum hoc parenti quoque imputari non potest, cum dicat, & filius ac pater eius introierunt ad puellam, ut violarent non men sanctum meum, quia solus filius hoc scelus perpetravit, pater autem iniuriam passus est, & ipse vindicauit. Effusus est (inquit) sicut aquilon crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Porro, scelus hoc ipsum in posteris non dubium est ex concessione, cum prævidens Esaias dixerit illis principes Sodomeos & populum Gomorrhae. Nempe nihil eorum quod fecerant Chananae, præterierunt Iudeos. Alioquin non eos euomus isleterra illa sicut & Chananaeos euomuerat deo iudice, qui ubi hoc scelus ut cetera, interdictum est, tandem ait: Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea, ne vos euomat terra, ad quam intratur estis & habitatur. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsi sum ante vos. Omnia enim haec fecerunt, & abominationis sum eas. In hoc seeleto violacionem asserit esse sancti nominis sui, quia videlicet fecerunt patrem fecerunt eiusmodi, sicut Absolon qui quoque fecerunt patrem suum Dauid, violare est non men sanctum eius, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. ¶ Et super vestimentis (inquit) pignoratis ac Deuter. 24 cubuerunt, iuxta omne altare. Nimirum pignus pauperis saltum retinere, cetera legem est. Nam in lege dominus dicit: Sinautem pauper est, non provocabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas coram deo tuo. Quanto magis scelus super vestimentis pignoratis accubare, & hoc iusta omne Duplex fecerat. Duplex namque crimen in hoc denotatur. Si turpitudine libidinis, & seruitus idololatriæ lus invenit. Intelligitur namque quod passim habentes altaria, singentes vitulorum simulachra, & adorantes Beelphegor, & coientes Ascaroth & Baalim, ceteraque deorum & deorum portenta, superibus tenderent vestimenta pignorata iuxta omnium illorum altaria, & facerent parapetasma ta, i. velamina, quo fornicate in templo nullus possit aspicere, & inebrati ac libidini servientes, etiam ipsum vinum quod bibebant, non de proprio labore, sed de calumnis emerent. Vnde & protinus ait, & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui. Hoc faciebant in phano dei sui, ut quos putabant deos, turpitudine ac stupris polluerent. ¶ Huius quoque sceleris mensura in vestimentis pauperum determinata Iudei sic impluerunt, ut saluatorē tradidit, scripturam pariter implerent, dicentes: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestimenta mea miserent fortis. Tunc vinum quoque damnationis eius biberunt, iuxta quod ipse in psalmo conqueritur, dicens: Et in me psallent qui bibebant vinum. Neque enim dubium est, seniores illos & pontifices ebrios, maximeque illa nocte paschali ebrios, cum dominum nostrum cœperissent, quasi pro victoria latentes, secundum dijones sibi inuicem propinas calices & eos, curique alacrius vinum porrexisse, quo visus fuisset properantior atque promptior minister illos, pro sacrilegia illos voluntate, ad comprehendendum illum, ad tenendum illum, ad cogere hortu

COMMENT. RVPERTI ABBATIS. LIB. III.

hortandum socios, ut caute ducerent illum, ad insultandum illum, ad congratulandum prius cibis super hoc, quasi vicitoribus magnis. Sequitur: L. Ego autem exterminauit Amorræum à facie eorum, cuius altitudo cedrus & altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus, & cōtritus fructus eius desuper, & radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti, & eduxi vos in desertum quadraginta annis, ut possideretis terram Amorræi, & suscitavi de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Nungd non ita est filii Israel, dicit dominus: Et propinabitis Nazaræos vinum, & prophetis mandabitis, dicentes ne prophetetis. Mirabilis & terribilis oppositio: Quorsum enim tendit haec pars oppositione facta exterminatio Amorræi, & altitudinis eius commemoratio, nisi ut ostendat deus selex aduerso stare, & repugnatum esse declinatiam viam humilium, & per superbiā contextus capitā pauperum, quo pro scelere arguit Israelem factum de pauperē superbum? Ego autem (inquit) exterminauit Amorræum. Vtque poterat dicere, ego autem propter suam peribiā de celo deicei diabolum. Amorræus namque amaricās interpretat, & diabolum significat, q̄ totus felle odī, & oīs nequitas semper, & incurabiliter est amarus, omnīc dulcedini diuinitatis oīno cōtrarius. Hunc talē Amorræum nimirū deus exterminauit, de terminis suis eiecit, & exterminatiōis eius immutabile tenet sinam, dicens in Psalmo: Non habitabit in medio domus mea q̄ facit superbiā. Nam ne dubites quē dicit Amorræum illū (ing) cuius altitudo cedrus & altitudo eius. Profecto illū esse diabolū alius propheta testat, dicens Pharaoni in sermone dñi, Cui filiū factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher rami & frōnibus nemorosus, excelsusq̄ altitudine, & inter condensas frondes eleuatū est cacumē eius. Et subinde cedri nō fuerunt altiores illo in paradiſo dei, abietes nō adaequarūt summitatē eius, & platani nō fuerunt æquales frōndibus illius. Ome lignū paradisi nō est assimilatū illi. Ergo hic Amorræus diabolus est, cuius erat typus illi Amorræus, quē occidit Israel, viuente adhuc Moſe, cuius & Psalmista meminit, dicēdo: Et occidit reges fortis Seor regē Amorræos, & Og regē Basan: Iſti duo reges fuerunt Amorræos, quos Moses in Deuteronomio reminiscēs: Solus (inqt) Og rex Basan restiterat de stirpe gygatū. Monstrat lectus eius ferreus, q̄ est in Rabath filiorū Ammon, nō uē cubitos hinc longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensurā cubiti virilis manus. Vt rōrumq̄ reminisci conuenit hic in uno Amorræi nomine. s. & hominis regis superbii, & diabolii omnium regis ac principis, cuius nimirū altitudo quasi cedrus fuit, imo & cedrus omnibus in paradiſo dei, id est, cunctis angelis potestatisbus altiorē se esse voluit, & fortis ipse quasi quercus, q̄a videlicet sub deo flecti, & creatori suo contempnit esse subditus. Mirabilis (vt iam dicitū est) & terribilis oppositio cū præmissō p̄ctō supbiā Israel declinatiam viam humiliū. Ego (inquit) exterminauit Amorræum &c. Per hoc enim territudine innuit, q̄ elati in supbiā infelices Iudei, in iudiciū incideret diabolus, sicut & Amorræus homo q̄ (vt iam dicitū est) typus erat diaboli, q̄. s. auferret illis regnum dei, de quo Amorræus diabolus excidit & tolleret eis locū sine terra, vnde Amorræus hō deo exterminate dispergit. Cum itaq̄ dicit, ego exterminauit Amorræum, subintelligendū est, & mutabilis nō sum, & ea quae destruxi, nō reædificabo, ita vt q̄ supbos exterminare cōsueui, vobis supbiētibus, & viā humiliū declinatibus, nūc fauere incipiā, pro eo qđ scdm carnē filij Abrahæ estis. Non erit ita, sed sicut Amorræo, id est, amaricāte diabolo, propter superbii defecto, multas mansiones in domo patris mei suscitādis de terra humiliū, reseruauit: & sicut p̄cuso hoīe Amorræo & gygatē superbo patribus vestris, cū essent pauperes & humiles terrā eis dedi, ita vobis q̄m viā humiliū declinatis, regnum dei auferet, & dabat gēti hālli faciēti fructus ei⁹, & locū quoq̄ vester terrenus & gens simul auferet. Nomē quoq̄ Amorræi, id est, amaricātis, nō ne Iudeo cōgruit, q̄ totus in felle positus amaritudinis, sicut ipse Chfus ait, & Chfus cuius opera vidit & audiuit, & deū patrē eius odit. Vtrāq̄ vindictā, vnde iam p̄fati sumus, brevibus verbis p̄ similitudinē altitudinis cedri, siue quercus selecintetare significat, cū subiungit. Et cōtritus fructus eius desuper, & radices eius subter. Fructus enim Iudei populi desuper, cōcelesta fuere dona dei, & radices eius subter, terrena fuere bona, in quibus cordis radice sit, qđ facere nō debuit, & hāc vtrāq̄ fructū dñs cōtrivit, q̄a (sicut iam dicitū est) vtrāq̄ bona p̄didit in illo Amorræo, cuius terram ad tempus posseidit, ita & fructus contritus est, pariter & radix, vt non solum terra eius tolleretur, sed & ipse ferro succideretur, & omnia posterita

IN AMOS PROPH. CAP. II. FO. LXXXIII.

posterioris eius deleri iussa est. Porro, & Amorræi diaboli tūc fructus desuper cōtritus est, q̄n de celo in hāc aerē deiectus est, tūc autē radices eius cōterent subter, q̄n de isto quoq̄ aere fūe mūdo, vbi male fructificat, imperfidoq̄ cordibus penitus euillet, & in infernū precipitabit. ¶ Vtrāq̄ bona, quæ Israhel cōulerat, quæc propter supbiā ablaturus erat, hoc modo ingratim commemorat: Ego sum (inqt) q̄ ascendere vos feci de terra Aegypti, & edui Israel & cōxi in desertum quadraginta annis, ut possideretis terrā Amorræi. Hoc nimirū beneficiū terre Iesu & ceterum est. Et suscitauit de filiis vestris prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Hoc rena dona beneficū cōeleste est, Nazaræos, i. sanctos & prophetas de illa gēte dñs q̄ multos suscitauit, q̄ fecerūt fructū regni dei. Quis hoc negare possit? Vtq̄ nemo. Idcirco fidēter interrogat. Nungd nō ita est filii Israel, dicit dñs: Scies q̄ illi rfidere nō possunt aliud, nisi quia ita est. Vtrāq̄ (sicut iam supra dicitū est) perdidērunt. s. & cōeleste dei regnum, de quo est mulieriplicitas prophetarū & Nazaræorū, id est, sanctorū, & eum, q̄ fuit Amorræi, locum terrenū. Verum illa dona regni dei, sicut nemo inuitus, nemo nisi volens amittit, ita nec illi. Volentes nimirū amiserunt, volentes repulerunt. Hoc est quod cōtinuo sequitur, & propinabatis Nazaræis vinum & prophetis mādabatis dicetes, ne prophetetis. Nazaræis nimirū, habentibus sup se cōtentiae votū, propinare vīnū, & votū reos facere, satīs pro argumento est, nullum velle habere sanctū, & prophetis mādere, vt non prophetarent, hoc nimirū erat, nō solum loqui, sed etiā agere contra spīn sanctum, q̄ loquebat per os prophetarū. Cum autē ita spernerent cōeleste dei regnum, nihilominus tūc semper possidere voluissent locum Amorræi terrenū. Profecto superbae iustitia non sic erat complacitū. Sed quid? Continuo sequit: L. Ecce ego stridebo subter vas sicut stridet plaustrum onustum sceno, & peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutē suā, & robustus non saluabit animā suā. ¶ Tenebas arcū nō stabit, & velox pedibus suis nō saluabit, & ascensor equi non saluabit animā suā, & robustus corde inter fortis nudus fugiet in illa die, dicit dominus. Mirabilis remanēt: Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum sceno, illud inuitū quod retinere non queant, illum iam sāpedictum Amorræi locum, sed trāsmigrare debet ad alium, q̄m cōtempserūt illud quod melius est dei regnum, sicut scenum succisum, plaustrum impositū ad cōburendū, eo q̄ sit aridū, & nullum ex ore celi iam possit cōciperē, vel reddere florē aut fructū. Porro, plaustrū stridēs, eo ipso q̄ stridet, & longe exultat semetipsum onere prægravatū esse indicat. Illud ergo per hanc similitudinē significare videtur, quod quādūcūtū Israel succidat, & de terra sua trāferat, taliter fiat, vt sciant gentes longe p̄ circuitū, q̄a sic eius promeruit iniqtas. Vnde ad Salomonē de huiusmodi loquēs dñs Omnis (inqt) q̄ transferit, stupebit, & fibilabit, & dicit: Quare sic fecit dñs terræ huic, & do-^{z. Parasy} mui huic? Et respōdebunt: Quia dereliquerunt dñm deum suum, q̄ eduxit patres eorum de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, & adoravatē eos & coluerunt, idcirco induxit super eos dñs omne malum hoc. Nimirū hoc est dñm quasi plaustrum onustum sceno stridere, & causas excidit vel captiuitatis illorū latere non finere. ¶ Et q̄a plaustrum tardius procedit, atq̄ idcirco citius ab insequitibus potest comprehendēti, scenumq̄ cōprehēsum facilest dispergi, aut etiā igne succendi, peribit (ait) fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam. Hæc & cetera, si ad decem tribuum, quæ tunc imminebat, captiuitatem respicimus, singula de singulis taliter intelligenda traduntur. ¶ Peribit fuga a veloce, quē Hebrae interpretantur filium Naboth intelligunt, q̄ prius in Aegyptū fugerat. Hic autem nō Hebrae, ipsos principes, sed domos eorum & sobolem accipiamus. Et fortis non obtinebit virtutem suam, Forte Baala interpretant, q̄ fuit ad bella promptissimus & robustus nō saluabit animā suam, hunc Amori sentiunt. Et tenens arcum, non stabit, de Iehu filio Namfi, q̄ Iorā regem Israel sagitta p̄cūsūt, dictū putant. Et velox pedibus suis non saluabit. Manahen intelligit, qui frustra feltingans regi Assyriorū dona direxit. Et ascensor equi nō saluabit animā suam. Hunc Phaceā filium Romelā interpretant, qui functo sibi Syro, sub rege Achaz Iudea, Regū. 17. multa vastauit. Et robustus corde inter fortis nudus fugiet in illa die, dicit dñs, solus Osee, Melior ex qui ultimus rex decem tribuum fuit, & errantem populum ad dei cultūm reuocare conat, positiū est, quasi nudus egredieb̄ de incendio. Nudū autē vocat, q̄a sub ipso decē tribus captiū sunt. Hoc Hebrei auturant, ait beatus Hieronymus. ¶ Cæterum si ista quoq̄ referre cū primus ad tempus illud, quod prophetae prospiciēs in initio dixit: dominus de Syon rugiet & de

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

& de Hierusalem dabit vocem suā, s. ad tempus euāgelicā p̄dicationis, qđ extrema subſuta est captiuitas illitus populi, cōcētus ille pharisaicus siue iudaicus recte cunctis denotat nominibus istis, ille nāq veraciter & pro vera similitudine, peccatis exigētibus meret sc̄num dicis falso autē & pro vana suimet aestimatione velox, fortis, robustus, tenens arcum, velox pedibus suis, ascensor equi, & robustus corde, ad tēpus potuit videri. Vnde notādi
 & consideratiōe dignū est, q̄a quoties hic malū eis intēctat per enuntiatua verba h̄ec, si
 debo subter vos, peribit fuga, nō saluabit robustus, nō stabilit n̄s arcū, non saluabit velox, nō saluabit ascensor equi, fugiet robustus corde totidē vid
 bus, id est, octies. Væ generationi illi, inclamat dñs nōs: Væ (inqt) vobis scribæ & pha
 tra scribas, risē hypocritæ, q̄ claudit̄ regnū celorum aī hoīes: væ vobis scribæ & pharisa
 ita, q̄ comeditis domos viduā, ofrone longa orātes: væ vobis scribæ & pharisaei hypocri
 ta, q̄ circuitis mare & aridā, vt faciat̄ vnū profelytū: væ vobis duces cæci, q̄ dicitis, q̄cūq̄ iurā
 uerit per templū, nihil est: q̄ aut̄ iurauerit in auro tēpli, debet: væ vobis scribæ & pharisa
 hypocritæ, q̄ mundatis qđ deforis est calicis & parapsidis: intus aut̄ pleni estis rapina & m
 unditia. Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, q̄ similes estis sepulchris dealbatis, que
 à foris apparet̄ hoīibus speciōs: intus vero plena sunt oīsibus mortuōs & om̄i spuria
 Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, q̄ edificatis sepulchra prophetarū, & ornatis mo
 numēta iustorū. ¶ Ecōtra respicēt̄, quia totidē, i. octo vicibus sanctos suos beatifica
 idē dñs: Beati (inqt) pauperes sp̄i: Beati mitēs: Beati qui lugēt̄: Beati qui esurūt̄ & fitūt̄ iu
 sticiā: Beati misericordes: Beati mūdo cordes: Beati pacifict̄: Beati qui p̄secutionē patiūt̄
 propter iusticiā, Ite, dānatiōis infeliciū quoī verba sunt supiū digesta, stridebo subter vos
 &c. totidē, i. octo beatitudinis sanctiorū p̄dicatiōes sunt, qm̄ ipsorū ē regnū celorum, qm̄ ip̄i
 possidebunt terra, qm̄ ip̄i consolabunt̄, qm̄ ip̄i saturabunt̄, qm̄ ip̄i misericordiā conseq̄ue
 tur, qm̄ ip̄i deūnū videbunt̄, qm̄ siliū dei vocabunt̄, qm̄ ipsorum est regnum celorum.
 Octonarij numeri my sterium.

Otonarij numeri my sterium.

Oto bea titudines. March,

¶ Nec frustra & hic numerus octonarius in remuneratione p̄iorum, & illis in damnatione
 considerat̄ impiōs, quia videlicet vtrāq̄ pars octaua mundi estate consummabit, & tunc
 manifeste scietur, quia iudicia dñi iusta & vera sunt, nec ex parte, vt nunc sed integrē co
 gnoscet̄, q̄ vero iudicio fiat vel factum sit illud, quod haec tenuit̄ itidem octo vicibus aī
 non conuertam eum, quae summa trium & quatuor scelerum vindicta est.

FINIS LIBRI I. IN AMOS.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN AMOS PROPHE
tam commentariorum liber secundus.



Prouer. 27

Platios

Agna valde, & nihilominus iusta iudicia domini maxime circa ḡ
 tem Israeliticam admiranda sunt, quia videlicet gens illa, sicut pro
 parte electorū cunctis insignior, ita pro parte reproborū, cunctis
 coram deo & coram hominibus facta est vilior, damnata tā in pr̄
 senti q̄ in futuro seculo: & h̄ec iudicia sunt quidem digne admittā
 da, sed non nimis importune scrutanda. Scriptura est enim: Et qui
 nimius scrutator est maiestatis, opprimeb̄ ab ea. Quis porro nimius
 scrutator maiestatis est iudicandus, nisi qui extra q̄ debet, mai
 estatē scrutat̄? Certus q̄ p̄p̄ est locus in quo tātummodo illā scrutari
 nobis conceditur, qui videlicet locus sancta scriptura est. In illa & per illam tātummodo li
 cere nobis iudicia domini scrutari, Psalmista testatur, cum dicit: In labijs meis pronunciā
 vi om̄ia iudicia oris tui, addendo nāq̄ oris tui, contentum se esse indicat authoritate vele
 stimonio scripture sacræ, quam vtique locutum est os domini, & quis extra illam iudicā
 domini scrutatur, nisi qui proprij cordis suspicionem testatur? Talis vtique scrutator mai
 estatis nimius est, vnde & op̄p̄sus ab ea, diuersas & cōtrarias incurrit h̄ereses, Contēti
 competi

IN AMOS PROPHE. CAP. III.

Fo. LXXIII.

competenti loco mentem benevolam, aurem q̄ attentā diuinæ authoritatis vocibus accō
 modemus. Quæ profecto de oraculo sancti sp̄i cū admirāda subtilitate taliter proferunt̄.
 ¶ Laudite verbum quod locutus est dñs super vos filii Israel, super omnem cognitionem,
 " quam eduxi de terra Aegypti, dicens: Tantummodo vos cognoui ex om̄ibus cognatiō
 " nibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniq̄tates vestras. Nunquid ambulabunt duo
 " pariter, nisi conuenierit eis? Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit pr̄dām? Nunquid das
 " ut catulus leonis vocem suam de cubili suo, nisi aliqd apprehēderit? Nunquid cadet avis
 " in laqueum terræ absque aucupē? Nunquid auferetur laqueus de terra, ante q̄ quid cæpe
 " urit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Si erit malum in ciuitate, quod
 " dominus non fecit? Quia nō faciet dominus deus verbum, nisi reuelauerit dominus secre
 " tum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis nō timebit? Dominus deus locutus
 est, quis non prophetabit? Dic̄ta hæc vere clarissima & valde splendida sunt, sed splen
 dor & claritas eoz propterea minus lucet, quia nostram caliginem patimur, & a nimia cla
 ritate lippientes oculi reverberantur. Quod si sensum eoz, ipso aspirante cuius dicta sunt,
 aliquatenus consequi meruerimus, profecto iudicia dñi non solum humiliiter, verumetā
 scienter laudare poterimus. Audite (inqt) verbum quod locutus est dñs super vos filiij Is
 rael. Magna dicitur iste, pauloante Thēcūtes pastor, & statim coelestis rhetor, compe
 tener attentum, postulat auditorem, & hoc agit cum commemoratione magni & noti
 beneficij, dum p̄missio audire verbum quod locutus est dñs, subiungit, subper omnē cō
 gregationem quā eduxit de terra Aegypti. Scit nāq̄, q̄a maxime beneficū commorā
 do debet hoc effici, vt auditores, q̄ iam poterāt esse attenti, sint etiā benevoli. Locutus est
 autem dñs, dicens, tantummodo vos cognoui ex oībus cognitionibus terræ, idcirco visita
 bo super vos om̄es iniq̄tates vestras. Nam ad istā dñi locutionē Israel impenitēs, non tñ
 impunitus se ē in sua poena erigit, & de ipsa poena, quā dissimilare vel abscondere nō p̄t tensio ludę
 culpā adhuc defendit, & gloriabit̄ dicit. Idcirco nos tñ p̄e cæteris gentibus a deo cor orū in pla
 ripinū, ducti in oīs gentes captivi, q̄a nos solos p̄rē cæteris gentibus diligunt, sicut ipse in ḡis,
 propheta dicit: Tantummodo vos cognoui ex oībus cognitionibus terræ, idcirco visita su
 per vos oīs iniq̄tates vestras. Non em̄ sicut in alijs natōibus dñs patiēter expectat, vt peccatis no
 stris finē deuolutis, tūc demū in nos vindicit. Hoc modo semetipsos corpē & animā ca
 ūtētio de
 p̄nū consolant̄ adhuc, sed vere frustra, q̄dū impenitētes sunt, neq̄ p̄ctō abrenunciāt̄ pro corr̄ipēt̄
 quo puniūt̄. Quo em̄ corr̄ipiendo deus, quo visitaō iniq̄tates tendit dñs, nisi vt flagellis
 cōmonitus peccator, p̄ctō agnoscat, veniamq̄ preceſt ad meliora cōuersus? Illud oīno in
 tendit, vt p̄ctō in quo displicuit deo, displiceat etiā fibi. Quod si adeo rebellis est & duræ
 ceruicis, vt flagellādo id effici nō possit, tūc demū nō iam vt pater pius, sed vt iudex iratus
 cōtumacē foras mittit & abiicit, nullo modo cōuenientē vel cōsentientē fibi. Hāc intētio,
 nem suā deus notā ēsse volēs, post aliqua in hoc eodē propheta dicit. Vnde & ego dedi
 vobis stuporē dētū in cunctis viribus vestris, & indigentia panū in oībus locis vestris, &
 nō estis reuersi ad me &c. Igit tātis oppresiū malis ille populus, nō est vnde se cōfletetur,
 dum de poena nequaq̄ ad correctionem erudit̄. ¶ Et q̄a fibimet in hoc blandit, quod dicit Israel dūr
 dñs, tantummodo vos cognoui ex om̄ibus cognitionibus, s̄eu priori sensu hoc idē in ipsum usū puniri de
 taliter retorquendū est. Ita vos cognoui (ait dñs) ex omnibus cognitionibus, vt cognitione ber
 re gentes
 mei vos habere facerē, dādo vobis legē scriptā, quā ceteris non dederā nationibus. Est aut̄
 dignū, vt seruos sciens voluntatē dñi sui, & non faciēs, digne plagi vapulabit multis, ne
 sciens autē, plagi vapulet paucis. Igit visitabo super vos om̄es iniq̄tates vestras instantē
 Luc. 12
 iudicio, remota misericordia, tanta cum s̄eu erit, vt ne saltem commonitorū vobiscum
 sermonē conferre libeat. Quod si adhuc queraris, ecce hoc ipsum q̄ rationabile fit, per hoc
 simile intimo cuilibet aurī audiēt̄. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi cōuenierit eis?
 Vtq̄ dicitis mihi: Non. Ad hæc inquāt̄ Nos duo sumus, ego qui arguo vel corr̄ipio de
 us, & Israel qui corr̄ipit, nimisq̄ non conuenit nobis, quia me corr̄ipientē deū correptus Is
 rael non audit. In hoc nobis nimium disconuenit, quia ego arguo, ille si defendit. Ecce tot
 anni sunt, & tot reges fuerunt, ex quo Hieroboam vitulos aureos fecit, mis̄i prophetas, &
 nullus consensit, nullus em̄ regum a peccatis Hieroboam recessit, Irē, & per memetipsū
 veni, at

COMMENT. RUPER. ABBAE LIB. II.

veni, arguens & corripiens deus homo factus. Vos autem iustificatis vos coram hominibus & cum sitis infirmi, dicitis medico, non es tu nobis necessarius. Igis non pariter aribulabimus, sed & Israel in Assyrios, & Iuda in omnes gentes ductus captivus, nulla per prophetas aut predicatores aliquos mei confabulatione dignus iudicabis, quia scriptum est: Ne effundas servis Ecc. 32 Leo deus, monem vbi non est auditus. Quod si & adhuc simile vel exemplum queritur: Ecce aliud. Nunquid præda, et si rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædatum? Leonis quippe natura est, quod diu prædatum non inueniatur, silere, inuicta autem præda, rugire, ut quodcumque illud sit animal, rugitu tremefactum & attonitum concidat, & in prædatum fortiori non tam patienter quam impotenter cedat. Porro, leo per similitudinem deus fortissimus est, cuius ira reficeret nemo potest. Præda vero eius est, omnis electus, qui vobis sit, quoniam ad vitam est prædestinatus, ab ipso deo regis, ut ad vocem eius, sive per angelum, sive per prophetam, sive per scripturas auditam ille contremiscat, diemque iudicis vel poenitentiae pauescat, totus humiliter succumbat, penitentiam apprehendat, sive in parte eius cedat, ut unus cum eo spiritus fiat, bene deuoratus, iuxta illud: Macta & mæduca. Igis quod ait: Nunquid rugiet leo in saltu nisi habuerit prædatum? id est ac si dicat: Nunquid dignus deo est, illic verba facere vel illuc prophetam mittere, vbi scit non esse quemque dignum vitam æternam? Ad quod cum ratione exige responderis: Non, consequenter, ut iustum est, concedas esse dei iudicium, in eo quod clauditur Israeli ora prophetarum, nullumque super eum suam prædictioem emitunt rugitus. Hoc ipsum & in suis Christi scilicet aduentu attedit dei filius. Vnde & sequitur: Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehederit? Catulus leonis Christus est filius fortissimus dei fortissimi, secundum illud patriarchæ Iacob: Catulus leonis Iuda, ad prædatum filii misericordia ascendit. Cubile eius sepulchrum eius existit, de quo idem continuo subiungit: Requiescens accubuitus ut leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eum? Vox quam dedit iste catulus leonis de illo suo cubili, evangelij prædictio est, quia cunctis gemitibus auditam fecit, postquam de illo cubili, id est se pulchro exiliuit, resurgendo ex mortuis. Ait ergo: Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehederit? Ac si dicat: Nunquid euangelium suum illis gentibus vel illis in locis praedicabit, aut predicari iubebit, vbi nullum sciat esse quod ad se pertineat, & suscipere debeat gratiam prædictioem? Non vitique, imo tacebit, & predoctores suos illic vocem dare prohibebit. Hinc enim de ipsis predoctoribus scriptum est: Transeuntes autem Phrygiæ & Galatæ regio nem, vetiti sunt a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Myria, etiabant ire Bythiniæ, & non permisit eos spiritus Iesu. Ibi ergo vel eo tempore vocem dat iste catulus leonis, vbi vel quoniam nouit inuenientium esse quod apprehenderit, id est, aliquem qui credidet falsum fuit. Vnde igit ibidem scriptum est: Cum autem pertransirent Myria, ascenderunt Troadem, & visio per noctem Paulus ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum dicens Transiens in Macedonia adiuvua nos. Ut autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedonia, certi facti, quia vocasset nos deus euangelizare eis. Inter ea notandum est, quod peccati versiculo, cum dicit: Nunquid rugiet leo, signanter additum in saltu, & tunc demum subiungit, nisi habuerit prædatum? Quod itidem subaudiendum est, in hoc sequenti versiculo cum dicit: Nunquid dabit catulus leonis vocem suam, videlicet in saltu? Quid enim per saltum intelligi oportet, nisi multiplicitate generis humani, quæ super numerum crevit, cuius abundat tota sylvestris & sterilis est? Leo quippe sive catulus leonis non saltu, sed in saltu aliquod apprehendere querit, id est, deus sive Christus dei filius non illos, quorum ut nasceretur causa peccatum fuit, sed tatum filios benedictionis per legem sive per euangelium suum requiri fuit, & requirit, & vbi vel quoniam requirere debeat, vel quoniam illi sunt, ipse nouit. Quos autem dicimus filios benedictionis? Nam illos quos creatis primis hominibus benedicendo iussit nasci, sicut scriptum est: Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiugite eam. Solos nimis electos suos tunc iussit nasci, & nisi per misericordiam nasci, soli nati fuissent vel nascerent electi. Quicunque nascuntur super numerum electorum, ut nascentur, propter peccatum fit, & peccatum causa est multiplicitas eorum, sive multiplicitas, quia videlicet propter peccatum mulier dñs dixit: Multiplicabo eternum tuas, & conceptus tuos. Ista multiplicitas coram leone isto, sive catulo leonis quidam saltu est, in quo devoluti sunt, & dispersi errauerunt oculi electi dei, ut non possint inueniri vel discerni, nisi magna vigilancia requisisset eos deus, vel filius dei, tanquam famelicus leo, vel ut esuriens catulus leo.

Saltus sup-
excrescens
numerorum ho-
minum

Filiis bene-
dictionis,
Gene. 1.10

Gen. 3

IN AMOS PROPHE. CAP. III. Fo. LXXXV,

nos terræ sanctæ. Hæc Hebreorum opinio nimis angusta est & tenuis, nec altitudinem attingit diei dñi, sed nec ad tempora Romani pertinet in imperio, sub quo multo magis va illis fuit quam sub Assyriorum siue Chaldaeorum, Persarum & Macedonum regnis. Res feramus ergo cum hæc ad diem dñi, ad aduentum domini. Nam terror maiestatis eius leoni & virus non incognitus potest assimilari, praesertim cum Hieremias in lamentationibus primis tensus & cili clamauerat & rogauerat, exclusus oratione mea, conclusus vias meas lapidibus quadris, semitam meam subvertit, continuo subiunxit. Virus insidians factus est mihi, leo in absconditum. Itaque cum dicit, quod si fugiat vir a facie leonis, & virus occurrat ei, in utramque similitudinem diem intelligimus domini, primum & secundum aduentum domini. Nam in primo aduentu suo tanquam leo super illos venit. Denique occisus quidem est velut agnus, & non aperit os suum, sed tanquam leo resurrexit, & in omnem terram rugitum dedit, unde & in exercitio hic idem propheta dixit. Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam. A facie leonis huius tunc quidem fugerunt, sed non effugerunt nam fugere volentibus occurrit siue occurret virus, id est, ineuitabilis terror secundum aduentum, & merito talis virus illis occurrit, quam fugerunt a facie leonis. Debuerant namque potius coram illo leone proster nitid est, agere penitentiam ad prædicacionem euangelij Christi. Sicut enim leo prostrato parceret dicitur homini, sic parcerit Christus peccatori penitentiam agenti. Fugerunt ab eo tanquam rebelles & increduli, & fugiendo exierunt de domo domini, de ecclesia sanctorum dei, illo insequente, & vindictam exigente eius, qui effusus est super terram, omnis sanguis nisi iusti, sicut significavit eis, quando facto flagello de funiculis vendentes & ementes oculum de templo eiecit. Ita fugientes ille leo insequitus est, & virus occurrit, dum & sicut prænuntiaverat dicens: Erit enim pressura magna super terram & ita populo huic, venientibus Romanis ceciderunt in ore gladii, & in omnes gentes ducti sunt captivi, & quod futurum est, videbunt in quem transfixerunt, & de angustia auolare non poterunt. Intercedit dum inter leonem & virus, id est, inter iram primi & iram secundi coartantur aduentus, siue diei domini, ingrediuntur domum, & innituntur manu super parietem, confidendo in cærimonias carnalibus, & patronum se putantes habere Mosen. Nam super illum quasi super parietem manu innituntur, dum circuncidendo & sabbatizando in Mose gloriantur, sicut auribus nostris eos factantes frequenter audierunt. Hoc sciens dominus, est quod accuset vos (ait) Moses, in quo vos speratis Nimirum spes illa non vera spes sed diaboli deceptio est. Iacobus in quo dixisset: Speratis Nimirum spes illa non vera spes sed diaboli deceptio est. Iacobus enim presumet & Antichristus hoc secundo seducet, & in futuro diabolus cruciare non desinet. His dictis protinus in clamando percunctatur & dicit. Nunquid non tenebrae dies domini & non lux, & caligo & non splendor in ea? Acritet interrogat, districte percunctatur, sciens quia negari non potest quod predixerat, dies domini ista tenebrae & non lux. Sciens (inquam) confusionem esse tenebrosum, caliginosum, confusum, nullaque splendore confusum lucem, ubi dum leo fugitur, virus occurrit, & dum tertius declinatur, adeo mordet eum coluber. Et bene percunctatio acrimoniam vimque geminavit, verbis paululum diversis, dividendo. Tenebrae & non lux, caligo & non splendor. ¶ Nunc (sic ut iam ante diximus) dies domini, non vnum, sed duoties aduentus domini non vnum tantum sunt, sed duo: alter quod iam venit, alter sine dubio quo venturus est. Vterque Iudeus incredulus prouenit in iudicii damnationis, in damnationem cœcitatibus. Nam de primo, in iudicii (inquit) ego veni in hunc mundum, ut qui non videant, videant; & qui vident, cœciant. Et Apostolus: Cœcitas (ait) contigit in Israel & dedit illis spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant. Et in Esaiam: Excœca cor populi huius, & aures eius agrava, & oculos eius clade. Itē: Misericordia vobis dominus spiritum sapientias, & claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros qui vident visiones, operiet. Et multa his similia. Porro de secundo aduentu post multa dicit. Et suspicet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebrae, dislocationes, angustiae, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. Recte igitur non contenus fuit, semel dixisse. Nunquid non tenebrae dies domini & non lux: sed repetivus, & caligo & non splendor in ea: quod videlicet in tertio die siue aduentu domini, cum exteriori angustia tribulationis, intus habet tenebras confusionis, & in tertio obscurant oculi eius ne videantur, in tertio sit via illo tenebrae & lubricum. Sequit, Lodi & proeci festivitatem vias, & non

Ledo pstr
ti homini
parcit,

Iohann. 7

Lucas. 21
Zacharias. 14

Ela. 8

Iohann. 9

Duo adut
tus dñi, lu
dæs repro
bis vterq
in dānati
nem

Ioh. 9

Rom. 14

Ela. 6

Ibidem. 29

COMMENT. RUPER. ABBA LIB. III.

& nō capiam odorē cœtuum vestroꝝ. Quod si attuleritis holocaustomata & munera vēstra nō suscipiam, & vota pinguiū vestroꝝ nō respiciam. Aufer a me tumultū carminū tuorꝝ, & cantica lyræ tuæ nō audiā. Et reuelabit̄ quasi aqua iudicij & iustitia quasi torrēs fortis. Secundū sensum quē a pariete paulo ante habuimus. Vbi dixit, q̄ innitentē manu mordeat eū coluber, ista satis cōgrue subiungūtur. Nam sicut illic diximus, paries, cuī innituntur carnales cœrimonias sunt. Quō aūt staret siue innitentem super se portaret paries festiuitat̄ quas deus odissit. Odi em̄ (inquit) & nō solū odi, verū etiā projeci festiuitates vestras. Recte ergo & nō sine magno mysterio Paulus, cuī staret in concilio Iudeorum pro te rōnem reddes, & princeps sacerdotū Ananias p̄ciperet astabūs sibi, percutere os eius, tunc dixit ad eū. Percutiat̄ te deus paries dealbat̄. Cūq̄ qui astabā dicerent, summū sacerdotē dei maledicis. Nesciebas (inquit) fratres, quia princeps sacerdotum es. Vere em̄ nesciebat, neq̄ scire volebat aut debebat, q̄ princeps ille sacerdotum esset, cuius sacerdotiū secundū prophetiā hanc odissit & projecisset, eo q̄ esset paries, sup quē q̄ in niteretur manu, morderet eū coluber. Necdū vero percussus erat, itabatq̄ adhuc paries illius sacerdotiū dealbatis; vt pote stante templo pulcherrimo, solitaq̄ religione turbis locum frequentantibus atq̄ cōcelebrantibus, sed postmodū futurū erat, vt per arma Romanorum percuteret et atq̄ deleret eū deus. Ita paries ille percussus ex tūc neq̄ dealbatis, neque superinductus est, vt gloriā pristinā recuperaret. Vnde postmodū hic idem prophetā dicit. Hac ostēdit mihi, & ecce dñs stabat lūp̄ muꝝ litū, & in manu eius trulla cemētarij. Et dixit dñs ad me. Quid tu vides Amos? Et dixi, trulla cemētarij. Et dixit dñs ad me. Ecce ponā trullam in medio populi mei Israēl, non adiçiam vltra super inducere eū. Cuncta hæc q̄ nūc reprobat dices. Odi & projeci festiuitates vestras, & nō capiam odorem cœtuum vestroꝝ, holocaustomata & munera vestra nō suscipiam, & vota pinguiū vestroꝝ nō respiciam, aufer a me tumultum carminū tuorꝝ, & cantica lyræ tuæ nō audiam; cūq̄ (inquam) hæc, dum adhuc starent & celebrarent, paries superinductus erat & dealbat̄ nunc aūt palam est, quia profecit ea deus. Odisse aūt & prohcere & non adorari, humana dicitur similitudine, vt nos effectū dei nostris sermonibus cognoscamus. Notandum in terea qualiter dixerit, q̄ si attuleritis mihi holocaustomata vestra & munera vestra, non suscipiam. Mihi dixit: Nō vitulis, quibus sacrificabant in Bethel & in Dan. Hoc aduersus Iudaicā dicimus defensionē, qm̄ illi dicunt, idcirco sic dei loqui & dicere, odi & projeci festiuitates vestras, &c. quia tunc tēporis sacrificabant vitalis quos fecerat Hierobol. Et pulchre dicit: Aufer a me tumultum carminū tuorꝝ, & cantica lyræ tuæ nō audiam, videlicet cantica leuitaḡ, quibus laudabant dñm, tumultum vocās, sonitumq̄ confusum, quia nō est pulchra laudatio in ore p̄ctōris. His dictis quibus reprobationē manifeste denuntiat illius populi siue carnis ludaicā, nō ab re continuo subiungit, reuelabit̄ quasi aqua iudicij, & iustitia quasi torrēs fortis. Veraciter nāc reuelatione indiget, nec ab alio intelligi potest profunditas huius iudicij, q̄ sic iudicat̄ & sic factū est, vt fractis (sicut iam supra diximus) naturalibus ramis, infererent alii bonæ radicēs (inqua) ab alio p̄t inelli gi, nisi ab illo cui deus per sp̄m suum reuelare dignatus sit. Vnde Āpostolus, cum de ha re diu disputasset, tandem si exclamauit: O altitudo diuinitati sapientiæ & sciētiæ dei, q̄ inco prehensibilis sunt iudicium eius, & inuestigabilis viæ eius. Nō ab re ergo (vt iam dixi illi) Et reuelabit̄, inquit, quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrēs fortis, quia videlicet sicut aqua latente quidē habet originē, sed cursum manifeste & cōspicabilem, sic profunditas iudiciorū dei incoprehensibilis quidē est, sed ex multis rebus apparentibus cognoscitur, q̄ iudicium eius omne iustum est. Et bene cū dixisset, reuelabit̄ quasi aqua iudicij, addidit, & iustitia quasi torrēs fortis: hæc videlicet innues, quod iustitiae siue iusto iudicio dei nullus resistere, nullus faltem respondere possit: quēadmodum idem Āpostolus de hac ipse concertans, cū p̄misiisset: Dicatis itaq̄ mihi, quid ergo adhuc quæritur, voluntati ē eius quis resistit, repente iusta cum indignatiōe et clamauit: O homo, tu quis es qui resp̄ deas deo? Nunquid dicit figuram ei qui se fixit, quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus lutū, ex eadē massa facere aliud quidē vas in honore, aliud vero in cōtumeliam? Recte igitur vtrūq; dixit. Et reuelabit̄ quasi aqua iudicij, & iustitia quasi torrēs fortis, quia videlicet sanctæ scripturæ authoritas, quæ vbiq̄ iustitiam dei defendit, & proclam̄

Sacerdos
Iudaorū
protectus
Acto. 23

Paries de
albatus,

Infra. 7

Projectio
Iudaicā
cœrimonias
rum,

Ecccl. 15

Roma. 12

Roma. 9

IN AMOS PROPHE. CAP. VI.

Fo: XCVI

cem inquisitorē proterre respondentē fortiter repellit, & humiliē auditorem aliquantula revelatione suauerat instruit, quēadmodū idē ap̄lus, vbi reppulit hominē protervū, dicēdo. O homo tu q̄s es q̄ resp̄ōdes deo: cōuerſus ad humiliē auditorē, blandius loquit illi dicens. Quod si volens deus ostēdere iram, & notā facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia yasa irā apta in interitū, &c. Nimis ad eandē iudicij vel iustitiae reuelationē pertinet id qđ sequit̄ in isto propheta, cū deus ip̄s percunctat̄ & dicit. L. Nunquid hostias & sacrificiū obtulisti mihi in deserto quadraginta annis domus Israēl? Statimq̄ subiūgit. Et portasti tabernaculum Moloch vestro & imaginē idoloꝝ vestroꝝ, sydus dei vestri, quæ fecisti vobis. Et migrare vos faciā trans Damascū, dixit dñs deus exercituū non men eius. Hoc (inquam) ad reuelationē pertinet iudicij vel iustitiae dei. Per hæc nāc multū excusat̄ de⁹, q̄ nō iniuste populu illū proiecerit, vel q̄ nō mutabilitate animi vobis sit, & nouo consilio in eo q̄ taliter gentem reliquerit, quā olim bonis exigentibus meritis Exod. 19. sibi pecuniarē eligerit. Nunq̄ em̄ cor illoꝝ cū rectū fuit (ait psalmus) nec fideles habi Psl. 77. tisunt in testamēto eius. Inde illos cōuincit sub interrogatio dicendo, Nunquid hostias & sacrificiū obtulisti mihi in deserto quadraginta annis, &c. Ergo nobis q̄c iudicij & iustitiae dei in hac seueritate, qua naturalibus (vt superius iam dictū est) ramis nō pepercit. Recurramus apertis oculis ad illa tempora, ad q̄ nos per presentia dicta remittit. Egrediſi de terra Aegypti, transitio mari rubro, statim fecerit caput vituli conflatis, & ei prius altare fecerit, q̄ deo, prius holocausta & hostias pacificas illi obtulerūt q̄ dño. Adiuc etiā Moſes in monte cum deo loquens, de tabernaculo constructione, & cōstituendo sacrificiōꝝ ritu instruebat, & inter moras illas fecerunt hoc scelus: & tunc quidem Moſes, quasi vī dicā aliquam fecit, dicendo, ponat vir gladiū super foemur suum, ceciderūtq̄ in die illa quasi viginti tria milia hominū: sed illa nō fuit vindicta vel sententia dñi, neq̄ em̄ dñs hæc fieri iussit, sed Moſes bono zelo districte p̄ius, pie distristus iram dei præuenire acceleravit, vindictam dei penitus autere conatus est. At ille sciens, q̄ nō cessarēt ab huiuscemo di peccatis illa, quam fecit Moſes, vindicta cōtentus esse noluit, sed dixit. Ego aut̄ in die vltimis visitabo & hoc peccatum eoḡ. Itē: Populus duræ certiuis es, semel ascendā in medio tui, & delebo te. Cum ergo p̄missio, & reuelabit̄ quasi aqua iudicij & iustitiae quasi torrens fortis, subiungit. Nunquid hostias & sacrificiū obtulisti mihi in deserto quadraginta annis? Satis excusat̄ se esse vult, q̄ non nouis pro causis mutato animo nouā sentiam quæ fierit vel dederit in refectione illius populi. Et vt competenter sermo sequēta coniungat̄, cū dicit. Nunquid hostias & sacrificia obtulisti mihi, subaudiendū est, nō, sed vitulo quem fecisti: ac forte legendū. Sed portasti tabernaculum Moloch vestro, & imaginē idolorum vestrorum, sydus dei vestri, quem fecisti vobis. Et est sensus. Moſes quidem arripiens vitulum quem fecisti, combusit & contrivit vīcū ad puluerem, sed vos in cultu idololatriæ perseuerastis, & illas vobis figuræ propoſiſtis, quas confringet, vel celestes esse negare non posset, id est sydera celi. Hoc respiciē Stephanus pro thomarty, cum dixisset, & vitulū fecerūt in illis diebus, & obtulerunt hostia simulachro & letabuntur in operibus manuum suarum, continuo subiunxit. Conuertit autē deus, & tradidit eos seruire militiæ celi, sicut scriptū est in libro prophetarum. Nunquid victimas & hostias obtulisti mihi, &c. Qualis autem illa conuersio fuit, qua deus illos ita conuertit? Nunquid hæc tota fuit intentio dei vel Moſis vitulum confringentis, vt non formam vituli, sed potius militiam adorarent vel sydera celi? Nam cum dixisset hic, & portasti tabernaculum Moloch vestro, & imaginē idolorum vestrorum, quæ fit ipsa imago vel idolum, sequenti sermone demonstrauit, dicendo, sydus dei vestri, in est luciferi, quē huc vīcū venerantur Sarracēni. Qualis ergo illa conuersio fuit? Nimirum dolenda & longe diversa ab eo quod deus intendebat. Idēn enim est ac si dicat. Deus quidē vel Moſes, confringendo vitulum, hoc intendit vt potius conuertentur ad adorādū sydera celi, ad portandum non tabernaculum dei, quod Moſes fecit ex p̄cepto dei, sed tabernaculum Moloch, id est, regis sui, scilicet luciferi, quem honorabant vt deum, nūcupantes eū regem suum. Ex eo tempore omnia quæ fecerūt, non deo, sed idolis fecisse monstratur. Nam quod postq̄ vitulū fecerūt, quædam domino legitimis eos obtulisse, non volūtate, sed pēnā, metu fecerunt, & eorum interficiōe, qui propter idola corruerūt. Renelatū est et

Exod. 33.

Acto. 7

Deus exer-
cium.

CAP. VI.

Mira in la-
ris literis
eloquentia.
Psal. 57

August. de
doct. chris-
tiana. 4.
cap. 7

Artificiū
eloquentiae
in hoc pro-
presa.

est ergo iudicium, videlicet illi qui attendunt in scripturis merita regni precedentium, & idcirco migrare (inquit) vos faciam trans Damascum, id est, in Babylonem ducemini, quod utique vobis secundum situm terrae est trans Damascum. Hoc dixit dominus haec facere proposuit ac preservavit. Deus quis vel qualis dominus? Vultis scire nomen eius? Deus exercituum nomine eius. Et quod ob causam presenti loco tali nomine illu[m] nuncupari decuit? Videlicet quia multis iudicio vel similitute sive famulantes habet exercitus, ut suos contra vos sermo[n]e compleatur. Habet exercitus Assyriorum atque Chaldaeorum habet exercitus Medorum atque Persarum, habebit exercitus Macedonum sive Graecorum, habebit exercitus Romanorum; per quos utique manifestum ostendetur mundo de vobis agetur iudicium, & tunc vobis va[re]t. Sequitur enim. LV[er]e vobis qui opulentis estis in Sion, & confiditis in monte Samariae, optimates capitula populorum ingreditur pompatice dominum Israel. Transite in Calamne & videte, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palestino, & ad optimam quemque regna horum si latior terminus eorum est. Qui separati estis in die malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris. Qui comeditis agnus de grege, & vitulos de medio armanti. Quod utique sex membra tres bimembres circuitus ediderunt. Non enim ait, quod separati estis in die malum, quod appropinquatis solio iniquitatis, quod dormitis in lectis eburneis,

eburneis, qui lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, qui vitulos de medio armanti. Quod si ita dicatur, esse quidem & hoc pulchrum, ut ab uno pronominis reperito omnia sex membra decurrent, & pronunciantis voce singula finiatur; sed pulchritus factus est, ut idem pronominis essent bina subnexa, quod tres sententias explicaruntur: vnam, ad captiuitatis prænunciationem, qui separati estis in die malum, & appropinquatis solio iniquitatis; alteram, ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris; tertiam, voracitatem vero tertiam pertinentem, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armanti; ut in potestate sit pronunciantis, utrum singula finiat, & membra sint sex, an primum & tertium & quintum voce suspendat, & secundum primo, quartum tertio, sextum quinto connectendo: tres bimembres circuitus decetissime faciat, unum quo calamitas imminens, alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga mensa monstratur. Deinde luxuriosam remordet aurum voluptatem, ubi cum dixisset: qui canitis ad vocem psalterij (quoniam potest exerceri sapienter a sapientibus musicali) mirabilis decor est dicendi, inueniens impetu relaxato, & non ad illos, sed de illis loquens: Ut nos musicam sapientis a musica luxuriantis distinguerem, non ait: qui canitis ad vocem psalterij, & sicut David putatis vos habere vasa cantici, sed cum ad illos dixisset illud quod luxuriosi audire deberent, qui canitis ad vocem psalterij: imperitiam eorum alii quoque quodammodo indicauit, adiungens, sicut David putauerunt se habere vasa cantici. Bibentes in phialis vini, & optimo vinguente delibuti. Tria haec melius pronunciantur, si suspenso duabus prioribus membris, circuitus tertio finiatur. Nam vero quod his omnibus adiicitur, Et nihil patiebatur super contritione Ioseph, miro decore dictum est. Non dixit, nihil patiebantur super contradictione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, ut quicunque frater proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, vel in malis que pendit, vel in bonis que rependit. Haec de pulchritudine literarum presenti loco dicta sunt cum opportuna commemoratione tanti doctoris qui sanctæ scripturæ venustatem cognoscens, & cognitam esse volunt, capitulo hoc pro exemplo assumptis, & quodammodo digitis suis lippientes oculos tergit, ut clare videamus, quod splendida comitatem eloquentia sapientiam dei, loquentem in prophetis, non intenta in eloquentiam sapientia, sed a sapientia non recedente eloquentia. Nunc ad sensu mysteria recurramus. Vnde (inquit) qui opulentis estis in Sion, & confiditis in monte Samariae. Ut runque excidium sive vtrance captiuitatem denunciat. I. & duas tribus, illud aorit quae regia civitas erat Sion, & decem, quae metropolis erat Samaria. Cum aut dicit: Vnde qui opulentis estis in Sion, non illa arbitremur solummodo denunciari captiuitatem, qua transmigraverunt duae tribus in Babylonem, redditur post septuaginta annos, sed multo magis illam, qua nunc dispersi sunt in toto mundo destructa ciuitate & templo, quo stan[t]e facerentes impium nimis opulentis erant in Sion, qui & de opulentia superbientes pauperem Christi crucifixerunt propter hoc solum, quia disputabat contra opulentiam avaritia illorum. Illius namque temporis optimates & capita populi, Annas & Caiphas, ceteri principes & seniores, reuera separati fuerunt in die malum, & appropinquauerunt solio iniuriantis, qui malo tempore male natu[m] melius em illis erat si non sufficiente natu[m] adiudicauerunt morti filium dei, quod veraciter fuit appropinquasse se solio iniquitatis. De illo iniquitatis solio furor p[ro]cipitem dedit pontificem, quando dicentes, adiuro te per deum viuum, ut dicas nobis, si tu es filius dei respondit Iesus, tu dixisti, & ille scilicet vestimenta sua, dicens, blasphemavit: iamque extunc nec solium illud iniquitatis subsistere, nec pontifex in eo sedere potuit. Non dubitamus quin illi familiares fuerint propheticis spiritu, ita ut videat eos modo appropinquantes, immo irruentes, & impetu clamoris inordinati facientes, solio iniquitatis, quando sedente Pilato pro tribunali, & dicentes Ecce rex vester, tolle clama[bant] crucifige eum, non habemus regem nisi Cæsarem, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Illius ergo temporis optimates reuera (ut iam dicitur est) separati fuerunt in die malum, & appropinquauerunt solio iniquitatis, & illis nihilominus sequentia liquet ascribi, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnus de grege, & vitulos de medio armanti. Nam & Iacobus apostolus secundum hunc ipsum sentit, cum præmissum est, agite nunc diuites, plorate vulvantes in miserijs, quæ aduenient vobis, postmodum subiunxit, Epulati estis super terram, & in luxurij enutristis corda vestra. In die occisionis

eburneis

R. fionis

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. III.

Matth. 18
Esa. 29

Plal. 68.
Ioseph ry-
pus Chri-
ti in cruce
Mal. 10.4

Matth. 27.

Iohan. 19

Transmigran-
tium ca-
put, ludgi

Factio la-
ciuentium

sionis adduxistis, occidistis iustum, & non restitutis vobis. ¶ Cetera quae sequuntur, qui can-
tis ad vocem psalterij, sicut David putauerunt se habere vasa cantici, bidentes in phialis vi-
num, & optimo vnguento delibuti & nihil patiebantur super contritione Ioseph, tam gravi-
ter q̄ veraciter eisdē congruit: quippe de quibus (vt ipse dñs testatus est) bene propheta,
uit Esaia: Populus hic labijs me honorat, cor autē eoꝝ longe est a me. Et idcirco salto pu-
tauerunt se habere vasa cantici, sicut habuit David, quamlibet clare vel alte caneret ad vo-
cem psalterij labijs suis. Et quis illos dubitet illa nocte, qua dñm comprehendenter, bibisse
vīnū vīg ad vomitū, cum esset paschalis vespera illoꝝ idcirco recte & hic redarguantur
dicendo, bidentes in phialis vīnū. Et in psalmo, cum ex persona ipsius propheta loquens
Aduersum me (inquit) loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bide-
bant vīnū. ¶ Quād maxime autē & illud verum est quod tandem infert, & nihil patieban-
tur super contritione Ioseph, siquidem rite perpendas, q̄ ipse pulcherimē censeat nomi-
ne Ioseph, cuius typum præstulit, in serum venundatus est Ioseph, & humiliatus in com-
pedibus & afflicti, ita ut ferrum pertransiret animā eius. Et deinde princeps Aegypti fa-
ctus. Etenim dum contritus in cruce penderet dñs, nihil patiebatur super contritione eius.
Deniq̄ vt taceam, q̄ pendentes irridebant, q̄ prætereuntes blasphemabant eum, insul-
tantes & mouentes capita sua & dicentes: Vah, qui destruit templum dei, & in triduo il-
lud reædificat, saluat temetipsum. Vt (inquam) hæc taceam. Illud satis indicat q̄ vere nihil
patentur super contritione eius, quod cū diceret: sitio, spongiam plenā aceto, hydropo
circumponētes, obtulerunt ori eius. Quis em̄ non miretur, q̄ longe a cōpassione eius fue-
rit, qui tali in hora, tanta in angustia, tali in siti, dicētē: sitio, potauerūt acetō. Magna i-
gitur & subtili statera ponderandū est, q̄ dicit. Et nihil patiebatur super contritione Ioseph.
Dicat itaq̄ istis imp̄s dormientibus & lascivientibus, comedētibus & bibentibus, come-
dendo & bibendo canentibus, & nihil super contritione Ioseph patientibus. Transite in
Calamne & videte, & ite in Emat magnā, & descendite in Geth Palestinoꝝ, & ad opī
ma quæ regna horū si latior terminus eorū termino vestro est. Et quidē scitis, q̄ re-
gnorū omnīum vniuersitas termino vestro. i. terra reprobationis, latior sit, sed aliter scit
habetis, sed oculis vestris videbitis, inuiti & longa ad videndū captiuitate detēti. Hac iri-
tatio talis est, ac si cū quis proiecitur in caminū ignis, dicitur ei: Vade & vide vtrū caleat, aut
si illi, qui in mare prohiciendus est, dicitur: Vade & vide vtrū profundū sit, Calamne ciui-
tatem Peridis. Et Emath magnam, quæ nunc Antiochia nominatur, magnā videlicet ad
distinctionem minoris Emath, quæ appellatur Epiphania, & Geth Palestinoꝝ & opī
ma quæ regna horū, sati est dixisse pro cunctis gentibus, ad quas ducenti erat capi-
ui, de qua videlicet captiuitate & protinus subiungit. Quapropter nunc migrabunt in
capite transmigrantiū, & auferetur factio lascivientū. ¶ Quid em̄ est dicere, in capite trā-
migrantium nunc transmigrabunt, nisi ac si diceret: mirabilius, imo miserabilius, & maior
cū spectaculo totius orbis migrabūt, quā migrauerūt vñquā homines alii siue populi qui
cuncti transmigraverunt siue transmigraturi sunt? Siquidē multi vici, alijs vincentibus, de
suis sedibus migraverunt, & captiuū ducti sunt, sed isti ita caput suere & sunt omnia trans-
migrantia, vt nullus vñquā transmigrationis tale fuerit vel esse potuerit miraculū. Quod
ipse Iosephus perpendens, cū excidium illoꝝ miserable meritasq̄ illoꝝ miserias describe-
ret, singillatim quidem (ait) iniquitatē eorū narrare non potero, vt autē breuiter dicam, neq̄
aliam ciuitatē vñquā talia perpetuam esse puto, neq̄ villam nationē post memoriam homi-
num malitia ferociorē fuisse. Itaq̄ (inquit) in capite transmigrantiū nunc migrabunt, i. pro
qualitate & quātitate transmigrationis, omniū transmigrantū siue captiuōꝝ eminentissimi
& notissimi erunt. Et quidem, qm̄ dicit, nūc migrabunt de captiuitate, quæ tunc instabat,
dece tribuū recte intelligitur dictū sed nihilominus, smo multo amplius de ista potrema
captiuitate est sentiendū, qua Iudei ducenti Romanis captiuitati & dispersi sunt. Neg-
em̄ ista latebat spiritum propheticum, cum tota fine dubio prophetica speculatiōis inten-
tio maxime spectaret in Christi aduentū. Et auferetur (ait) factio lascivientū. Factio, cō-
firatio vel cōsensus est malog. Coniurasse autem vel confonsisse illos in Christi necē, no-
tum est, agentibus pontificibus, & senioribus qui turbis persuaserunt, & hoc cū nimia mi-
misq̄ crudeli lascivia, siue lascivia crudelitate, qua illū nocte illa illuserūt, colaphizātē, ala-

IN AMOS PROPHET. CAP. VI. Fo. XCVIII.

piscadentes, cōspuentes, genas illius vellentes, spinis coronantes, & ad ultimū crucifigen-
tes. Ergo qđ ait, auferetur factio lascivientium, magnam denunciat futuram imbecilitatē
illoꝝ qui fecerunt ea quæ iam dicta sunt. Videlicet in eo, q̄ (sicut nunc videmus) factiosi
esse nequeant, conspirare siue coniurare nō valeant, vt quenq̄ illoꝝ qui inuocant Christū
interfeciant. ¶ Et quidē tempore, quo Christū interfecerunt, tam ita diminuti capitū erant,
vt de semetip̄is iudices nō haberent. Vnde & Pilato dicente: Accipite eum vos, & secū
dum legem vestri iudicate. Responderunt: Nobis nō licet interficere quenq̄: veꝝ tamen
aduc ita factiosi erant & essi poterant, vt concilium colligerent, & coram Romanae po-
testatis præside petendo illum crucifigi, tumultū facere audenter: & deinde quosdam ex
illis sapientibus & prophetis, quos post resurrectionē suā misit ad illos, occidere, crucifige-
re, in synagogis suis flagellare, & de ciuitate in ciuitatem persequi audenter. At vero post
annos quadraginta duos migrauerunt (sicut iam dictū est) in capite transmigrantiū, & ex-
tunc sic eorū ablata est factio, vt iam tremere siue aduersus dñm & aduersus Christū eius
palam assistere nō audent, videntes publice cōtra se & circa se adorari Christum, & esse
dñm, iuxta illud: Dñnare in medio inimicoy tuoy. Sequitur. L. Iurauit dñs deus in anima
sua, dicit dñs deus exercitum. Detestor ego superbiam Iacob, & domū eius odi, & tradam
ciuitatem cō habitatoribus suis. ¶ Mirum dictū est, q̄ iurauit dñs, & hoc in anima sua: nō
q̄ deus animam habeat, sed quo humanis loquitur affectibus, quid iurauit dominus deus
in anima sua? Videlicet q̄ detestor superbiam Iacob & domū eius odio habeat, sicut & in
Elaiā dicit: Neomenias & sabbata vestrā & dies festos odiuit anima mea; & q̄ tradat ciuit-
atem cō habitatoribus suis. ¶ Quod dixerat, detestor ego superbiam Iacob, repertuit, &
quæ fuerit superbia Iacob, expousit dīcēdo, & domū eius odi, domū elus. i. templū quod
singulare erat, superbiam eius fuisse dicit. Hoc ita esse ex alīs eiusdem dñi dei verbis
apud Ezechiēl comprobatur: Ecce ego (inquit) polluā sanctuarī meū, superbiam impe-
ri vestri. Nimirū hoc vel illud nō diceret dñs deus, nisi superbiam intolerabile deprehen-
deret: illos habere propter templū illud. Gloriabantur em̄ in templo dei gloriatione per-
uersa, dum nō quereret, aut curarent, vt in templo suo glorificaretur deus, & in despectū
omniū gentiū spiritus illoꝝ erigebatur propter templū illud, propter nomē illud quod
apud illos deus verus nominaretur, licet nō honoraretur. ¶ Hanc superbiam detestari se
et offere iurauit dñs deus in anima sua. i. in semetipso, qm̄ neminē (vt ait Apostolus) ha-
buit, per quē iuraret, maiorem. Homines em̄ per maiortē se iurant, & oēs controversiae eo
rum finis ad confirmationē est iuramentū. Poterat autē credi verbo eius, etiā si non iurasset.
At ipse abundātius voluit ostēdere immutabilitatē cōsiliū sui, & idcirco interposuit iurā
dū, vt per duas res immobiles, qbus impossibile est mentiri deū, fortissimū solatū habeas
mus. Firmissimā igitur fidem teneamus de reprobatione (vt ait Apostolus) p̄cedentis mā
dati siue sacerdotij vel templi veteris, & de introductione melioris spei, q̄ videlicet illud
deus cum odio reprobauerit: fidem autē euangelicam cum dilectione approbauerit. Sub
eodem iuramento confirmatur id quod subiungit, & tradam ciuitatem cum habitatoribus
suis. Nec vtq̄ leuis aut parua debuit esse traditio, quam ita communatus est nō sine inter-
positione iuramenti. Sed & cetera quae sequuntur sub eodē iuramento denunciant. L. Quod
si reliqui fuerint decē viri in domo vna, & ipsi morientur. Et tollet eū propinquus suus &
comburet eū, vt effera os̄a de domo, & dicet ei qui in penitentib⁹ domus est: Nunquid
adhuc est apud te? Et respondet: Finis est. Et dicit ei: Tace, & non recorderis nominis
dñi. Quia ecce dominus mandauit, & percutiet domū maiorem ruinis, & domū minorē
scissionib⁹. ¶ Memoriter tenendū est, q̄ supra dixit, Subuerti vos siue subuertit deus So-
domam & Gomorram, & nō redistis ad me. Ecce hic in subuersione aliquid est severitas
plus q̄ illuc. Vbi em̄ de facienda subuersione Sodomoy sermo erat, cū ad ultimū dixit
sēt Abraham: Quid si inuenti fuerint decem iusti nō delebo (ait dñs) propter decē. Nūc
autē hic dicit, quia si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur. Reliquos
hic intelligimus iustos, sicut & superius vbi dictū est, Vrbs de qua egrediebantur mille, re
linquentur in excentū: & de qua egrediebantur centū, relinquentur in ea decē. Nimirū
verbis istis, cū dicit: si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur. Hoc de-
nunciat, q̄ nullam iustorum & iniustorum discretionem in ira sua foret habitus, sed iustos
Esa. 11
Superbia
ludorū.
erat cōplū
quod ha-
bebant.
Ezech. 24.
Hebr. 6
Heb. 7.8
Supra. 4
Gene. 8
R. 2
parte

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. III.

pariter & iniustos Iudeos vna mortis sententia damnaturus. Hoc ipsum in Ezechiele verbis manifestioribus comprobatur, vbi dicit dominus deus: Ecce ego ad te, & etiam gladius meus de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. ¶ Quid igitur? Num suae deus oblitus est iustitiae, cuius illum memorem esse volens Abraham, stetit coram domino & approbans. Nunquid(ait) perdes iustum cum impio? Itemque ait: Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul; & non parces loco illo propter quinquaginta iustos si fuerint in eis. A bsite te ut rem hanc facias & occidas iustum cum impio, fiatque iustum sicut impius. Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram. Annuit dominus, & dimittat(inquit) omni in loco propter quinquaginta, non delebo si inuenero ibi quadraginta quinque, non percutiam propter quadraginta, non faciam si inuenero ibi trigesima, non interficiam propter viginti, non delebo propter decem. Num(inqua) tantae sunt propitiationis oblitus est, cum dicit, quod si relisi qui fuerint decem viri, & ipsi morientur, non in ciuitate, sed in domo vnas. Non videt, sed iusti illi nimis sunt iniusti. Reliqui illius iuste sunt relicti, quia taliter iusti sunt, ut suam iustitiam statuerent volentes, iustitiae dei non sunt subiecti, sicut Apostolus dicit: Testimonium enim prohibeo illis, quod simulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam querentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti. Quoniam sit illa iustitia dei, manifestans continuo subiungit, Finis enim legis Christus ad iustitiam omnium credenti, iustitiam hanc quod rebelli, quod pertinaci odio forent concepturi. scilicet Christum, cuius ex fide iustificati sunt omnes sancti & iusti, miro modo infinitas, cum dicit: Et tollet eum propter pinquissimum & comburet eum, ut effaser ossa de domo, & dicet ei qui in penitentialibus dorsum est, Nunquid adhuc est apud te? & respondebit, finis est. Et dicet ei, Tace, & non tunc corderis nominis domini. ¶ Legat qui vult historiam Iosephi, vbi excidit Hierosolymorum descriptum, & sciet quod veraciter pro re predictum fuerit malum illud sermonibus huiusmodi. Tollet eum propinquus suus, & cõburet, & dicet: Nunquid adhuc est apud te? Etrahidebit Finis est. Neque enim modus aut numerus erat intus morientium, & fame perenuerunt, nec sufficeret poterat viui mortuis efferendis. Cum autem scire posse nec dissimilares valeant. Hoc illis accidisse propter sanguinem Iesu Christi, mirum valde est, quod indomabilis corde & tunc dixerunt, & nunc vos dicunt, singuli ad alterum, tace & non recorderis nominis domini, nominis eiusdem Iesu Christi, quem deum & dominum esse publica confessione confitentur Christiani. Malum dñani esse, & damnationem aeternam expectare, quod confiteri vel audire nomine huius domini, sufficiens mirabiliter felle amaritudinis, odiumque spirantes implacabile contra nomine domini nostri Iesu Christi, gentiumque inuidentes saluti. ¶ Attamen iusti sibi esse videntur nonnulli ex eis, obseruando iustitias carnis, & profitendo precepta decalogi, quae sunt, non habere deos alienos, non facere sculptile, non assumere nomine domini inuanum, sabbata custodiare, patrem & matrem honorare, non occidere, non mcechari, non furari, non loqui falsum testimonium, non cõcupiscere. Sed qualis est haec iustitia illorum, cum illi oderint, per quem vnum & solu iustificantur oes, quicunque veraciter iusti sunt? Illi vnde quærerit deus vbi sit vel apud quos cõmoretur, ut parcat illis, & quia non est apud illos, idcirco super eos indignationem suam effudit, quemadmodum apud Ezechiem ipse dicit: Et quasi uir de eis virum, qui interponeret seipsum, & staret oppositus contra me, propter ea ne dissiparet eos, & non inueni, & effudis super eos indignationem meam, & in igne inferno meo consumpsi eos. Igitur morientur(ait) iusti, sive ut apud eundem Ezechiem & occidantur, inquit, in te iustum & impium, etiam si in domo vna reliqui fuerint viri decem. Morientur(inqua) quia ecce dominus mandauit, id est, per prophetas locutus est, & sermonem suum cõplicens, percutiet dominus maiorē ruinis & dominū minorē scissionibus. Maiorē dominū decebat tribus, quae appellabatur tribus Israel, dominū minorē duas tribus dicit, quod regebantur a stirpe David. Et hoc in percussione domus vtriusque notandum, quod maiorē ruinis, minorē vero scissionibus percutiendā fore dicit. Nam Israel, gat maiora peccauerat, fertur ruinis dominus auctus Iuda, in qua erat templū & quae minora peccauerat, nō ruinis percutitur, sed scissionibus, dum septuaginta annos captiuitate retineretur. ¶ Sed econtra potest dici, quia dominus Iuda maiora peccauit. Nam & apud Ezechiem cum permisisset dominus: Fili hominis notas fac Hierosolam abominationes suas. Deinde inter cetera dicit: Et Samaria dimidiū peccatorum tuorum, non peccauit, sed viciisti eā sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas, Sodomā videlicet & Samariā, in quibus abominationibus tuis, quae opata es.

Ezech. zl
Questio.

Gene,18

Responsio,
Roma, 10

**Implacabile
le iudeoget
odii cōtra
Christum.**

Iustitia
carnis.

Ezech. 22

Ibidem, 21

Dom⁹ m_o
for & do
mus mino

Ezech. 10

IN AMOS PROPHET. CAP. VI.

Ergo & scissiones domus Iuda maiores intelligi conuenit ruinis domus Israel. Quod vt
liquido clarescat, non illam tantum captiuitatem septuaginta annorum, sed illam potius atten-
damus, qua nunc in omnes gentes Iudaei Romano excidio dispersi sunt. Tunc namq[ue] do-
mus Iuda nec scissionibus tantum, nec solummodo ruinis, sed & scissionibus & ruinis per-
cussa est, quia ciuitas Hierusalem vt rueret, primu[m] in semetipsa scissionibus percussa est. Ti-
to namq[ue], vt refert Iosephus, adhuc apud Alexandriam imperiu[m] disponente, contigit eti[am]
seditionem, quae apud Hierosolymam erat, auctam trifariam diuidi, ducibus Eleazar, Io-
hanne & Simone, quoq[ue] Eleazarus superiora, Simon aut inferiora ciuitatis loca, Iohannes
vero media tenebat. His ducibus a seditione nunq[ue] quietentibus, quam miserabilibus do-
mus Iuda scissionibus percussa fuit, qui plenius nosse cupit, narratione iam dicti legat hi-
storiographi. Porro iustitiam quoq[ue] iudicij dei, quae domum illam tantis scissionibus per-
cussit, sicre desiderant prius animaduertendū est, in quo domus haec minor, id est, domus
Iuda, domū maiorē, scilicet domū Israeli, peccando superauit, sicut supra diximus cum te-
simonia prophetarū dicentes ad Hierusalem, & Samaria dimidiū peccatorū tuorū non pec-
cauit, sed vicit eam sceleribus tuis. ¶ Peccata siue scelera vtriusq[ue] confitenda & compa-
randa sunt, vt appareat q[uod] veraciter dictū sit. Et Samaria dimidiū peccatorū tuorū non pec-
cauit. Nimirū peccata Samariæ fuerunt, q[uod] decem tribus, quoq[ue] Samaria metropolis exti-
tit, sciderunt se a domo Dauid, & negauerūt eum dicentes: quae pars nobis in Dauid, vel
quae hæreditas in filio Iisai, & sicut Dauid negauerunt, ita deū quoq[ue] elinquentes, vitulos
aureos pro deo coluerunt. At vero peccata Hierusalē ista fuerunt, quod Christum filium
dei verū Dauid, & secundum carnē filium Dauid, & secundū diuinitatem dñm Dauid,
Christū (inquit) deū & hominē, regē & salvatōrem, non solummodo dixerūt, non est nobis
par in isto filio dei, filio Dauid, siue nō habemus regem nisi Cæsarē, verum etiam pro illo
dimitti sibi petierūt Barabam seditionis authorem. Ita si rite cōsiderentur, reuera dimidiū
Samaria nō peccauit, quia videlicet quanto iste deus & homo filius Dauid maior eodē pa-
tre Dauid, tanto peccatū quod in eum admissum est maius debet testimoniū, p[ro]fertim cum
Hierusalē non solummodo negauerit hunc, sicut Samaria negauit, verū etiam occiderūt, &
pro eo Barnabā (sicut iam dictū est) seditionis authore dimitti sibi petierit. Idcirco q[uod] ta-
ler se scidit a regno Iesu Christi filii Dauid, nimirū valde iusto iudicio scissionibus per-
cussa est ita vt in malum suū se a regno Romano, scindendo victores orbis terrarū con-
tra se concitaret: & quod valde mirū fuit, foris obfessa, intus trifariam (vt iam dictum est)
scissa magis seditionibus q[uod] obfessione deperiret. Sequitur. Nunquid currere queunt in
petris equi, aut arari potest in bubulis. Quoniam cōuertit[ur] in amaritudinem iudicium, &
fructū iustitiae in absinthium. Qui latamini in nihili, qui dicitis: Nunquid nō in fortitudi-
ne nostra assumpimus nobis cornua? Ad quid istas similitudines equorū & bubalarū, in
duxerit, ipse pene exposuit, dicendo: qui latamini in nihili, qui dicitis: Nunquid nō est in
fortitudine nostra assumpimus nobis cornua? Vanitatē atq[ue] superbīa miro hic modo per-
cutit, interrogādo de equis & bubulis. Irridet illos sapientia dei, qui cōsidunt in curribus &
in equis, sicut eo tēpore cōsidebat Ephraim, & qui superbīa cornubus arrēctis steterūt cō-
tra fortitudinem coeli, sicut in psalmo testatur iste Christus per os prophetarū: Circundede-
runt me vituli multi, tauri pingues obsederūt me. Irrisio grauissima sonat in verbis huiusc e-
modi. Idem enim est, ac si dicat sapientia spūs prophetici. Vos quidē, prædicente me, q[uod] ma-
ior domus ruinis, & minor scissionibus percutienda sit, nihilominus equitando cōtenditis
esse similes Aegyptiis atq[ue] Assyriis, sed vos bene scitis q[uod] equi currere possunt in petris.
Hoc dixisse satis est, subaudiri enim potest id, q[uod] longe superius dixit, quia fuga a veloce pe-
nitib[us], & nō poteritis effugere. Multis aduersitatum præpediti offendiculis, sicut equi vestri Supra,
nō queunt currere in petris. Habetq[ue] talis dictio mixtu[m] cum se veritate locū, cū dicitur: La-
tentibus in equis, vos reuera latamini in nihili, qui vestri equi nō queunt currere in petris
i. fallaces ad salutē erunt vobis in tēpore angustiæ, quando ruinis & scissionibus ferientur.
¶ Item q[uod] dicit, aut nunquid arari potest in bubulis, si respicias q[uod] sub sequitur, qui dicitis
Nunquid nō in fortitudine nostra assumpimus nobis cornua, nihilominus iocū in verbis
habet amarū, & ad illum pertinentē risum, de quo sapientia: Ego quoq[ue] (inquit) in interitu
vestro ridebo, idem est ac si dicat: Quoniam estis superbi, quapropter (sicut supra dictū est) Prover.,

Bubali, super
bi ludni

R. s. iurau

COMMENTARII RUPERTI ABBA. LIB. III.

Iurati in anima mea, dicens: Detecto ego superbiam Iacob, & domum eius odi: quoniam in fortitudine vestra cornua vos affumperisse dicitis, eritis ergo mihi sicut bubali, qui tam indomiti sunt, vt iugum cervicibus non recipiant, & cum sylvestres boues sint, nolint propter feritatem vomere scindere terram. Ita vos mihi eritis utque inutiles operi vel regno dei, vobisque euagantibus atque dispersis, adhibebo mihi boues alios, boues domitos, dicamus illis: tollite iugum meum super vos, & regno dei fructum operabuntur, iuxta illud: Amen dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Reuera dicunt isti bubali, Nunquid non in fortitudine nostra auctum psumus nobis cornua, dum querentes suam statuere iustitiam, iustitiae dei non sunt subiecti, & pro hac feritate conuertunt fibi in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiae in absinthium, quae herba amarilla est. Nam quia sua (vt iam dictum est) statuere volentes iustitiam, projiciunt a semiperfida Christi iugum, merito amarilli, id est, sine misericordia ferunt iudicium, & quia dulcedinem iustitiae dei non querunt, iustitiae sua metunt absinthium, vt nec saltum in isto seculo res quietem habeant, vel in terra sua commanere valeant. Unde & sequitur. Ecce ego suscitabo super vos domus Israel, dicit dominus deus exercituum, gente, & conteret vos ab introitu Emath, usque ad torrentem deserti. Hec est amaritudo iudicij quam biberint, quod in isto quoque seculo contriti atque subuersi sunt, a principio usque ad finem, a capite usque ad caudam, a terminis terrae suae, qui solem respiciunt usque ad torrentem deserti, quod occidentem respicit, id est, ab Emath (quae & ab Epiphania dicitur ab Antiocho cognomen tum Epiphanes nomen sortita) usque ad rinocuram, inter quam & Pelusium, riuus Nilus, siue torrens de heremo veniens, mare ingreditur. Sicut dictum, ita & factum est, quia de cunctis terminis suis contritus atque subuersi est Israel. Primum decem tribus ab Assyriis. Deinde Iudam & Beniamin a Chaldaeis atque Romanis. Illa cornutorum sue iugum ferre recusantibz bubalorum contritio sue subuersio, qualiter futura, qualibus vel quantis incrementis ad consummationem peruentura foret, sequentia prophetae dicta praestgnant. Ait enim, L. Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce factio locustae in principio germinant serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem gregis. Et factum est, cum consummasset comedere herbam terrae, & dixit: Domine deus propitius esto obsecro. Quis suscitabit Iacob quia parvulus est? Misertus est autem dominus super hoc, sed & istud non erit dixit dominus deus. Hec ostendit mihi dominus deus, & ecce vocabat iudicium ad ignem dominus, & devorabit abyssum multum & comedit simum partem, & dixit: Domine deus quiesce obsecro. Quis suscitabit Iacob, quia parvulus est? Misertus est dominus super hoc, sed & istud non erit, dixit dominus deus. Hec ostendit mihi, & ecce dominus stans super monte Iudea, & in manu eius trulla clementiae, & dixit dominus ad me: Quid tu vides? Amos. Et dixit: Trullam clementiarum. Et dixit dominus ad me: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel. Non adiutor ultra superinducere eum, & demolientur excelsa idoli, & sanctificatio eius Israel desolabuntur.

Tria incremena ma-
litiudinorū.
4. Reg. 17
18. 19.
4. Reg. vlt.
Hiere, vlt.
Matth. 24
Luc. 19.
Fictorios
custerū.

Tres istae ostensiones sue visiones agnoscendae sunt, & idcirco totū præsens capitulum possumus, vt posterior sit intellectus regis, qd futuræ pmonstrabantur, triū incrementorum, mali sue cōtritionis atque subversiorum iam dictæ, qua de sacris historiis nota habentur. Illa nunc incrementa prius cōmemoranda sunt, & tunc demum p̄sentis literæ calcanda vestigia. Quia mū fuit, qd ascendit rex Assyrius, & transtulit Israel in Assyrios, nec multo interiecit tempora ascendiad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & usque ad Hierusalē peruenit, sed nō proualuit, dicente domino ad Esaiam: Ponā circulū in naribus tuis, & hamū in labiis tuis, & reduc te in viā per quā venisti. Venit enim angelus domini in nocte illa & percussit castra Assyrii, ceterū octogintaquinq; milia. Secundū fuit, qd venit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse, & oīs exercitus eius in Hierusalē & capiit eā, & succedit Nabuzardā princeps exercitus domi dñi, & domū regis, & murū in circuitu destruxit oīs exercitus Chaldaeorū. Tertiū fuit, qd venerū Romani, & tulerū locū & gentē, templū & ciuitatē, ita vt nō relinqueret lapis sup lapide. Hoc futuroq; miræ imagines huic prophetæ tribus istis ostensionibus p̄monstratae sunt. Cū enim dicit: Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce factio locustæ, venturus intelligi & intelligi vult exercitū Assyrii pro multitudine simul & vanitate brevis & trāfiliensit vitæ locustæ cōparabilem, nihilominus & pro depopulatiōe cōfecto, nascientia quā facturi erant in moribz locustæ. Huius nimis locustæ factio est dominus, factio inquam, creator

IN AMOS PROPHETÆ CAP. VII.

Fo. C

venient ad me non esurient: & qui credit in me, non sitiet vñquā. Item: Si quis sit, veniat ad me & bibat. At illi Christum oderunt cōsortium nullum cum Christo habere volunt. Quomo do ergo inuenient, qui miro modo sine verbo dei (quod Christus est) verbū dei querunt? Mira querentiū dementia, dum ita querunt verbū domini, ut velint exurgere sibi aliquem prophetam, dolentes, quod non aliquam habeant in homine gloriam, qui signa faciat, & ventura predicet, ad satisfaciendū cupiditatem ipsorum, ut itegi congregentur, & in illâ terrenâ Hierusalem redeat non iam lapideam, sed aureolam atque gemmatam, secundum vanam nimisque avaram spem suam. Taliter eluentes nunquam comedent, taliter sitiens nunquam bibent, taliter querentes verbū domini nunquam inuenient, sed pro verbo domini spiritum recipiunt erroris, pro Christo Antichristum sunt recepti. Sequitur. In die illa deficient virgines pulchræ & adolescentes in siti, qui iurant in delicto Samaritæ, & dicunt, viuit deus tuus Dan, & viuit via Bersabee, & cadet, & non surrebit ultra. ¶ Quomodo paulo ante præmisso, & emitta famem in terram, statim subiunxit, non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbū dñstamen cum dicit, in illa die deficient virgines pulchræ & adolescentes in siti, recte utrumque intelligitur, scilicet tamen famem panis & sitis aquæ, quæ famem & sitis audiendi verbū domini. Nam etiā nunc ludæi, quoniam captivi, panem habent & aquam, tunc utique non habuerunt, quoniam (sicut iam supra dictum est) ab hostibus circumdati sunt in vindictâ sanguinis Christi. Tunc (inquit) corporaliter quoque defecerunt virgines adolescentes in siti, facta tamquam mira defectione, ut mirum sit si quisque calamitate illam absque horiore animi perlegere possit. ¶ Verum quia famem & sitis corporalis comparatione famis & sitis audiendi verbū domini, quæ famem vel sitis animæ est, pro leui reputari debet, idcirco dicitur dñstamen. Et emitta famem in terram, ne putaretur hanc parvam vindictam famis corporeæ rependere illos avaritiae. Non famem (inquit) panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbū domini, si sit sensus. Non primum famem panis & sitim aquæ immittit illis, sed prima erit vindicta mes alicuius dicta famem audiendi verbū domini: fames autem panis & sitis aquæ superadūcietur eis. Narratur autem vetus historia, tam Latina quam Graeca, & omnium gentium Barbaræ, nihil fame diversus, quæ sœpe compellit obcessos humanis vesci carnibus & in suam saevitiam naturam, ita ut nec parentes parcant parvulus liberis, sicut nec illa in felix Maria percepit, quæ in illa obfusione parvulum suum coxit & comedit. Quid igitur de same dicendum est animalium, quæ post vitam præsentem procul dubio sentitur, si hoc facit fames corporum? ¶ Vt ratiōne tunc opprimit populum Iudeorum, & nunc usque opprimit illa quæ deterior est fames & sitis verbū domini. Quæ vel quales sunt virgines & qui adolescentes ita deficientes? Ait: Qui iurat in delicto Samaritæ, & dicunt, viuit deus tuus Dan, & viuit via Bersabee. In illo tempore quando haec prophetabatur, vitulus aureus celebatur in Dan, qui terminus est terra Iudeæ, & ibant illuc per viam Bersabee, longo videlicet itinere propter reges Iudei declinantes eos: quoniam & idcirco vitulos illos fecerat Hierobœa, ne ascenderet decem tribus ad orandum in Hierusalem, reputatis ne converteretur cor populi ad dñm suum regem Iuda. In tantum autem veneracionem venerat illis talis factura, scilicet facies vitulina, ut quomodo solitu[m] fuerat iurari, viuit dñs deus, Verbi gratia, veluti cum Ionathas dixit, Viuit dñs, & viuit anima tua rex si noui, si ue Helias, viuit dñs deus, in cuius conspectu sto, ita vulgo iurantes iam dicerent. Viuit dñs deus Dan, & viuit via Bersabee, per quoniam itur in Dan, Aureus erat ille vitulus, & inde facte persuaderi poterat populo quod esset deus. Quare? Nemiri quia mentes eorum obtinuerant avaritiae spissas, & idcirco apud cogitationes eorum non parua res erat aurum, multaque plus placebat aspectus eorum tale metallum, quam mentibus deus eorum. Ergo deus illos erat aurum, deus illos erat Mammon. Nunquid a tali scelere queunt immunes existimari scribæ & pharisei temporis illius, quo passus est dñs noster, in quæ sanctorum prophetarum tota intentio tenetur? Nonne illos mentes maxime obtinuerat Mammon, & per eundem deum iurabant, per quæ & illi, dicentes: Viuit deus tuus Dan. Vt vobis (ait ipse dñs) duces cæci, qui dicitis, Quicunque iurauerit in templi, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Nonne isti deo præferebant aurum? Qui enim iurat in templo (inquit) iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Ergo si dicunt: Ita & illi qui habitat in templo, præferebant aurum, dicendo, quicunque iurauerit per templo nihil est, qui autem iurauerit in auro templo, debet. Igitur cum dicit, qui iurant in delicto Samaritæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, non omitramus illos, qui in auro iurare docebant, quia videlicet multo cupidius isti aurum coluerunt quam illi patres eorum. Illi namque idcirco

Fames corporalis, quæ sitis audiendi verbū domini, quæ sitis animæ, ut illi faciat.

Iurare in deo Dan,

Reg. 17.

Reg. 17.

Judeorum deus, aurum.

Matth. 23.

circo colebant aurum, ne ascendendo adorare in Hierusalem disserent. Reuerti ad Dauid regem suum, isti autem ut licentius possiderent aurum, per quod docebant esse iurandum magis q̄ per deum vel per dei templum, occiderunt verum Dauid, filiumq̄ Dauid, filium dei regem suum. Talis eorum deus est deus Dan, quod interpretatur iudicium traxit enim illos ad iudicium aeternum. Item talis illoꝝ via est via Bersabee, quod interpretatur putes us iuramenti sue putes facietatis, quia iurabant in auro, quo volebant quidē, sed non poterant faciari. ¶ Proinde cadent (inquit) & non surgent ultra, consumpti fame supradicta, fame audiendi verbum dei, sicut comperimus ex his qui supersunt ex illis. Deniq̄ maxime his conuenit, quod sanctus Iob dicit: Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices, & rādix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula repperissent, ad ea cū clamore currebant. Nimirū herbis & arboribus & radici iuniperorum compare possumus & genealogias eorum. Quotiescum illis sermonem conferimus si qua de fabulis ac genealogijs occasio incidit, ibi clamosi atq̄ discreti sunt, & veluti quipiam herbae & fructum aut radicum iuniperi, de conuallibus rapientes ad singula cum clamore currunt dum aliquid nugas retexentes declamant, suoq̄ arbitratu magistri sunt. Porro ad enucleandum scripturæ sensum, ita egestate & fame steriles, ita squalentes & miseris sunt, vt non solum dolere, verum etiam admirari possumus imbecillitatem puerilis sensus eorum. Sequitur. L. Vidi dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem & commoueantur superliminaria. Avaritia enim in capite omnium, & nouissimum eoz in gladio interficiam. Non erit fuga eius. Fugiet & non saluabitur ex eis qui fugerit. ¶ Adhuc depromit & magis declaratur sententia vindicta contra superdictam superbiam Iacob, cum dicit: Avaritia enim in capite omnium. Nam cum avaritia de superbia quoq̄ tractari testis est sapiens vir, qui cum dixisset, Auaro nihil est scelestius, continuo subixit. Quid superbis terra & cinis? Divitiarum nāc̄ comes superbia est. Idcirco apostolum Divitibus (inquit) huius mundi præcipe, non superbie sapere. Sed iam admiranda huius visionis sacramentum ingredientes, literæ ordinem prosequamur. ¶ Vidi (inquit) dominum stantem super altare. Magna vere visio, & magna rei significatio exitit. Prophetico spiritu vidit, & reuera futurum erat, quod illi talis visio præstendit. Quærimus ergo, ubi vel quando factum sit tale quid, cuius in signum stans dñs super altare videri debuerit. Quare rentibus aut in toto Christi euangelio, vel in omni euangelicæ gratiae sacramento, nihil tam magnū, nihil tam cūdēs, secundū huius visionis proprietatē nobis occurrit, q̄ schæma modi habitus dñi nostri Iesu Christi crucifixi. Crucifixus namq̄ & sacrificium pro nobis factus, super altare crucis stetit, statione difficulti, statione laboriosa sibi. Diligenter animaduertendum, nec vñquā oculis mentis nostræ debet abesse stationis illius spectaculum. Pendebat & stabat manibus ad crucis cornua confixis, pedibus ligno suppedaneo per clavos, fixis cohærentibus in modū stantis. Taliiter stans ipse hostia, crux vero altare erat. ¶ Propter talem eius stationem futurū erat, vt destrueretur illud Iudaicæ superbias templū, iuste profecto, q̄ taliter stanti crudeles insultat̄ dicebāt: Vah qui destruis templū & in triduo illud redificas. Dixit ergo ita stans: Percute cardinem & cōmoueantur superliminaria. Cuiusq̄ dixerit sive videnti haec propheta sive angelo, nimirū illa in visione percussio cardinis & cōmotio superliminariū certissimè assutus significabat templi exterminū tanta percussione, tanta cōmotione, vt hodie cōadmiretur orbis terrarum. ¶ Quam ab causam? Avaritia enim (inquit) in capite omnium, cui videlicet avaritia crudelissimæ fructus fuit avaris & imp̄is scelus istud, quod taliter dñm super altare crucis stare fecerunt. Nam cū quotidie dñs putaret cōtra avaritiæ illoꝝ, illud maxime cōcitauerat eos, quod diutius nō ferens pertinaciam avaritiæ, propter quā domū patris domū orationis, speluncā fecerūt latronū, scripturā impleuit dicente: Zelus domus tuæ comedit me, mēs nāmulariorū, cathedralē venientiā columbas cōuertens, saſoꝝ de resticulis, quasi flagello cūctos eiſiens. Avaritia ergo in capite, i. in summa intentione omnium, & idcirco percussio cardine & motis superliminariis, i. destructio summo sacerdotio, summis scribaḡ pharisæorūq̄ ordinib⁹, nouissimū quoq̄ eoz, id est, plebeiuꝝ, in gladio interficiā. Nō erit fuga eius. Circūdati namq̄ erunt & coangustati vndic̄. Quod etiſi fugerit, non saluabitur q̄ fugiet ex eis. L. Si descendenter

Iob. 10

Fabulæ &
genealogie
ludorum

CAP. IX.

Ecc. 10

Timo. 6

Dñs stans
sup altare,
Chr̄s est
stans in cru
ce,

Math. 27

Avaritia in
capite om
nium.

Psal. 68

Math. 21

vñque ad infernum, inde manus mea educet eos. Et si ascenderint vñque ad cœlum, inde deraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Et si habierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occider eos. Et ponā oculos meos super eos in malum. ¶ Mirabiliter dominus, qui super altare crucis stare habebat (vt iam dictum est) simul cum præostensione stationis illius omnipotentiam suam depromit, mira declamatiō asserit, quod manus suas nullus inimicorum eius effugere possit. Nunc vt verba hæc melius perpendere queamus, simul recordemur illud quod idem homo factus, iamq̄ passurus, sive super aram crucis staturus dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Hoc illis dixit, qui iam illum in crucem leuare cogitauerant. Et quidem si solius gratia attractionem cogites, cum dicit, omnia traham ad me, subtiliter est yisque electa. Si autem hoc attendas, quod per illum in cruce exaltationem filij hominis iudicariam super viuos & mortuos accepit potestarem, accepit enim secundum humanitatem, cui nihil deerat secundum diuinitatem, cum dicat, omnia traham ad me, subtiliter intelligendum est attractione potentia, vt manus meas nullus vestrū possit effugere. Haec bene enim potestarem iudicium facere, sedeo super sedem maiestatis meæ, atque omnes gentes congregabuntur ante me, & omnia electa statuam ad dexteram, reproba vero ad sinistram meam. Nimirū quod illuc idipsum intelligendum est, & hic, videlicet quod nullus effugere possit manus huius domini, qui super altare crucis taliter tamq̄ dolendo habitudine pendens stetit, stando pedendit. ¶ Si descendenter (inquit) vñque ad infernum &c. Ista quinq̄ dixit, quorum tria quidem impossibilia erant fieri, vnum impossibile non fieri, item, que vnum possibile fieri. Etenim vt angustiam fugiens homo viuens ad infernum descendet, ibiꝝ viuat vita incolumi, impossibile est. Attamen dicit: Si descendenter vñque ad infernum inde manus mea educet eos. Item, impossibile est, vt homo pennas volucris assumat, & in cœlum volet. Attamen dicit: Et si ascenderint vñque ad cœlum, inde detrahā eos. Item, impossibile est, vt homo in piscem mutetur, & profundum maris subintret. Attamen dicit: Et si celauerint se oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Quid igitur per ista quæ impossibilia sunt, contendit, nisi quod manus suas homo nusquam effugere possit, cum inde quoque detrahere, vel illuc vñque persequi possit, quo nullus viens profugere potest? Vnum eoz quæ dixit, possibile est (vt iam diximus) fieri. Si ascenderet in verticem Carmeli, Sed vide quanta cum irratione dicat, si absconditi fuerint in vertice Carmeli. Valles enim & defosia terrarum potius q̄ vertices montium captare solet, q̄ capitab̄scondi, ciuitas autem vel aliud quid in monte positum non potest abscondi. ¶ Est tamen modus quidam in infernum descendendi, quo possit homo descendere, refuga vulnus domini, s. cum desperans a deo diabolo sefē maligno fœdere tradit. Nonnullos eiusmodi fuisse in populo. Esaias insinuat, cum dicit: Dixisti enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans, cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. ¶ Item, modo quodam quasi in cœlum ascenditur, cum quis superbie pennis ultrâ semetipsum eleveratur. Et modo quodam in profundum maris intratur, videlicet lectando curioſa, nisi masq̄ subeundo curas seculi huius. Quocunque modo sive illum ad inferna descendunt, sive illum ascensum ad cœlum, sive demersiōnem illam in profundum maris intelligas, illud Davidicū semper decantandum est: Quo Ibo a spiritu tuo, & a q̄ facie tua fugiam. Si ascendero in cœlum tu illuc es, si descendero ad infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. ¶ Est etiam quidam abscondendi modus in vertice Carmeli, videlicet secundum nomen ipsum Carmeli, quod interpretatur scientia circuncisionis. Cum enim initio Christi quasi scienter disputant, & contendunt de circuncisione carnis, vt videantur, rationabiliter repellere a se fidem euangelij, ecce absconditi sunt in vertice Carmeli, sed inscrutans auferat eos Christus, dum scrutādo scripturas nos. Christiani falsos illo else cōuinimus. ¶ Ultimū eoz quæ dicta sunt: Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, impossibile erat non fieri, nec enim ipsi dimittere poterant, quin abierint duci in omnes gentes captiui. Ibi (inquit) mandabo gladio, & occider eos. Hoc sipe factum est, vt ex his, priuitate Duplex mors ludus orum in cas

Roma.13 Qui dispersi sunt Iudeis cædes plurima fieret, dñō vtq; mandat gladio, cuius in arbitrio gladius ois est, ga nō est potestas, nisi a deo. Quod deinde subiungit, & ponā oculos meos super eos in malum, & nō in bonū, modis duobus iam dictis pficit, dum mādat serpēti & mordet eos inuisibiliter morsu malo, q; æterna mors animæ est, dum mādat gladio & occidit eos occione visibili, quæ corporalis mors est. Vtrāq; hoc intelligimus, & in psalmo, dum dicit: Tradens in manus glādī Romanorū; & secundū animā partes vulpiū, id est, malignorū spirituū sunt. Et secundū aīam qdem omes, qm̄ impenitentes sunt, morsu serpēti moriunt, & partes vulpiū sunt, secundū corpus vero nō oībus gladio mandatum est ut occidat eos, q;a præter hoc, quod reliquæ saluādæ sunt etiā memorie & honori Chri prodest vita & dispergo illo, quemadmodū ipse dicit in psalmo: Deus ostendit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos, ne quādo obliuiscant populi mei. Disperge illos in virtute tua. Multū em̄ Chrm̄ colētibus cōfert hoc, qd Chri inimici Iudæi inter eos viuunt. Secū nanc̄ libros baiulant, in qbus inueniunt cuncta, de qbus confirmamus fidem Chriānam, nec dicere potest quis, quod noua doctrina sit, dum antiquā proferimus autoritatē ex libris quos habent illi. Sequit: Et dñs deus exercituum, q tangit terrā, & tabescit, & lugubunt omnes habitantes in ea. Et ascendit sicut riūs oīs, & defluit sicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in celo ascensionē suā, & fasciculū suū sup terrā fundauit. Qui vocat aquas maris, & effundet eas super faciem terræ, dñs nomen eius. I Quia dixerat ibi mandabo gladio, & occidet eos valde conuenienter de illo propheta subiunxit, & dñs deus exercituum, subauditur, ipse est, qui hoc se factus dicit, quia profecto mandare potest gladio, qui dñs exercituum est, q non vnum tantum, sed multos exercitus habet, q;a videlicet Asyriorū, atq; Chaldæorū, p̄fæstū & Mæedorū, Græcorū, atq; Romanorū, & omnū gentium exercitus feruerint, & seruunt ei, quamvis nescientes, vt videlicet regnum aliud alio superueniente destruat, iusto eius iudicio, sicut postmodū dicturus est, ecce oculi dñi de super regnum peccātū, & conteram illud a facie terræ. Cum ergo dicit, & dñs deus exercituum, subdit ipse est, mirari te non vult, quod dixerit se gladio mādere, qui quādo stetit (vt iam dictum est) super altare, i. patibulū crucis, gladiū nullum ostēdit, nec saltē patrem rogare voluit, vt quod facere poterat plus q; duodecim legiones angelorum exhiberet sibi. Quid Alij bene, protinus subiungit, q tangit terrā & tabescit, in vtrāq; partem, s. in bonam & in malā intelli alij malecta g; potest, q;a postq; a terra exaltatus est, alij tangentes illum salvi facti sunt, alij perierunt, bescunt. Siquid tangentes illi pauci ex Iudeis, multi ex gentibus tabescentes, & compuncti corde, p̄ceniam egerunt, itemq; multi, tam Iudei q; gentiles, male tabescentes & inuidētes saluti illo. Exempli gratia vt Petro diceret: Quare introisti ad vitos p̄reputum habentes? Et multa his similia, Recte ergo sequitur: Nunquid non vt filii Aethiopum vos estis mihi filii Isræl, ait dñs: Nunquid nō Israël ascendere feci de terra Aegypti, & Palestinos in Cappadocia, & Syros de Cyrene. Ecce oculi dñi de super regnum peccātū, & cōterā illud a facie terræ. I Ac si dicas: Quid gloriamini vos Iudei de proprietate dei, & gentibus derogatis? An Iudeo deus tantum? Nonne & gentium? Imo & gentium sicut Aethiopess, ita & vos mihi estis, nec magis aut minus propinqui, quia sicut Iudeos, ita & Aethiopess ego creavi. Quod si in hoc gloriamini, & propter hoc vos potius q; alias gentes ad me pertinere iactatis, quia feci vos ascendere de terra Aegypti. Nunquid propter hoc alterius naturæ fuit conditionis q; carteri homines estis? Nempe & Palestinos de Cappadocia, & Syros ascendere feci de Cyrene. Non ergo erigamini in superbiam, q; vos de Aegypto eduxerim, & quasi pecularem pp̄fū meū, Pharaoni seruire non passus sum, nec arbitremini, q; propter hoc solis vobis debeatur regnū dei, quia videlicet & in hoc seculo Aethiopess, Palestinos Syros, atq; Iudeos, distates locis atq; corporibus, mortalitatis legi sociati, & pro arbitrio meos seruos meos huc illucq; committo, & in vniuersas prouincias transfero, & in illa cę lefti Syon, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, similiter oīs siue ex omnibus gentibus q; fides cōm̄dauerit, cōgruus māsiōibus collōcer, sicut p; Psalmistā dicit: Memor ero Raab & Babylonis, scientē me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & Populus Aethiopum, p̄fū hi fuerū illi. Eccl̄stra, sicut æquali cōditio omes sunt facti, ita quicq; peccauerint, & quali iudicū mei sententia punient, & oīa absque discretione per sona, impia regna subuertam. Nam ecce (inquit) oculi dñi super regnum peccātū, & conterā illud a facie terræ. Quod autem vel cuius ḡtis regnū tūm peccauit, q; illius quæ prophetas occidit, & ipsi prophetas dñm crucifixit? Ne ergo in superbiam erecti, peccatores ex gentibus ad fidem venientes, Romāg repellendos esse censeatis, quia Iudei non minus q; Græci, imo primū siue magis q; Græci, irām & indignationem, tribulationem, & angustiam sunt recepturi, quicunque non acquisiſcūt veritati, ita vt regnū quoq; illo, & temporale destruat, eternā a facie terræ cōterā illud.

plenitudo eius, cuius ipse caput est, sicut Ap̄plus dicit. ¶ Recte ergo subiungit, q; ædificant Colosse in celo ascensionē suā. Ascensio nāq; riui oīs, i. electi oīs, spūalem ex ipso grām habentis Psal 121 ascensio ipsius est. Quod enim illuc ascēderat tribus tribus dñi, nō ascendētium facultas, sed Iohann.5 gratia vocatis agit. Et nemo ascēdit in celo, nisi q; defēcēdit de celo filius hoīs q; est in cœ. Ephē. 4 lis. Et Ap̄plus cum dixisset, q; defēcēdit ipse est, & q; afcēdit super omes ccelos, vt impleret oīa, & ipse dedit qdē quodā ap̄los, quodā autē prophetas, alios vero euāgelistas, alios autē pastores & doctores, ita sententiā cōplicuit ad cōsummationē sancto orgi in opus mini, steri, in ædificationē corporis Chri. Pulchre ergo dictum est, q; ædificat ascensionē suā in celo, q;a videlicet ascensus sancto corporis Chri ædificatio est, & q; membra sequunt ascendendo, grā capitū est p̄eūuntis, quod solum propria virtute ascēdit. ¶ Et fasciculum suum (ingt) sup terrā fundauit. Nimirū quādo Chrus in celo ascēdit, paruum apostoloz̄ numerz̄ in terra reliqz̄, & eosdē missō sancto dilectionis spū, quāsi in fasciculū ligauit, vinculū charitatis, & vnitate fidei, & eiusmodi fasciculū fundauit, id est, in fundamento posuit, & super illum ecclesias suā ædificauit. ¶ Deinde & de gētibus nōnullos tāta implerit vberitas celestis grā & verbo doctrinæ, vt secundum apostoloz̄ imitationem possent ecclesiā Chri instruere. Hinc protinus subiungit: Qui vocata quas maris, & effundit eas super facie Psal. 47 terra. Maris nāq; nomine interdū gētilitas significat, vt illuc. Propterea nō timebimus, dñi turbabit terra, & transferunt montes in cor maris. Hoc enim hunc habet sensum: Non timebimus tribulatiōes futuras q; tāc erunt, quādo turbatis & repellentibus verbū dñi Iudeis q; bus primū oportebat p̄edicari euāgelium, trāsferentē apostoliū in mediū gentiū. Itaq; q; vō cat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, id est ac si dicar, q; hoīes gentiles salvās, & insipidas habētes aquas secularis scīæ sursum vocat, & cōcelestis facit sapere, constitutū p̄ doctores, vt tam loquendo q; scribendo compluant terrā ecclesiā. Quis hac ranta & talia Psal. 47 facit? Dñs (ingt) nomē eius, q; reuera nō posset talia facere, nō posset de mortuis resurgēs in celo ascensionē suam ædificare, nisi esset dñs. Idecirco & David cum dixisset: Iter faci Actu. 11 te ei, qui ascendit super occasum, continuo subiunxit, dñs nomen illi. Hoc Iudei multum grauitate tulerunt, quod gentiles vocati, & recepti sunt, inuidētes saluti illo. Exempli gratia ita vt Petro diceret: Quare introisti ad vitos p̄eūuntum habentes? Et multa his similia, Recte ergo sequitur: Nunquid non vt filii Aethiopum vos estis mihi filii Isræl, ait dñs: Nunquid nō Israël ascendere feci de terra Aegypti, & Palestinos in Cappadocia, & Syros de Cyrene. Ecce oculi dñi de super regnum peccātū, & cōterā illud a facie terræ. I Ac si dicas: Quid gloriamini vos Iudei de proprietate dei, & gentibus derogatis? An Iudeo Roma. 3 deus tantum? Nonne & gentium? Imo & gentium sicut Aethiopess, ita & vos mihi estis, nec magis aut minus propinqui, quia sicut Iudeos, ita & Aethiopess ego creavi. Quod si in hoc gloriamini, & propter hoc vos potius q; alias gentes ad me pertinere iactatis, quia feci vos ascendere de terra Aegypti. Nunquid propter hoc alterius naturæ fuit conditionis q; carteri homines estis? Nempe & Palestinos de Cappadocia, & Syros ascendere feci de Cyrene. Non ergo erigamini in superbiam, q; vos de Aegypto eduxerim, & quasi pecularem pp̄fū meū, Pharaoni seruire non passus sum, nec arbitremini, q; propter hoc solis vobis debeatur regnū dei, quia videlicet & in hoc seculo Aethiopess, Palestinos Syros, atq; Iudeos, distates locis atq; corporibus, mortalitatis legi sociati, & pro arbitrio meos seruos meos huc illucq; committo, & in vniuersas prouincias transfero, & in illa cę lefti Syon, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, similiter oīs siue ex omnibus gentibus q; fides cōm̄dauerit, cōgruus māsiōibus collōcer, sicut p; Psalmistā dicit: Memor ero Raab & Babylonis, scientē me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & Populus Aethiopum, p̄fū hi fuerū illi. Eccl̄stra, sicut æquali cōditio omes sunt facti, ita quicq; peccauerint, & quali iudicū mei sententia punient, & oīa absque discretione per sona, impia regna subuertam. Nam ecce (inquit) oculi dñi super regnum peccātū, & conterā illud a facie terræ. Quod autem vel cuius ḡtis regnū tūm peccauit, q; illius quæ prophetas occidit, & ipsi prophetas dñm crucifixit? Ne ergo in superbiam erecti, peccatores ex gentibus ad fidem venientes, Romāg repellendos esse censeatis, quia Iudei non minus q; Græci, imo primū siue magis q; Græci, irām & indignationem, tribulationem, & angustiam sunt recepturi, quicunque non acquisiſcūt veritati, ita vt regnū quoq; illo, & temporale destruat, eternā a facie terræ cōterā illud.

LVerunt̄ conterēs nō conterā domū Iacob dicit dñs: Ecce em̄ mādabo, & concutiam in oībus gentibus domū Israel, sicut cōcūtūm̄ in cribro, & non cader lapillus super terram. In gladio morient̄ om̄es peccatores populi mei q̄ dicunt, non appropinquahit, & non veniet super nos malum. **I**Certā & quā falli non possit suā deus cōmendat prouidentiā, dū p̄m̄issio, ecce oculi dñi dei super regnū peccāt̄, & cōterā illud a facie terræ, subiungit, veniet conterēs nō conterā domū Iacob. Idē em̄ est ac si dicat: Conterā quidē domū Iacob in reprobis, sed nō conterā in electis. Impossibile nāq̄ est dum conterā regnū Iudaicū contritione Romanæ virtutis, dū occidit, dū dispergunt in oēs gentes captiuū, perire deo quē ex illis quos p̄ficiuit & p̄destinavit. Non em̄ regnū vel gentē illā sic cōtrivit, vt nullum ex illa saluū esse velit. Hinc Ap̄l̄us dicit: Nunq̄d repulit deus populu suū Abst. Nam & ego Israelia sum ex semine Abraham de tribu Beniamini. Non repulit deus plebē suū quā p̄ficiuit & cōcūtū. Pulchra valde similitudine ip̄m̄ mysteriū innuit, de quo Ap̄l̄us: Nolo em̄(ingt̄) vos ignorare fr̄es mysteriū hoc, vt nō sitis vobis p̄fisi sapientes, q̄a cæcitas ex parte cōtigit in Israēl, donec plenitudo gentiū intraret. Pulchra(inquā) similitudine idp̄m̄ prophetat hic dicēdo: Ecce em̄ mādabo, & concutia in oībus gentibus domū Israel, sicut concutia in cribro, & nō cadit lapillus sup terrā. Cuncta tribulatio sive angustia, qua coangustati & cōtribulati Iudæi, in oēs gētes sunt euētilati ac dispergi, velut cōcūtū cribri extitit, q̄uo si puluēlēta collapſi muri cribri cōgesta cōcūtiant, vt puluere in terrā cadēte soli remaneāt lapilli in opus restauratiōis cōferendi. **V**nde p̄missio in gladio morient̄ oēs p̄ctōres populi mei, q̄ dicūt, nō appropinquabit, & nō veniet sup eos malū, cōtinuo subiungit. **I**n die illo suscitabo tabernaculū David quod cecidit, & reædificabo aperturas murō eius, & ea q̄ corruerāt instaurabo, & reædificabo eū sicut in diebus antiq̄, vt possideat reliquias Iдумæ, & oēs natiōes, eo q̄ inuocatū sit sup eos nomē meū dicit dñs facies hec. **Q**uē em̄ sensum hæc habeat ap̄l̄ probat, vbi questione suscitata, cur hoīes ex gētibus Paulus & Barnabas absq̄ circifōne & obseruatiā ſabatū ſucepſiſſent. Petrus r̄fidit vt debuit: Cuius ſniā probās, Iacobus hæc locutus est: Viri fr̄es audite me, Symō naſtauit, qui admodū p̄m̄is̄t̄ deus viſitabit ſumere ex gentibus pp̄lm̄ noīe ſuo, & huic cōcordat verba prophetar̄, ſicut scriptū est. Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculū David, quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigā illud vt requirat cæteri hoīim dñm̄, & oēs gentes sup quas inuocatū est nomē meū dicit dñs, facies hec: Notū aſculo est dño opus ſuum. **I**git domus Israel quæ concutia in cribro ruinoſa domus, & collapſum tabernaculū est, quia dñs ſtans ſuper altare, i. in arā crucis appensus, ab illis (ſicut iam ſuperius dicitū eft̄) percuti iuſit cardinē, vt cōmouerent ſuperliminaria, & lapilli ſuſidui, quoq̄ nullus cecidit ſup terrā, reliquiae ſunt, de q̄bus Ap̄ſtolus cum p̄m̄iſſet̄, ſed quid dicit Heliæ respōſum diuinū. Reliqui mihi ſepte milia virō, q̄ non curuaue runt genua ante Baal, ſic ergo(ingt̄) & in hoc tpe reliquiae ſecundū electionē gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Porro, p̄ctōres eiusdem populi oēs in eo ſunt p̄ctōres, quod dicūt, nō appropinquabit, & nō veniet ſup nos malū, & idcirco in gladio morientur inq̄t̄. Ergo non parui criminis eſt dicere, nō appropinquabit, & nō veniet ſup nos malū, cū deus vel ſp̄us ſanctus dicat oīs p̄phetae, appropinquabit & veniet ſup nos malū. Proinde ipſi qđem pseudoprophetae ſerp̄eti filiis, & maledictio ne digni ſunt, p̄ctōres aut̄, q̄ magis credunt pseudopropheticis q̄ prophetis dñi, tam iuste in gladio moriunt̄, q̄ iuste Adā ſiue mulier eius, pro eo quod ſerp̄enti magis q̄ deo creditit, ſententiā exceptit, vt de paradise expellere. Gladiū aut̄ hic nō ſolum Romanor̄ intelligimus, q̄a videlicet eo nō oēs p̄ctōres illius populi mortui ſunt, ſed potius gladiū inuifibile, qui p̄cutit interiora oīs imp̄cenitētis animaē, quē Pſalmista metuēs. De gladio(ingt̄) maligno erue me. Ecce in die iſto, q̄ dies ſalutis eft̄, & tempus acceptabile, ſuscitat illud tabernaculum Iacob quod cecidit, quia pro Iudæis incredulis ponuntur gentiles creduli, tangi lapides viui ſuper fundamentum viuorum apostolorum & prophetar̄, & hoc modo reædificat.

Tedificatur verus Dauid, lapis angularis ſicut in diebus antiquis, id eſt, non ex operibus legi, ſue ceremonijs carnis, ſed ex fide, per quam Abraham iuſtificatus eſt, per quam Noe complacuit, per quam Abel plurimā deo hoſtia obtulit, & poſſident nunc posteri huius Dauid reliquias Iдумæ & om̄es nationes, fine acceptione personar̄, eo q̄ inuocet nomen dñi ſuper eos. Vbi em̄ inuocatio nominis dñi, nulla eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Et vt ſciat, ga quicquid audisti ſtabile & ratum eft̄, nec infeſtum remanere potheſt, non aliud, ſed ip̄e, dicit dñs, faciens hæc. Quæ ſunt hæc? Quenam nobis oſtentis, dicendo, faciens hæc? Nimirum ſtans ſuper altare, & percutiens cardinem, & ſuperliminaria cōmouens, in gladio interſiciens om̄es, quoq̄ in capite auaritia eft̄, tangens terrā vt tabefcat, & lugere faciens om̄es habitantes in ea, ædificans in celo ascensionem ſuā, & fasciculum ſuū ſuper terram fundans, vocās aquas maris, & effundens eas ſuper faciem terræ, & conterēs regnū peccāt̄ & concutiens in oībus gentibus domum Israel, ſuſcitāt tabernaculum David, id eſt, eccl̄iam ſuā(ipſe eſt em̄ verus Dauid) & reliquias Iдумæ poſſident, id eſt, de terrenis, & terrena ſapienſibus hominibus cœleſtis faciens, cuius dixiſſe feciſſe eft̄. Sequitur: **E**cce dies veniunt, dicit dñs, & comprehendet arator mēſorem, & calcator vuā mitteni tem ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinē, & om̄es colles culti erūt. Et conuertāt captiuū ſtatē pp̄l̄ mei Israel, & ædificabūt ciuitates defertas, & habitabūt in eis, & plātabūt vineas & bident vinum eaq̄. Et facient hortos, & comedent fructus eorū. Et plantabo eos ſuper hūmū ſuām, & non euellam eos ultra de terra ſua, quā dedi eis, dicit dñs deus tuus. **E**cce ſi nō loquendi in hoc prophetā vide qualis fit. Si ſolū reſpicias literæ corticē, vile eft̄ & exiugū, qđ à glorioſo & magno deo promittit, quia bonis & malis commune eft̄, & bonis q̄ dem non magnopere curadūt, non magna ſollicitudine querendū, malis autem concipiſſe, quoq̄ deus venter eft̄, de qualibet Ap̄ſtolus: Eſa(ingt̄) ventri, & venter elciſis, deſuante & hunc & illā deſtruere. Si aut̄ corticem diſcutias, quemadmodū hic idem prophetā ſycomoros vellicabat, & ſub utilitate literæ p̄ſciſum, i. ſp̄ualem ſenſum requiras: glosrioſum eft̄, & p̄æclarū quod deus gloria promittit in hac ſermonis consummatione ſperatibus in ſe, quod oculus non vidit, quod auris non audiuit, quod in cor hominis non alcedit. Dicit aliq̄s: Quē fuit neceſſitas, vt maxime in calce ſermonis talis promeref ſta, quē maxime carnales mulceat? Videlicet q̄a ſic expediebat, vt pueros illos, ap̄d quos ſeruāda erat ſancta ſcriptura, ſeduceret ſeductione bona, propter eos q̄bus proſcere habebat mysteria, duplex ſe quae continent in prophetis ſuo tpe reuelanda. Eſt em̄ ſeductione bona, qua non ſolum rei na, ſ. & mala probus, vegetia probus aliq̄s, neſciens diuinis conſilij obſequium p̄fetat, in tantum, vt Hierem. 30 dicit: Seduxiſſi me dñe, & ſeductus ſum, fortior me fuſti, & inualuisti. Idē em̄ eft̄ ac si dicat: Propoſuerā ego tacere de huiusmodi, tu autem, vt tacerem non poſtem, moſtum quaſi impatientis animi, id eft̄, zelum bonum & forte m̄ impegiſſi. Sequiſt̄ nanci postmodum & dicit. Et dixit: Non recordabor eius, neq̄ loquar in nomine illius. Et faciūs eft̄ in corde meo quaſi ignis exēſtans, clauſuſq̄ in oībus meis, & defeci ferre non ſuſtinet, lebāt ſibi p̄. Econtra pueris & carnalibus iſtis dicamus, q̄ ſcripturas ſanctas nunq̄ custodiſſent, ſi vim pherari boillaḡ intellexiſſent. Seduxit vos dñs, & ſeducti eſtiſ, fortior vobis fuit & inualuisti. Si em̄ ita locutus fuſſit in prophetā, vt nihil boni ſonare videret litera vobis pefſimis, traſceremis ni contra ſp̄uū propheticum, quemadmodum iratus eft̄ rex vester Achaſ contra Michæl am prophetam, dicens, ac Iolaphat regem Iuda: Nunquid non dixi tibi, quia non propheṭat mihi boñum, ſed ſemper malum? Ita irati ſanctam ſcripturam ſuccenderetis, ſicut fecit rex Sedechias, qui cum legerentur ſibi verba Hierem. 36, lec̄is iam tribus pagellis aut quatavor, ſcidiſſi volumen ſcalpello ſcribā, & proſecit in ignem q̄ erat ſuper arulam, donec conuiceret om̄e volumē ignis q̄ erat in Arula. Bonū ergo fuit vos ſeducitanq̄ pueros, & ſcrepmiſſi ſp̄uālibus ſp̄uālia, vt putaretis vobis carnalibus promitti carnalia, qualia ſunt hæc, vt arator mēſorē, & calcator vuā mitente ſemen comprehendat, ſicut per bonā tem periferi ſolet, dū ſtatim poſt mēſorē impletis horreis ad ſufficientiā p̄fentis anni, ſubſequens arator ſemen iaciāt in ſp̄em futuri, nec mōra vlla intercedēte vindemiā tempus ſit, quā non ſinat vuaq̄ maturitas ultra diſterri. Hęc em̄ carnaliter intelligentes, vobis metiſiſſa blandimini, dicentes: Vobis p̄fisiſſis poſt aduersa rūſus proſpera promitti cum imp̄cenitētis ſit. Et per hanc quidem occaſionem ſcriptura ſancta penes vos haſtenus ſeruata eft̄, & ſeru-

COMMENT. RUPERT. ABBA. LIB. III.

& seruatur. Vos autem interea captivi, & dispersi estis, & in peccato vestro moriemini. Nunc tandem literam hanc discutientes sensum queramus, q̄ intrinsecus latet. Ecce (inquit) dies venient dicit dominus, & comprehendet arator messorum, & calcator vuze multo tentem semen. Isti dies iam venerunt, sicut testatus est ipse dominus ad discipulos suos loquens & dicens: Ecce dico vobis, levate oculos vestros, & videte regiones, q̄a alba sunt iam ad messem, & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam.

Iohann. 4
Aratores,
patriarchae
messores a/
postoli

Psal. 104

Luc. 10

Calactor
vuze

Ecclesiæ chri-
stii dicuntur
civitates,
vines, &
horti,

Vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit. Ego misi vos metere, quod non seminasti. Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introiistis. Breuiter dicendum, quia qui laborauerunt, & seminauerunt patriarchæ & prophetæ, qui autem in labores illorum introierunt, apostoli sunt. Patriarchæ nanci laborando, id est, peregrinando, & de genere in gêtem, & de regno ad populum alterum pertransfendo, seminauerunt, id est, promissiones beati seminis futuri (quod est Christus) accipere meruerunt, ipsum autem oculis suis non viderunt, tantum modo spe inhiante, & per hoc seruentis in modum arantium & seminantium. Apostoli autem præsentem Christum eundem beatis oculis viderunt, & receperunt eum in modi metentium. Propterea dixit illis: Beati oculi qui vident, quæ vos videritis. Dico enim vobis, q̄ multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videritis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. Igitur quod nunc ait, & comprehendet arator messor, id est, ac si dicat, patriarchæ simul & apostoli gaudebunt in semine Abraham quod est Christus, in quo promissam pariter accipiant benedictionem, vt quemadmodum dicit & qui seminat simul gaudeat & qui metit. Neque enim sic apostoli in labores eosq; introierunt, vt eos excluderent, sed ecce simul gaudent, & illi q̄ ante aduentum eius seminauerunt, & isti qui in aduentu eius messuerunt. Porro, calactor vuze, qui comprehendit mittentem semen, idem est qui & messor, & mittens semen, idem est qui & arator. Nam (sicut iā dicta est) anteriores patres sancti, & arantes & mittentes semen fuerunt. Apostoli vero & messores & calactoreres vuze sunt, messores quia præsens Christus maturum fuit illis frumentum, calctatores vuze, quia mustum sancti spiritus de illo sumperserunt, vel quia passionis eius præsentialiter communicantes, calicem eius bibuerunt. Et stillabunt (inquit) montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Montes idem apostoli sunt, propter excellentiam rerum, qui per totum mundum dulcedinem pacis, & remissionis peccatorum stillauerunt: prædicando in nomine Iesu Christi penitentiam & remissionem peccatorum. Illi autem audientes, & audiendo iustificati, tanquam colles bene culti, fructum bonum reddiderunt. Et conuertam (ait) captiuitatem populi mei Israel, id est, soluam vincula peccatorum, & diruam erroris, & ignorantiæ carcerem, quæ vera captiuitas erat, in qua detinebatur nos qui nunc dicimur & sumus Israel. Quod deinde subiungit: Et ædificabunt civitates desertas, & habitabunt in eis, & plantabunt vineas, & bibent vinum eorum, exploitatione iam non indiget, cum videamus vbiq; terrarum per desertum gentilitatem, quæ prius a deo deserta fuerat, surrexisse Christi ecclesiæ, quæ & civitates propter fideli firmitatem & vineæ propter spei, quæ non confundit, hilaritatem, & horti propter charitatis delicias, & dicuntur, in quibus habitant qui verbo illas ædificauerunt, vnde bibunt vinum lætitia, qui præceptis illas informauerunt, vnde comedunt fructus, qui consilij prouexerunt, q̄a sicut qui metit, ita & qui ædificat huiusmodi civitates, & qui plantat huiusmodi vineas, & qui facit eiusmodi hortos, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam. Vnde & sequitur: Et plantabo eos super humum suum, & non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis. Humus nanci quam dedit sanctis suis paradisus deliciarum est, in quo primum hominem posuit. Quia ergo in Adam omnes humum sive terram illam perdiderunt, & exortæ sunt regni coelorum, per aduentum autem Christi ita recuperauerunt, vt amplius non perdant, recte cum dixisset, & plantabo eos super humum suum, protinus addidit, non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis, vertitq; se ad aurem cuiuslibet nostrum gratulandus dicendo, dicit dominus deus tuus.

FINIS LIBRI QUARTI ET VLTIMI
IN AMOS PROPHETAM.

Prologus



PROLOGVS RUPERTI IN AB-
DIAM PROPHETAM.



Vartus in ordine duodecim prophetarum Abdias est. Hic ille esse perhibetur Abdias fuit qui in libro Regū loquitur ad Heliam. Et nūc dicit mihi: Vade, dic dñō tuo, ad tēpore H̄s est Helias. Cūq; recessero a te, spūs dñi asportabit te in locū quæ ignoro, & ingressus nūciabo Achab, & nō inuenies te, interficiet me. Seruus aut tuus timet dñm ab infantia sua. Nunq; nō indicatus est tibi dñs meo qd fecerim cū interficeret Iezabel prophetas dñi, q; absconditerem de prophetis dñi centū viros quinqueagenos, & quinquagenos in spelūcis & pauerim eos pane & aqua. Dicitur etiā hic fuit ille tertius ille princeps quinquegenarius, cui pepercit Helias dicens: Hō dei, noli despicer animā meā, & animā seruorū tuorū q; tecū sum. Ecce descēdit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquegenarios primos, & quinquegenos q; cū eis erant. Sed nūc obsecro vt misericordia aīt mea. Postmodū relicto Ochozæ regis ministerio, factus Helias discipulus prophetarum, qui etiā morte propria obiit, sepultus cū patribus suis in Sebaste ciuitate, vbi & Helias propheta, & Iohannes Baptista venerabiliter requiecat. Igitur q; centū prophetas aluerat, accepit grām prophetale, & de duce exercitus dux ecclesiæ factus est. Vn de recte & probabili in euāgeliō suo loquitur dñs noster: Et q; recipit prophetā in noīe prophete, mercedē prophetę accipiet. Eterū q; vere dicat p̄cedēs in isto exēpli, probat, q; pro eo q; partū prophetarū gregē tūc pauerat in Samaria, factus & ipse propheta, nāc in toto orbe Chri pascit ecclesiæ. Et hoc notādū, q; sicut in actibus apoloz, q; primus martyrio coronandus erat, diuino quodā p̄siglio vocatus est Stephanus, qd interpretat̄ coronatus, ita illi, q; taliter dñs seruire talēq; seruūtis mercedē recipere habebat, vocatus est Abdias, qd interpretat̄ seruus dñi. Accedamus ad hunc seruū dñi, & audiāmus qd per eū dicat ipse, q; per sanctos prophetas locutus est, spūs dñi, nō dubitātes, q; quāuis versuum suppūtationē parvulus propheta sit, sensibus tamen sit magnus, id est, totus spiritualis.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN ABDIAM PRO-
phetam commentariorum liber vnicus.



Ifio Abdiae. Quæ visio dicit. Abdiae, visio est dei, i. quæ deus Abdia ostēdit. Vnde & Ezechiel: Aperte sunt (ingr)ccelli, & vidi visiones dei. Propterea q; nūc prophetæ dicunt, olim dicebant visiones, eo q; videret dei visiones. Nā in libro Reg. ita legitimis: Olim in Israhel sic loquebat, vnuſquisq; vadet cōſulere deū. Venite & eamus ad videntē. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabat olim vi- dens. Visiones aut̄ hæc differunt, q; alibi monstrabat deo, significati- tue vident̄ imagines, quales maxime vident̄ iā dictus Ezechiel & Daniel, alibi sine imaginibus diuinæ suo mō vident̄ & percipiunt locutiones, quæ admodū hic de semetipso dicit: Visio Abdiae, & tū nullā se similitudinē si- ne imaginē narrat vidiſſe. Et de ista quidē visionis qualitate nō dubiū est, sanctos prophetas certū habuisse visum sive intellectū, spū sancto in ipsis loquentib; de illa vero qualitate vidiſdi, qua p̄monstrabant̄ imagines, illud sciendū, q; nō statim intellectus sequebatur visum, sicut de semetipso testat Daniel. Cū em̄ vidiſſet quatuor bestias grandes de mari ascē dentes, accēsi (ingr) ad vnu de afflētib; & veritatē, q; p̄erebā ab eo de oibus his. Itē, cū vidiſſet arête cornibus ventilante cōtra occidentē & cōtra aquilonē & contra meridiē & aduersus eū currentē hīcū, qui habebat cornu insigne inter oculos suos, postmodū subiū-

T. xit.

Ezechiel.

Reg. 9

Duplices

visiones.

Daniel. 7,8

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

xit: Cū viderē ego Daniel visionē & quererē intelligentiā, ecce stetit in conspectu meo
quasi species viri, & audiui vocē viri inter Vlai & clamauit & ait: Gabriel fac intelligere
istā visionē. L Hæc dicit dñs deus ad Edom. Auditū audiuimus a dñs, & legatū ad gemitū
misit. Surgite & cōsurgamus aduersus eū in plū. Edom ipse est Esau, q & alio noīe di-
citur Seir. Cur aut̄ vocatus sit Edom, historia prodit dicēs: Coxit aut̄ Iacob pulmētū. Ad
quē cū venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quā ob causam vo-
catū est nomē eius Edom. Edom quippe interpretatur rufus, & est nomē hoc gulæ eius
monumentū, eo q̄ pro coctione rufa vendiderit primogenita sua. Attamen idē colore q̄
q̄ rufus erat sicut scriptū est: Qui primus egressus est, rufus erat, & totus in morē pellis his
pidis. Vnde notandū q̄ nō naturæ accidēs color reprehensibilis iudicatus est, vt propter
hoc tali vocabulo denotaret & diceret Edom, p̄sertim cū & sanctus David rufus fuerit, sed
animi vitiū & immoderatus rufa coctionis appetitus meruit, vt noīs eiusmodi hereditatē
sortiret. ¶ Quid aut̄ genus illius Edom tūc tēporis agebat, vel in quo merebat, vt cōtral.
lū visio tā dura prophetæ siue sermo dñi demōstraretur? Valde nāq̄ dura est, sicut ex to-
ta serie lectionis huius manifestū est. Si rēpos illogi gesta revolutum, cōstat q̄a fcedera-
tus erat Israeli Edom, in tantū vt cū Iorā filio Achab, sub q̄ iste Abdias pauperat prophē-
tas dñi, pergeret ad plū cōtra Moab. Quid igitur sup̄ hoc animaduertēdū, nisi q̄a verba
visiōis huius, cū non hoīs, sed sp̄is sancti verba sint, sp̄ualiter pēnsanda sunt Edom, quippe
(qd̄ interpretat̄ rufus, siue sanguinolētus) nō solus iste homo sicut Isaac & Rebeccā filius,
sed oīs quicq̄ vitiū eius imitatur, sc̄tādo gulā, & fraternū gerēdo odium, sicut ille fecisse
nō ignorat. Si hoc ita nō esset, Ap̄lus nequaq̄ diceret his, q̄ vitiū secundū carnē, q̄ ex Esau
qui & Edom, sed ex Iacob geniti fuerāt. Contemplātes ne quis desit gratiā dei, ne qua-
dix amaritudinis rursum germinās impedit & per illā inquinētū multi, ne quis fornici-
tor, aut profanus vt Esau, qui propter vñā escam vendidit primogenitā siua. ¶ Itaq̄ si ver-
bā, cōpleta esse in illo Edom, itēq̄ recolas, qualis fuerit rez status in Israel, quo tēpore p̄o-
phetauit hic Abdias, dubitate nō debes, quin sub noīe Edom visio sit contra carnalē Isra-
el. Tunc eiū regnante Achab & impia Iezabel cōperūt occidi prophetā dñi, ita vt dice-
ret Helias: Dñe dereliquerunt pacū tuūm filii Israel. Altaria tua destruxerūt & prophe-
tas tuos occiderūt gladio, & relictū sum ego solus & quārūt animā mēa. Nimirū qui oc-
cidebant, & ipse Helias qui fugiebat, cāteriq̄, de quibus ait dñs, Reliqui mihi septem mil-
lia virorū, quoē genua non sunt curuata ante Baal, ipsi sunt Jacob & Israēlitæ, qui aut̄ oc-
cidebant eos, ipsi erāt Edom, vt p̄ opere perpetrātes oīdū quod mēte, cōceperat ille, cu-
ius propter imitationē filii sunt, dices in corde tuo: Venient dies luctus patris mei, vt occi-
dam Iacob frātē meū. Alioquin quomodo stabit illud, qd̄ in hoc propheta, cū p̄missum
esset vt intereat vir de monte Esau, subiunctū est, propter intersectionē, & propter iniqui-
tātē in frātē tuū Iacob? Nam ille Esau siue Edom quē Rebecca peperit, oderat quidem
sem̄ Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater, sed nō interficeret eū. Hi aut̄ quē
Iacob secundū carnē geniti, oīdū imitati sunt Esau, fratres suos interficerēt, nec defēre-
rūt interficiendo, donec ipsum interficeret Christū. ¶ Quod si quārā, q̄ fuerit necessitas
vt significarentur noīe Edom, cū possent manifestius exprimi nominib⁹, alij q̄ propria
viderētūt Iudaicæ siue Israēlitæ gentis, nos ad hæc dicimus, q̄a nimis incauti & indīci-
ti fuisset hominis, nudo sermone propriq̄ vocabulis declamare perditionē gentis, apud
quā folā oportebat interim propheticas visiones & in oīs sanctas scripturas cōseruari, do-
nec glorificato Iesu & dato spiritu per totū mundū diffunderent, per linguas omnīū gen-
tiū, & clarescerēt aperto credētū sensu ad intelligēdū. Nunc iā textū visionis huius īinge-
diātur. Pr̄missio, hæc dicit dñs ad Edom, statim subiungit. Auditū audiuimus a dñs, &
legatū ad gentes misit. Hæc ex sua cāterorū propheta, persona interloquitur, priusq̄
narrare incipiat, quānā sint ea quā dicit dñs ad Edom. Sic Lucas in actibus apostolorum
p̄missio, exurge Petrus in medio frātū dixit, priusq̄ ea narrare incipiat, quā Petrus dixit,
ipse ex sua persona interposuit. Erat autem turba hominū simil fere centū viginti. Itaq̄
quali quāreret, quis tu, q̄o vel vnde scis, quid dicit dñs ad Edom? A dñs (inquit) audiuimus
auditū nos prophetæ, qui fere oīs loquimur contra Edom. Et ipse misit, i, certissime
missi

IN ABDIAM PROPHET. CAP. II.

FO. CX:

missurus est legatū ad gentes, qui dicat: Surgite, & cōsurgamus aduersus eū in præliū, Legatū
legatus iste Christus est missus ad gentes & desideratus gentibus, sicut in Aggeo scriptū
est: Mouebo oīs gentes & veniet desideratus cūctis gentibus. Legatus iste nō sic ad gentes
missus dicitur, vt p̄ suā ipse personā ad gentes venerit, aut̄ venire debet, r̄t, quippe q̄ in lu-
dāa cōsummatus est, & peragendū ad gentes suā legationis officiū, suis apostolis impo-
suit, sicut vñus ex eis Paulus dicit. Pro Chfo ergo legatione fungimur, tanq̄ deo exorāte
ḡnos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Legati huius verba sunt hæc, O vos
gentes, surgite & cōsurgamus aduersus Edom in præliū. Nimirū hoc & corporaliter fa-
ctū est, quād ex Romano imperio cōsurrexerūt gentes ad excidiū Iudeorū, & nūc vñq̄
sit, dum credētes ex gentibus cōtra illos verbo veritatis dimicant, tela fūmenta ex armis
vñscripturæ sanctaræ. Hunc auditū nos a dñs audiuimus qui legatū illū expectamus &
recipimus. Edom aut̄, qui illum nō recipit, imo qui illum occidit, sicut & ante & post illū
prophetas & sapientes & scribas interfecit, quos ille misit, audiat alia quā dñs ad eum dī-
cit. Quāe sunt illas? Ecce parvulum dedi te in gentibus, cōtemptibilis tu es valde. ¶ Quale
intūlū eōs, qui dicuntur ad istū Edom. Parvulum (inquit) dedi te in gentibus. Potest qui-
dem parvulus in bono interdū accipi, sed nō hic. Sequitur em̄, Contemptibilis tu es val-
de. Ergo parvulum dedi te, i, inuidū esse ostēdite, de quo recte dixerit alia scriptura, parv-
ulum occidit inuidia. Inuides em̄ gentibus, qui videlicet cōparatione tui magnē effectū
sunt gentes Christū suscipientes, & ob hoc in fide patris Abrahā recte gloriātes. Hinc
est illud, Ego ad æmulationē vos adducā in nō gente, in gente insipiente, in irā vos mittā.
Aemularis em̄ & inuides gentibus videns impletū esse in eis illud propheticū: Inuentus
sum a nō quārētibus me, palā apparui his qui me nō interrogabāt. Cū ita sis parvulus, cō-
sequenter & recte cōtemptibilis tu es valde, subauditur, propter intersectionē & propter
iniquitatē & frātē tuū Iacob, quam postmodū dicturus sum, q̄a videlicet inuidisti vt par-
vulus, occidisti vt inuidus. Idcirco nāq̄ ita cōtemptibilis es, vt sis velut Cain vagus & pro-
fugus sup̄ terrā, electus a facie dñi, quia sicut ille frātē Abel, sic & tu Christū & pro-
phetas eius p̄ inuidā occidisti. Idcirco (inquit) tu cōtemptibilis es valde, nō solū deo, vege-
tia hominibus, inter quos captiūs & dispersus teneris, notā habēs tui sceleris ipsam ca-
pitiātē ac dispersionē, quā tuā iniquitatē latere nō finit. Nimirū vt ita cōtemptibilis fie-
re, p̄cedens culpa superbiā causa extitit. Dico ergo, L Superbia cordis tui extulit te, ha-
bitantē in scissuris petræ exaltantē solū tuū, qui dīcis in corde tuo, quis detrahet me in ter-
rā. Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nūdū tuū, inde te detrahā dicit do-
minus. ¶ Et quidē ille alter Edom, cuius oīdū tu imitarit, qui secundū carnē diceris Iacob,
ita vt litera sonat in petris habitat. Nā omnis australis regio Iudaeorū de Eleutheropo-
li vñq̄ ad petrā & Zailam (hæc est em̄ possēssio Esau) in specubus habitat, sed tu qui oīa
quaē de Esau dicunt, in peius imitaris, in alia petra gloriāris, in alterius petra habitas scissu-
ris. Quā est illa petra? Tuū secundū carnē pater Abrahā. Hinc nāq̄ Esaias: Attēdite (in Petra Iude-
quit) ad petrā vnde excisi estis, & ad cænārā laci de qua p̄cisi estis: Abrahā & Saram vo-
lens intelligi. Subiungit em̄ protinus & dicit: Attendite ad Abrahā patrē vestrum, & ad
Saram, quāe peperit vos. In scissuris illius petræ tu habitas, & inde superbia te extulit. Ver-
bi gratia dum dīcis, Semen Abrahæ sumus, pater noster Abrahā est. Hæc & huiusmodi
superbia te extollente dīcis, sc̄ilicet superbiendo cōtra petrā illam, quāe in fundamēto posi-
ta & Abrahā & cāteros sanctos, qui petræ siue lapides viui, propter fidē dici merē-
tur, portat. ¶ Ne vero dīxi aut̄ dico te in petra, sed in scissuris petræ habitantē extolli. Sci-
disti nāq̄ petrā illam, id est, carnē Abrahæ scissuris irreparabilibus, & tunc quād decem
tribus scindente Hieroboram scissæ sunt a domo David, qui possidebat hæreditatē bene-
dictiōis, quo post Abrahā & Iacob, simplex Iacob benedici meruit, vt de semine eius Chri-
stus nascetur, & hinc quād negasti filiū David, filiū dei dicens, nō habemus regem nisi
Cæarem. ¶ Sic habitans in scissuris petræ, exaltasti solū tuū, magis eligens nominari sup̄
te regnū Romanū, siue nomē Cæsareum, q̄ regnū siue nomen pauperis Christi, cuius re-
gnū nō de hoc mūdo, sed de celo est. Nimirū frustra decipieris, dīcis in corde tuo,
quis detrahet me in terra. Deniq̄ si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris ni-
dū tuū, inde te detrahā dicit dñs. Exaltare nūc vt aquila, & inter sydera pone nūdū
Iohan. 19
Tū tuū,

Scissure il-
lius petræ
Gene. 25

Iohan. 19

Iohan. 8

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. I.

tuum, Verbi gratia, dicendo, Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus deum, qui volatus animi superbientis nimis est altus, ego vero inde te detraham, falsum cōprobando & cōvincendo, quod non deus pater tuus sit, sed ex patre diabolo tu sis, cuius desideria facere voluisti. Sequitur, L. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomo- do conticuissent? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, Nunquid non saltē racemos reliquistint tibi? Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigati, inuerunt abscondita eius? Grauissima irrisio, dicere illi, cuius omnia fures scrutati sunt, & abscondita quoque inuestigauerunt, si fures introissent ad te, quoniam conticuissent? Quisnam ita debet irrideri, nisi is qui valde est cōtemptibilis, ita vanus, vt cum a furibus dormiens omnino spoliatus sit, hoc ipsum adhuc nelicies quia dormiuit, iactaret quod prouidus sit? & furis aduentū toto priuī mense oſfacere posse? Ut manifestior sit huiusc irrisio modus, exemplum vnde cungsumus. Ethicus in fabula Therétiana, dū contra fratrem stoma chatur, eo quod filii perdat, finendo illū amoribus vacare, taliter a ſeruo irridetur. Tu (inquit) quantus quātus, nihil nisi sapientia es. Ille futilis ſomnū, Sineres vero illū tu tuum faceret haec? Ille respondēs ait: Sinerē illū! An uō sex totis mēſib⁹ prius oſfecissem quod ille quicq; inciperet? Et ſeruus pertinaciter deludēs, vigilantiā (inquit) tu tu mihi narras? Tāq; dice ret. Nō opus eſt ut mihi narres, noui enim quia filius a te vigilanter custoditus eſt hac tenu ne amarer. At ille videlicet filius, quē pater vanus tātopere ſe custodisse iactabat, amor cuiusdā plairia totus deditus erat, fed amoris famē alius in ſe tranſtulerat. Sed omisſa iā nugacibus exēpli, veniamus ad rem, ac demontremus, qui fures quive latrones ad illū Edom introierunt. In pſalmo, gentes omnes iuſſae plaudere manib⁹, & iubilare deo in voce exultationis, elegit nobis (aiunt) hār editatem ſuā, ſpeciem Iacob quē dilexit. Hāc dicendo ſpūs sanctus ad historiā mittit nos. Sicut enim Esau ſue Edom, qui prior natu era, a deo reprobatus eſt, & Iacob dilectus: ſic Iraeliticus populus, qui prius quādā familiariter deo acceptus eſt, postmodum reiectus eſt. Gentes vero quae nullā eius cognitionē cun̄ fures, prius habuerāt, eius benedictionē receperunt. Nimirū illuc Iacob, & hic gentes recte fure dicuntur, nō pro ſuo vitio, ſed pro illius ſue illorum improprio, quibus in mortiferare Gene. 27. gligentia dormientibus primitiuā ſublata ſunt. Quis enim, vt interim ſecondū historiam dicamus, Rebeccam & Iacob fures in illo factō dicere dubitet, p̄teſertim cū dicat ipſe Iacob pater, venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam? Eadem ratione Iacob dicitur fur, qua dicitur fraudulentus. Amplius dicimus quia dominus ipſe fur ſe assimilat, dicendo: Si ergo non vigilaueris, veniam ad te cito tanquam fur & nescies qua hora veniam ad te. Notum vñq; eſt, quia ſic dicitur, nō in reprehensionem venientis, ſed in ſubſannationem dormientis. Itaq; & quādo (ſicut iam dictum eſt) venit germanus fraudulenter, & accepit benedictionem, conſcia & cooperante matre Rebecca, tunc fures introierunt ad Edom: & quando contingente, in Iſrael cæcitate, ſubintrans plenitudo gentium tulit neglectā a Iudeis benedictionē, id eſt Christū, nihilominus, Imo per amplius fures introierunt, imo intore nō definiunt ad Edom. Diximus de furibus, de latronibus qd dicemus. Siquidē vtruncq; dixit: si fures introissent ad te, etiā latrones per noctem. Nomen latronis nūquā in scripturis recolimus ſimilitudinem gerere alicuius boni. Nam furi qui dem (vt iam dictum eſt) dominus ſe assimilauit, latroni autē nūquā vel ipſe vel plus ali quis assimilari debuit, cum ſit nomen crudelitatis. Ergo gentes in Christū credentes, & credendo increduum & crudelem Edom, ſcīlēt Iudaicum populu ſupplantātes, fures fuerunt ſicut Iacob, qui vt benedictionem acciperet, fraudulenter venit, latrones autē ſcribz & pharisei, qui latrocinando ſuam exercentes auaritiam, animas trucidauerunt eiusdem populi. Nam reuera ſi latrones nō fuissent, nequaquam dominus præmifio, quia ſcriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur, diceret in eos tuos autē feciſti eam speluncā latronū. Nonne illuc p̄te latrocinando in templo & agendo p̄z dā de populo, ad hoc pertinuerunt, vt animas illorum trucidarent, ſuadendo, vt Christum interficerent? Nonne hoc ſuadendo, introierunt latrones per noctem? Obduxerunt enim miseriſ nimiam deę p̄tionis caliginem, ita vt cum eſſent latrones, viderentur esse confutores. Dixerūt etenim, Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eū. Et venient Romani, & tollent noſtrum locū & gētem. Ad hāc vñus ex ipſis, Caiphas, pontifex illius annit: Vos, inquit, nescitis quicq;

erratio;

Plal. 46.

Apoca. 3

Roma. II.

Latrones, ſcribz & pharisei.

Math. 21

Iohann. 18

IN ABDIAM PROPHET. CAP. I.

Fo. CXI.

nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vñus moriatur homo, & nō tota gēns pereat. O ſua- uillimū consultorem, crudelissimū latronē. Ad hāc conticuit ille Edom, id eſt, acquieuit ſequens crudele consiliū. Nā ab illo die cogitauerunt vt interficerent dñm Iefum. Recte ſiguit cū irrisione, & foco amarissimo dicitur in eū. Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctē, quoniam conticuissent? Hoc eſt amarius dicitur, & acerbius ſonat, qd ſi diceretur ad mirando, dum fures introirent ad te, dū latrones per noctē, quoniam conticuissent? Item Furſuſe ſufficientia ſibi, ſufficientia ſibi. quod ſequitur, nonne furati eſſent ſufficientia ſibi, multo vehementius eundē Edom per cutit, qd ſi ita diceretur, furati ſunt ſufficientia ſibi. Hoc de gentibus ſupradictis Iudeos ſup plantantibus, ſecondū typū qui in Iacob p̄ceſſit. Recte dicit ſpūs propheticus, quia furati ſunt ſufficientia ſibi, id eſt, ea tantū tuferunt Iudeis, quae ad ſalutē ſufficientia ſibi. Neq; eī holocausta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinē vitulorū & agnōrū & hir- corū, neq; neomeniam & ſabbatum, & festiuitates alias, & Kalendas, cæterasq; carnales Philip. 3 ceremonias fures iſti furati dignati ſunt, imo responderunt & arbitratī ſunt vt ſtēcora, ſuffi- cere ſibi credentes fidem & iustitiam, ſecondū quod sancti apostoli ſcriperunt eis: Vi, Acto. 19 ſum eſt enim ſpirituſi ſancto & nobis, nihil uitra imponere vobis oneris qd haec necessaria, viab immolatis ſimulachroſi, & ſanguine & ſufficiato & fornicatione, & ea quae vobis fi- ei non vultis, alij ne feceritis. A quibus custodientes vos bene ageris. Nimirū tale hoc eſt quale eſt, vineam intore, & racemos diligenter colligendo, ſola folia relinquare. Idcirco conuenienter adhuc proloquens, ſi vindemiatores (inquit) introiſſent ad te, nun quid non saltē racemum reliquissent tibi? Deniq; vineam domini ſuile Iraeliticam gen- tem paſſim ſcriptura concinit, Exempli gratia illud in Eſaiā: Cantabo dilectio meo canticū Eſaiā, f patruelis mei vinea ſuæ. Vinea facta eſt dilecta in cornu, filio olei, & ſepiuit eam, & lapi- des elegit ex ea, & plantauit eam electam, & cætera vñq; vinea enim domini exercituum domus Irael eſt. Nunquam ſic a vindemiatorebus demeſta fuit alicuius hominis vinea in ſenſibiliſ, quoniam iſta domini vinea viuens & ſenſibiliſ despoliata eſt a furibus iſtis. Vin- Iudeis in demiatoreſ quiſque quāuis diligenteſ ſint, non nunquā ſaltē racemum inter folia latente vinea ſolū relinquent. At vero fures iſti ſæpediſt, ſcīlēt gentiles ad fidem vocati, & vineam legis ſolia relin- q; & prophetarum ingressi, totum rapuerunt, nihilq; p̄pter folia literæ occidentis relique- runt illi facenti & dormiente Edom. Nullum omnino iam habent reliquum viuificantis ſpirituſum. Inde admirando percunctans, & percunctando admirans dicit: Quo- modo perſcrutati ſunt Esau, inuestigauerunt abſcondita eius, ſubaudit, fures iſti qui ad eum introierunt? Quā autem erant abſcondita illius, videlicet Iudei populi, qui vt ſe- pe iam dictum eſt) nomine & operibus p̄ſeſſiguratus eſt Edom ſue Esau? Quā (in quā) erant illius abſcondita, niſi ſpiritualia legi & prophetarum ſacramenta, qualia congrue ſi- gnificari potuerūt vñſibus Esau valde bonis, quas apud ſe Rebeccā domi habebat? Mul- tum ſcrutati ſunt, miro modo abſcondita Esau fures iſti inuestigauerunt, quando legem & prophetas ſpiritualiter intelligentes, pelliculis quoq; hoēdorum manus & colli nuda protexerunt, id eſt priorum operum veterisq; ſuperbiæ manifestam confessionem facien- tes, penitentiam egerunt, Ista ſunt abſcondita Esau, Ista ſunt valde bona vñſimenta eius, que Apostolus commemorans, quorū (inquit) adoptio eſt filiorū & gloria & testa- mentum & legiſtatio & obſequiū & promiſſa, quorū patres ex quibus Christus ſe- cundum carnem, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Hāc omnia ſcrutati ſunt & inuestigauerunt, & ad ſemetipſos tranſtulerunt. Sequitur, L. Vñq; ad terminum emiſſe- runt te omnes viri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduersorū te viri pacis tuae, qui comedunt tecum, ponent infidias ſuper te. Grandis reatus exitit huic Edom, qd mul- tos fœderatos habuit, grandis offendio carnali Iraeli, quod toties cum profaniſ gentibus ſœdus pepigit, prohibente domino in lege, ac dicente: Non inibis ſœdus cum eis, neque ſociabis cum eis coniugia, quia ſeduent filium tuum ne sequatur me, & vt magis fer- viat dijs alieni, irasceturq; furor meus, & delebit te cito, ita factum eſt. Commixti ſunt Psal. 105 inter gentes & didicerūt pera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in scandalum. Hoc faciendo & perfeuerando, ad hoc vñq; peruererunt, vt Romanæ gen- tiſ imperio nimis ultronie ſe ingerentes atq; dicentes: non habemus regem, niſi Cæſarem Christum dei filium regem ſuum cruciſigerent. Multi per diuersa temporum curricula

T 3 taliter

Exod. 32
Danie. 7
Pſal. 105

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. I.

Viri pacti eui Annas & Caiphas	taliter fcederati fuerunt huius Edom, quibus dū similis esse cōtendit, prophetas & ipsiū dominum prophetarum occidit. ¶ Porro illusores veraciter, falso aut̄ viri pacis, de quibus nunc (ait) illuserunt tibi, inualuerunt aduersum te viri pacis tuā, qui comedunt tecum pōtent infidias super te, sacerdotes fuerunt, maximēc Annas & Caiphas, qui multo perniciōsius illi populo illuserunt, suadendo vt peterent dimitti sibi Barabā, & crucifiḡ Christum, q̄ olim illuserant Hieroboam & sacerdotes eius, fabricando vitulos aureos ut illos colerent, & regem suū Daud derelinquerēt, ostendentes vitulorum pulchras effigies, ad dicentes, isti sunt dñi tui Israel. Comedebat em̄ cum illo infelici Edom, & suam de illo explebant avaritiam, & vt liceret eis comedere prædamq̄ de populo facere, idcirco sic illurent, idcirco infidias super eum posuerūt. Illusorū maximus iam dictus extitit illusor Calphas: Expedīt (inquietus) vobis, vt vnu moriatur homo pro populo, & nō tota gens perireat. ¶ Notanda interim diligenter dictionis huiuscē qualitas, quia non dixit, infidias pōnent sub te vel contra te, sed infidias (inquit) ponent super te. Nimirū sat̄ edici nō potest, q̄ nequissima sit illusor, q̄ pertinaces in illudendo infidiae, quando is qui suadet vt decipiat, cum calliditate suauis magnitudinē quoq̄ habet potestatis, sicut habuit idem Caiphas & principes alij, qui suaserunt turbis. Superbia etenim plebe superiorēs, scelerato populo erant sceleratores, ad suadendū callidi, & ad prouocandum factiosi. Idcirco contra illos sp̄s propheticus per Esaiam dicit: Propter hoc audite verbum domini viri illius res, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem. Dixisti em̄ Periculū mus fecundū cū morte, & cum inferno fecimus pactum, &c. ¶ Huiusmodi fcederati sue viri pacis vsq; ad terminū emiserunt te. Cuius vsq; ad rei terminū illum emiseruntur? Nimirū vsq; ad terminū benedictionis, extra terminos promissionis, quae ad Abram facta est secundū hæc verba: In semine tuo benedicentur omnes gentes, & in Isaac vobis tibi semen. Extra terminos illius tantæ hæreditatis viri fcederati, Viri illusores illum emiserunt, quia videlicet iniqua confoederatio illoq; causa extitit, vt emitteretur exta tamē videlicet bonum, nec reputaretur in semine, quia non erat ex fide. Nonne illum priorem Edom sive Esau talis causa emisit vsq; ad terminū, vt non sequeretur benedictionē, venio remaneret intra terminos hæreditatis, quam illi tanq; primogenito pater Isaac prescribere deliberat? Nam quia fcederatos habere voluit homines seculi, idcirco exterminatus est extra fines supernæ benedictionis. Sic em̄ scriptum est: Esau vero quadragenarius duxit vxores Iudith filiam Beheri Aethi, & Basemath filiam Elom eiusdem loci, quæ ambo offendierant animum Rebeccae. Nonne offensus animus Rebeccae indignum iudicavit illum benedictionē, qui sicut prius primogenita sua propter escam vendiderat, sic & postmodum vxores ducens alienigenas cōcupiscentiæ seruivit, quia benedictionem semibeni Abraham contempserat? Nominatus quippe esse & in terra roborari appetens peccatorū se affinitatibus immergit, super quibus præcauens Abraham serum fidelem atrinxerat iumento, vt non accipias (inquietus) vxorem filii meo de filiabus Chanaanæ, & inter quos habito. Sed nec illud prætereundū quod videns idem Esau, quod pater suus benedixisset Iacob, probans quoq; quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ima helem & duxit vxorem absq; his quas prius habebat Malalehel filiam. Iismahel filii Abraham sororem Nabioth. Nimirū hoc erat illi magis ac magis vsq; ad terminū emitti & foras eijs, quod electo Iismahel taliter se consociauit. Sic etiā Sara locuta fuerat: Ence amicillam & filium eius. Non enim erit haeres filius ancillæ cum filio liberæ. Nimirū & Iismahel & Esau, qui secundū carnē nati, p̄secuti sunt Isaac & Iacob, q̄ nati sunt secundū sp̄m, typū p̄tulerūt carnaliū ludæos, qui spirituālē Iismahelē persecuti & occidere non desistunt, donec ipsi emitterentur, vt iam dictū est, vsq; ad terminū. Sequitur: L Non est prudentialis in eo: Nunq̄ dō in die illa, dictū dominus, p̄dā sapientes ex Idumæa, & prudentialis de monte Esau. Et timebunt fortis tui a meridie, vt intereat vir de monte Esau. Propter intersectionem & propter iniuriam in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peri-
3. Reg. 12	
Iohann. 16	
Esa. 28	
Gene. 22	
Vxores Ela. Gene. 26	
Gene. 24	
Gene. 36	
Gen. 21	
Galat. 4	

IN ABDIAM PROPHE. CAP. 1.

bis in æternum. I Cum ad ipsum Edom fieret sermo propheticus vsq; ad hunc locum, q; comedunt tecum, ponent infidias super te, auditorē quoq; attentū esse & in admirationem excitari volens super his quæ dicebantur, repente cōuersus dicit de eodem Edom. Non Esa,⁵ est prudentia in eo. Vere nō est in eo prudentia q; iam dictas super se positas non cauit insi Hier., 48 dias, sed fuit insidiatus, sicut imprudens, sicut imprudentis, bona ergo non est in eo prudētia. Cæteræ iam dicti insidiatores eius male prudentes fuerunt, sicut in eosdem per alii prophetam dictum est. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipis prudente. Item: Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. Cum igitur di Duplex xiller, non est prudentia in eo, qm̄ est prudentia sive patientia quædam non bona, quæ res prudentia claus dicitur malitia, continuo subiunxit: Nunquid non in die illa, dicit dñs, perdam sapientes ex Iдумea de morte Esaus? Deniq; sapientia sive prudentia, quæ merito perdenda iuſtificatur, malitia sive stultitia est. Scriptum est em̄: Perdam sapientiam sapientum, & prudētiam prudentium reprobabo. Hoc apud beatum Iob scriptum est: Cuius scriptura cum me ministret A postolus, continuo dixit: Nōne stultus fecit deus sapientiam huius mundi? & in alio loco dicit: Nā prudentia carnis mors est. Item: Qm̄ sapientia carnis inimica est deo. Hæc idcirco dicta sunt, quoniam alia prudentia est, quam conquereris non esse in illo Edom scilicet bona, & alia quam se proditum esse dicit de monte, id est, de superbia eius, s. malæ, que vero nomine dicitur malitia. ¶ Simul notandum quod cum dicit, nunquid non in illa die perdam sapientes ex Iдумea, de futuro tempore seſe vaticinari latet indicat, q; q; magica legentes miratur in historijs plus q; tragicis, q; terribiliter semetipſos iudicio dominii perdididerunt sapientes & prudentes illi, id est, maliciosi, qui secundum exemplum Eſau fratrem suum simplicem Iacob odientes, illos, qui vere sapientes erant & prophetæ, persecuti sunt & occiderunt, tandemq; ipsum dominum, fratrem suum secundum carnem effectum, diutantes, vt eum caperent in sermone, ad ultimū tale confilium sapientiae sive reprenserūt ut eum suspenderent in ligno, maledictum illum esse volentes propter hoc. Sciebant em̄ præ sapientes, & peruerse prudentes, scriptum esse in lege, quia maledictus a deo est qui pendet in ligno. Veruhtamen vbi scriptum hoc est, si vere saperent, si vere prudentes essent, si vere peccatores non facit pena, sed culpa, Proinde ipsam legis sententiam ponere non pigeat. Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & ad iudicatus morti, appensis fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus a deo est qui pendet in ligno, & nequaquam cōta, minabas terram, quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem. Non tantum dicit, quando appensis fuerit homo in patibulo, quod pena est, sed etiam præmisit culpā, quido peccauerit homo quod morte plectendū est. Hoc illi sapientes & prudentes non videant, aut videre voluerint, quia nimis non erat illorum sapientia qua illuminat, sed malitia, quia excœcat, sicut scriptum est. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excœcauit enim illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta dei. Perdā igit̄ (inquit) in illa die sapientes & prudentes de monte Eſau, i. Iudeos terrena sapientes, & secundū similitudinem Eſau superbientes condemnabō sicut Eſau, vt comprobent insipientes, non vt cœp; sed ita vt ferre nō possint lucem sapientiae. ¶ Nam hoc est quod rursus ad ipsum convuersus sermo propheticus, & Meridies timebunt fortēs tui a meridie, vt intereat vir de monte Eſau. Meridies hoc tempus gratia pusgratiae est, ex quo sol iustitie Christus in altum ascendit, suæq; diuinitatis radios, id est, spiritus sancti dona diffundens mundū illuminavit, & caleficit. Vnde Psalmita: In sole (ingr.) posuita bermaculum suū, & ipse tanq; sponsus procedet de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendā viam, a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summū eius, nec est qui se abcondat a calore eius. Ab isto meridie sic timent fortēs huius Eſau, vt præfiguraretur quidam splendida facta facie Moysi ex consortio sermonis dei, vidētes Aaron, & filij eius, Exodus, 34 timuerunt prope accedere. Sic (inquit) timent isti fortēs, id est, luminis rebelleres, de qualibus in psalmo scriptum est: Et irruerunt in me fortēs. Timor eorū malignus est, vt pote quod ex incidentia procedit. Intendent enim charitati solis huius æterni, & quicquid de gloria eius audituit, contra se putant dictum, qui talem extinguere voluerunt. Inde fit, vt inter se vir de monte huius Eſau, qui dum lumen refugunt, eunt in interitū viriū suis viribus Psal., 18 T. 1. 1. 1.

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. III.

Confidentes in monte superbis caput attollentes, nec iam duci merent viri, sed potius mulieres, iuxta quod in Esaiā dicit idem dñs: Populum meū exactores sui spolierūt, & mulieres dñatae sunt eius. ¶ Peccatum huius Esau manifestius sermo propheticus exprimit, si protinus dicit: Propter interfectionē & iniqtarem in fratrem suū Iacob, & peribis in gemitum. Si ad illas tantummodo duas recipimus personas, q̄ proprijs noībus istis priores iūns cupantes sunt Iacob & Esau, Isra non stabit, q̄a videlicet Esau fratre suū Iacob odio qđem habuit, sed non etiā interfecit. At vero de carnalibus filiis Israel sive Iudeis notum nimis est, q̄a fratres suos prophetas dñi, & ipm dñm secūdum carnē fratré suū interfecerūt, & propter hoc confusio operuit eos, & peremit in aeternā. Non tātum q̄a interfecerunt, sed q̄a insurgetēm credere nōuerūt. Valde q̄ppe notādum est, q̄ nō dixit hoc solum propter interfectionē, sed addidit, & propter iniqtatem in fratrem tuū. Nulli deniq̄ nouissimū sc̄lus intersectionis, si nō perseverasset & iniqtas incredulitatis. Igit (vt saepe dictum est) hoc nō nomen Esau sive Edom cunctos significat imitatores illius primi, & nomine Iacob cunctos

Ez 2,3

Plat. 136

3. Regū. 18

2. PARTE 2

Carnalis
rael spiri
alem sem
ut extran
us perfec
cus est

2, Regū,

卷之三

144

Hier. 38. 3

L. Macha.

Z. MACH. F.

Ago. 13

10

confidentes, in monte superbis caput attollentes, nec iam duci merent viri, sed potius mulieres, iuxta quod in Esaiā dicit idem dñs: Populum meū exactores sui spolierūt, & mulieres dñatae sunt eius. ¶ Peccatum huius Esau manifestius sermo propheticus exprimit, si protinus dicit: Propter interfectionē & iniqtatem in fratrem suū Iacob, & peribis in gemitum. Si ad illas tantummodo duas respicimus personas, q̄ proprijs noībus istis priores sunt cupates sunt Iacob & Esau, Isra non habuit, ga videlicet Esau frat̄ suū Iacob odio qđem habuit, sed non etiā interfecit. At vero de carnibus filiis Israel sive ludeis notum nimis est, ga frates suos prophetas dñi, & iōm dñm secūdum carnē fratré suū interfecerūt, & propter hoc confusio operuit eos, & peremit in æternū. Non tātūm ga interfecerunt, sed ga insurgeēt credere noluerūt. V alde q̄ ppe notādum est, q̄ nō dixit hoc solum propter interfectionem, sed addidit, & propter iniqtatem in fratrem tuū. Nulli deniq̄ nouissit fēlūs interfectionis, si nō perseuerasset & iniqtas incredulitas. Igit̄ (vt sepe dictum est) hoc nomen Esau, sive Edom cunctos significat imitatores illius primi, & nomine Iacob cunctos ille sequaces, quem ille odio habuit. Cuncta quā in istū crudelēm Edom hæc prophētia declamat vētura, cōcedit Psalmita vt siāt, ga iustū est, dum voce imprecatis dicit: Memor esto dñe filiōs Edom in die Hierusalem, q̄ dicunt, exinanite exinanite, vscq̄ ad fundūtum in ea, id est, q̄ semetipso inuicem cohortates atq̄ inflammates in odiū eorū, q̄ cœlestia sapiūt, dicūt: Euacuate & auferte illa quæ sunt nobis, vel morib⁹ nostris cōtraria & hoc vscq̄ ad fundamētum, id est, vscq̄ ad finem, vt omnes cedāt in morem nostrū. Hoc est, quod illi improperat sermo præsens, cum protinus subdit: L In die cum stares aduersum eum, quando capiebat alieni exercitū eius, & extranei ingrediebānt portas eius, & super Hierusalem mitrebāt sortem, tu quoq̄ eras quasi vñus ex eis. L Regnātibus Achab in Sa-maria, & Iosaphat in Hierusalem, pūo tempore hic Abdias abscōditos prophetas dñi puerat, tale quid fecisse legimus hunc Edom: Congregati nanc⁹ sunt filij Edom cum filiis Moab, & filiis Ammon, vt pugnaerent contra Iosaphat, Veruntamē tunc neq̄ copererunt exercitū eius vt voluerūt, neq̄ ingressi sunt portas Hierusalem. Nanc⁹ orāte Iosaphat, ac dicentes: Nunc igitur dñe ecce filii Ammon & Moab, & mons Seyr nituntū ejēcere nos de possessione, quā tradidisti nobis, factōq̄ sermone dñi super Iazihel filium Zacharie levitā dicētem: O Iuda & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini, & dñs erit vobisq̄, filij Ammon & Moab consurrexerūt aduersum habitatores montis Seyr, vt interficeret, & deleret eos. Cumq̄ hoc opere perpetrassent etiā in semetipso versi mutuis concidere vulneribus. Itaq̄ veraciter qđem, quādo capiebat alieni exercitū Hierusalem, siue capere volebāt, alieni (inqua) & extranei, s. filii Moab & Ammon, Edom q̄ & Seyr erat, q̄ vñus ex eis, sed (sicut iam dictum est) neque coperunt, neque ingressi sunt portas Hierusalem. ¶ Prōinde totā visionē hæc prophēticā q̄m spūalem est, spūaler (vt cōceptum est) perseuerātur, q̄a (sicut sepe iam dictum est) carnalis Israel spūalem p̄frequens fratré suū Israelē, & prophetas dñi occidēs, ipse est Edom. Et reuea quādociq̄ coperūt alieni exercitū eorū q̄ veraciter Israelitæ fuerūt vel sunt, qnādociq̄ extranei ingressi portā super Hierusalem mitrebāt sortē, ipse Israel carnalis erat quasi vñus ex eis, imo peior atq̄ infestior q̄ vñus q̄ libet ex eis. Primi circa ipsa tpa, qbus iste prophetavit, alieni. I Syri præliabant aduersus Israe-ru, regibus Benadab & Azael, sed multo sceleratus agebat intra ipsm Israel ipfi q̄ spūaliter dici merent sibi Edom. Dñe (inqt Helias) prophetas tuos occiderunt, & altaria tua destruxerunt, & relictus sum ego solus, & quārunt aiām meam. Deinde vscq̄ ad euangelia tempora, quotiescūq̄ alieni siue extranei coperūt, siue ingressi sunt portas Hierusalem, videlicet quādo venerūt Babylonij, & post illos Antiochus, & portas eius nō solū ingressi sunt, verumētā propter testamētum dei perseuerātes, multos occiderūt, viri iniqui ex ipso Israe-ru extiterūt, qui amplius q̄ gētiles pernicioſi fratribus fuerūt. Testis est tribulatio Hieremij, quē Babylonij seruauerūt, & siue gētis hoīes trahulauerūt, testis Machabœorū affiſſio, quib⁹ viri iniqui ex Israel maximeq̄ impius Alchimus amplius q̄ Græcorū aliquis nocuerūt. Post hēc tā sacra euāgelia, q̄ aploz actus testant, q̄ verisimile dictū sit cōtra istū Edom, i. carnalē ludeū, tu quoq̄ eras quasi vñus ex eis, s. alieni siue extranei gētibus, quibus & Chrm tradidit ad illudēdu & flagellandū & crucifigēdū, & Christi discipulos vbiq̄ odiosos facere contēdit, seditiones concitādo, & turbas inflammatādo quocūque ibāt prædicā-

IN ABDIAM PROPHE. CAP. II.

F. cxiii.

¶ Chfi euangelium. Ecerunt eterñ hoc Iudæi tadiu, q̄ diu licuit eis, q̄ diu gens & locus
eō stetit. At vero diuinitas prouida (sicut alibi scriptum est) præcauens in futurꝫ celestis
eos, & exterminauit per excidium Romanorū, & desolatae sunt ciuitates eorū absque ha-
bitatore, & domus sine homine, & terra derelicta est deserta, vt auferret eis vocandi & se-
uendi facultas, qbus esset pertinax & infatibilis voluntas. Hoc certissimum habens in isto
propheta spūs veritatis, protinus constantissime dicit: Et non despicies in die fratris tui,
in die peregrinationis eius. Et non lētaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum, &
non magnificabis os tuum, in die angustiæ, neq̄ ingredieris portam populi mei, in die rui-
nae eorū, neq̄ despicies, & tu in malis eius, in die vastitatis illius, & non emitteris aduersum
exercitum eius in die vastitatis illius, neq̄ stabis in exitibus ut interficias eos, q̄ fugerint, &
non claudes reliquos eius in die tribulationis. Ad illud quod pauloante dixerat, propter
interfectionem, & propter iniqtitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peri-
bis in æternum, coniungit, & non despicies in die fratris tui. Miro autem modo hæc om̄ia, suum
que nequissima sunt, iste Edom fecisse afflīmat, cum facturus esse negat. Quid enim nequi-
us peregrinus, non qualemcunq; sed peregrinus fratrem suum disperdere in die peregrina-
tionis eius. Lætari in perditione eius, magnificare omnes in angustia eius, ingredi por-
tas eius subfiliendo in ruinas eius, despicer eum in malis eius, stare in exitibus ut fugient
interficiat, siue claudat reliquos eius. Cum sapientia sit ad dictum, super inimici sitie odientis rui
na non esse gaudendum, q̄ non videat q̄ veraciter supra sit dictum, non est prudētia in eo
qualem contra fratrem gerit ahimēs. Igitur versa vice insulter illi is, q̄ in prophetis loquit
spūs sanctus, irrideat eum, & subsannet q̄ habitat in coelis dñs, dicens: Et non despicies, nō
lētaberis, non magnificabis os tuum &c. Quem enim despicere potest hic Edom, id est, ter-
renus, s. Iudeus, q̄ tam despiciabilis est in toto orbe, sicut eidem supra dictum est, ecce par-
vulum te dedi in gentibus, contemptibilis tu es valde! Perdidit locum & gentem, quem si
nō perdidisset despicere, & os suum magnificare, imo & interficere nō defisteret, sed vtiq; Septem
caput est. ¶ Nunc diligenter animaduerit tendum, quot vel quantis nominibus, cum di- mina vni
xilisti in die fratris tui, diem eundem descripsit & illustravit. Septem quippe dies vni diei diei,
subordinatus, dum præmisso non despicies in die fratris tui, subiungit, in die peregrinatio-
nis eius, in die perditionis, in die angustiæ, in die ruinæ, in die vastitatis, itemq; in die vastita-
tis, in die tribulationis. Nimirum septenario numero multitudinem cunctarum significat
miseriarum siue tribulationum, quas sustinet frater ille simplex, & lenis, siue mitis, & humili-
corde, q̄cumq; viuit secundum exemplum Chfi, q̄cumq; viuit in hoc die vel tempore pe-
regrinus in præsenti seculo, quod septem diebus voluitur. Hunc eundem numerum tribu-
lationum apud beatum Job legimus: In sex (inqꝫ) tribulationibus liberabit te, & in septima
tanger te malum. Septenario quippe (vt iam dictum est) numero tribulationum significativa-
tur vaniuitas, quas in hoc seculo sancti patientur, quarum septima, id est ultima, cuiusque
electi tribulatio certam consolationem habet, sicut in conditione seculi septimus dies vespa-
ram non habet. Diem igitur fratris quem Edom persequitur, septiformiter distinctum le Heb. 12.
gentes non frustra factum arbitremur, q̄ ciuitatem hic manentem, non habens peregrina-
tur, gaiam suam perdit propter deum, siue propter Chfum, vt inueniat eam, q̄ angustiatur
spem habens, q̄a stabit in magna constantia aduersus eos, q̄ se angustiauerunt, q̄ ruinam pa-
tiens præsentium bonorum, patienter sustinet, propter spem futuros, q̄ despiciabilis videtur,
in vastitate sua errando, in sollicitudinibus, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ
vt testimonio fidei probatus inueniat, q̄ item vastitate quadam desertus videtur, dum oc-
ciditur, & respiciens ad dexteram sitie ad sinistram, & non inuenit a quo defendatur, q̄ fu-
git, & non inuenit q̄ occurrit, vel apud quem possit latere, securus. Poterat dicere, sed & ta-
lis dies fratris tui, dies peregrinationis eius, dies perditionis, quæ vera tibi videat perditio, dum
perdit aiam scia, vt inueniat eam, nō diu permanebis. Hoc (inquam) dicere poterat, & q̄ uis
non dixerit, tamen subaudiendum est. Sequitur enim: Qm̄ iuxta est dies dñi super omnes
gentes. Hic quoq; cum dieit, super omnes gentes, subaudiendum est, & primū super te.
Nam protinus sequitur: Sicut fecisti, sic fieri tibi, retributionem tuam conuerteret in caput
tuum. Ac si dicat: Interim antequam finiatur dies peregrinationis fratris tui, antequam
veniat super omnes gentes ille magnus dies domini, scilicet dies iudicij, tu hic in isto seculo
vindicta.

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. I.

Christus, cuius figura Ioseph tenuit, recte vocent flamma, nam persecutores eos, similes Esau erunt stipula, & succendent in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquiae domus Esau, qd dñs locutus est: Ob magnū sententiae firmamentū ita conclusit, qd dñs locutus est, vt subaudias, cuius locutio vel sermo veritas est, & quod loquit, infectū ē nō potest, quē Matth. 24, admodū ait ipse, futurā prænunciās iudiciū. Cœlū & terra trāsibūt, verba aut̄ mea nō trān bunt. Sequit L. Et hæreditabunt hi qd ad austrum montem Esau, & qd in campestribus Philistijm, & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariae, & Benjamin possidebit Galaad, & transmigratio exercitus huius filiorū Israel omnia Chananæorū vscq ad Sareptā & transmigratio exercitus huius Hierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in monte Syon, judicare montem Esau, & erit dñs regnum. Cuncta hæc iuxta literam adimplēta esse, nulla testat̄ historia, videlicet qd carnis Israel si ue Iudeus post hanc prophetiam possederit montem Esau, sed nec vel istud vel cetera quæ sequunt̄ tanta esse potuerunt (si tamen vñquā acciderunt) vt dignatus fuerit sp̄s sanctus ea prænunciādo, propheticam implere tubam toto orbe audiendam. Maxime de eo quod ait, & transmigratio exercitus huius filiorū Israel possidebit omnia Chananæorū vñ que ad Sareptam, si simplicem sequamur literam stare nō potest, qd videlicet certum est quod nunquā acciderit, neq; accidere debuerit, vt captiuitas decem tribuum, quæ tunc in minebat, qua in Assyrios transmigraverunt, reuocaret & omnia Chananæorū possideret. Neq; em̄ contrarius sibi esse poterat sp̄s propheticus, vt in isto promitteret, quod in ali denegasset, s. in Osee dicendo, voca nomē eius absc̄ misericordia, qd non addam ultra misererī domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū, & domui Iuda miserebor, id est, filios Iuda de Babylonia captiuitate post annos septuaginta reuocabo. Sed nec transmigrationem Hierusalē in Bosphoro vñquā fuisse legimus, quæ regio est maris septentrionalis, vt secundum literā, & transmigratio Hierusalē, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austriae ergo, qd sp̄ualiter sunt, sp̄ualiter examinantes, præmissionū istarū primo numerum consideremus, qd septem sunt. Prima est, & hæreditabunt hi qd ad austrum montem Esau. Secunda, & qd in campestribus Philistijm. Tertia, & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariae. Quarta, & Benjamin possidebit Galaad. Quinta, & transmigratio exercitus huius filiorū Israel omnia Chananæorū vñq ad Sareptam. Sexta, & transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austriae. Septima, & ascendent filii tores in montem Syon, judicare montem Esau. Istae septem salutares, atque consolatoria præmissiones laudem dñi complent, dicendo, & erit dñs regnum. Erant autem superius totidem, i. septem dies miseriae, conscriptæ aduersus hunc sepedictum persecutorum fratris Edom, vbi præmissio, & non despicies in die fratrū tui, subiuncta est septiformis dictio diei eius, dicendo, in die peregrinationis eius, in die peregrinationis, in die angustie, in die ruine, in die vastitatis, in die tribulatiōis eius, qd videlicet descriptio diei taliter cōplet̄ est, qm̄ iuxta est dies dñi. Igitur quemadmodum illuc in septenaria repetitione diei, item poris, quo sancti in hoc mundo peregrinant, vniuersitate intelligimus malorum, que patiunt, ita & hic in septem istis præmissionib⁹ vniuersitate perpendimus consolationem, gloriā dñi inter oēs vel post oēs presturas consolant. Et istae præmissiones sunt aduersus eum dem Edom, id est, Iudaicum populum, interfectorum fratris, dñi & sanctorum prophetarū. Ille namq; propter causas multiplices, quāmis consimiles, dicitur hic, & Esau, & Philistijm, & Ephraim, siue Samaria, & Galaad, & Chanaan. Ipsa autem sancti similiter, propter causas multiplices, id est, gratiarum diuisiones, & habitate ad austrum dicuntur, & cōs. in campestribus, & nominatur Benjamin, & exercitus filiorum Israel, & Hierusalem, cuius transmigratio si Bosphoro, & saluatores, quibus pro re nomen suum communiceat Iesus Christus, summus & vnicus saluator. Dicamus ergo, & hæreditabit (inquit) qui ad austram montem Esau verus Iacob, i. supplantator Iudaici populi, qui dicitur Edom, siue Esau, ad austrum, quem sancti sp̄s gratiam intelligimus, habitat. Ille autem in monte se subigit, & iustitia suam volens statuere, iustitia dei non est subiectus, secundū similitudinem Germano illo, quo alter videlicet Iacob, domi cū Rebecca matre habitabat, quæ sancti sp̄s iustus gratiam significat alter vero. s. Esau, in montibus & saltibus se exercebat, vir gnarus vñ mandi, & homo agricola. Quomodo ille cum matre habitans, benedictionem hæredio-

IN ABDIAM PROPHE. CAP. I.

Fo. CXV.

et primogenita fratris sita Chri discipuli sancti sp̄s secuti gratiā hæreditauerūt ablatū Matth. 21 ludus regnū dei, vt facerēt fructus eius, sicut in euangelio pdixit eis ipse dñs. ¶ Proinde Ad austrum ad austrum habitare dicunt, i. ad meridiē, per quē sapientia clara lux intelligit. Sequitur Et qui habitare in campestribus Philistijm, subaudit, hæreditabunt. Ipsi qui in noī Esau denotant, & in móte supbia sunt, volēdo iustitiae suā statuere, sicut iā diximus, recte & Philistijm dicuntur pro eo qd a gratia exciderūt dñ ex operibus legis & sine fide Chri sese iustificari arbitrantur. Philistijm nāq; potionē cadētes interpretant: Dñs em̄ miscuit illis, videlicet Iudeis, sp̄m Ela. 19 vertiginis. Dādo illis (vt Ap̄lus meminit) sp̄m cōpunctiōis, oculos vt nō videāt, & aures Roma. 11 vñ audiat, & facta est mēsa eōq; corā ipsiis in laqueū & in retributionē & in scādaluī. Psal. 68 ¶ Porro in campestribus habitantes hi sunt humiles, qbus pro humilitate gratia datus est in telefacto vt intelligit scripturas, & sp̄ualiter intelligendo nō de sua, sed de dei cōfidant ius- titia. Iti ex fide iustificati obtinēt Philistijm secundū mysticā victoriā David, qui Phil. 1. Regū. 17 istū percussit, mittēdo vñū de quinq; lapidibus in frontē eius, per quē videlicet vñū la pīdē, vna fides Iesu Christi figurat, in qua sola iustificamur, qd & in quinq; libris Mōi my stice & figuratiue pdicat. ¶ Et possidebunt, ait, regionem Ephraim & regionem Samariae. Per Ephraim, ex qua tribu Hieroboā sc̄dit Irael a domo David, & vitulos aureos pro deo im̄ scribēt̄ colēdos instituit. Hoc etiā loco scribaḡ & pharisæorū cōctus recte intelligat, qd populu & pharisæi dēnuntant, aduersus vñē David Christū filiū dei cōcitauerūt, & mendaciū suū cōtra veritatē evan gelicā fidei exco ḡtare nō defterūt. Similiter Samaria, qm̄ ab eodē Hieroboā in p̄fīm illud seducta regnū habuit diuīsum, cōtra regnū Davidicū. Diuīsum significat a Christo populu Iudaicū, sic a senioribus & principibus sacerdotū seductū: qm̄ seduxit Samaria illē de tribu Ephraim rex Hieroboā. Regionē igit Ephraim & regionē Samariae posside būt, i. malitīa tā principū qd populi superabūt habētes sanctū cōsiliū sp̄m, ad destruenda cōilia qd cōtra dñm cogitauerūt, & eoldē in die iudicū cōdemnabūt. Et Benjamin possi debit Galaad. Galaad mōs ad quē septimo die præfectionis e Chariis Iacob, pfugis vñē Gene. 31 Osee. 6. nit, à qd mōtē & ciuitas in ea cōdita vocabulū sortita ē. In illa maxime idololatria regna bat. Vñ & in Osee Scriptū est Galaad ciuitas operatiū idoliū supplāta sanguine, & quasi fauces vītorū latronū. Porro Bējamin interpretat̄ filius dextræ. Igitur Benjamin possidebit Galaad, i. habētes sp̄m fortitudinis nō solū Iudaicā p̄fidū, sed & cū cōflos idololatras iuste iudicabūt, cōtra qd fortiter vñq ad mortē certauerūt. Et transmigratio exercitus huius filiorū Irael oīa Chananæorū vñq ad Sareptā. Filii Irael filii, p̄missiōis oēs electi sunt illi⁹ filii p̄missiōis, Cha prioris pp̄l, qd Irael patriarcha, qd & Iacob sc̄dm carnem p̄ extitit, qd & Apostoli fuerūt op̄imis Chananæi vero, sc̄dm hoc ipm̄ nōmen qd est Chanaan, & interpretat̄ motus eorū, hi sunt qd moto pede p̄ supbia ceciderūt, etiā si ex eadē carne orti sunt, testat̄ dñs cū dicit in p̄pheta: P̄ tuus Amorræus & mī tua Catheia. Amorreas nāq; & Cætheus filii Cha naan fuerūt: Iudei aut̄ sc̄dm carnē filii Irael sunt, & tñ Iudeo p̄ prophetā illud improposit̄. Porro Sarepta oppidū ē Sydonijs, qd & ipli Chananæi sunt in via publica sitū, vñi qd vñda vidua pauit Heliā. Cuius vñc vñda mysteriū in schola ecclesiæ Chri notum est, in eo qd ait: En colligo duo ligna vt ingrediar & faciā panē mīhi & filio meo. Itaq; transmigratio (ingr) exercitus huius filiorū Israel, i. Ap̄li Chri veraciter filii Irael, populū suū, popu lum Iudaicū se repellēt̄ relinquentes, & ad gētes trāsmiḡrantes Chananæos qd se dicit lus deos cōdenabūt, & eorū iudices erūt̄ cōtibus aut̄ salute administrabūt, ita vt impleat per eos illud qd in illa vñda Sareptā fuit p̄figuratum, sicut & dñs terribile innuens, ore pro p̄prio locutus ē. In veritate dico vobis: multæ vñdæ erāt in diebus Heliā in Israel quādo clausum ē cœlū annis tribus & mēsibus sex, & ad nullā illaꝝ missus ē Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierē vñda. Ecce & nūc & vñq ad finē seculi Helias, qd inter p̄stat de⁹ meus. s. dñs Iesus Chri, apud istā vñda pascit & pascit hydriā farinæ eius, i. modicū sc̄iae qd p̄ naturā habere poterat gētilitas, multiplicando p̄ sp̄m sc̄iae sp̄ialis, & coqueudo p̄ mysteriū crucis, cuius faciā meditat̄, p̄fecto duo ligna colligit̄, & vitalē de scripturis panē facit. ¶ Et transmigratio Hierusalē, qd in Bosphoro ē, possidebit ciuitates austri. Hierusalē in Bosphoro scripturis nō ignotū ē significare ecclesiā, qd est ciuitas cœlestis. Huius nūmī maxia por̄ ligatur p̄ transmigrationē qd in Bosphoro ē, Bosphorus em̄ (sicut iā supius dictū est) regio ē

V. maris

COMMENT. RUPERT. ABBA LIB. I.

maris septentrionalis; q̄ trāsmigrationē terrē Hierusalē fuisse abductā nulla scriptū m̄inīt; Possidēbit ergo ciuitates austri, i. meridi, qd nūc videmus fieri, dū plenitudine ve
ri lumen & calor possidēt, q̄ prius erat absq̄ notitia dei, obfcuri & frigidit; qd tale est, ac
si de septentrione trāsterant hoies ad meridiē ciuitates lucidas habitaturi, ppito deo, q̄ folia
ḡa, & pietate sua ḡetes visitauit. ¶ Et ascēdet saluatores in mōte Sion, iudicare monitum
Saluatores
Apostoli.
Iaco, 5

Matth, 10

Luc, 22

Esaui: Saluatores recte dicunt, hi p̄ q̄b ministerū cōuersi p̄ctores saluant, iuxta qd A plus
Iacobus dicit: Qm̄ q̄ cōverti fecerit p̄ctōrē ab errore viæ suæ, saluabit animā eius a morte.
Hoc maxime post Christū Ap̄l fecerūt, p̄ q̄b p̄dicātiōnē ḡetes ab errore viæ suæ con
versæ sunt. Saluatores igit̄ sunt & ipsi ascēdet in mōte Sion, iudicare mōtem Esaui, i. sedē
būt sup̄ sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israēl, q̄ videlicet carnalis Israēl (vise
pe diximus), ppter hoc ip̄m qd infidelis & p̄secutor est fratr̄s, dicit̄ & est Esaui: Illorum
mōs, in quē ascēdet Sion dī, & eminētia virtutē ē. Huius aut̄ Esaui mōs sup̄bia tumorē.
Illius expectatio iudicij plena timoris est. Et erit dñs regnū: dñs (inquit) cuius h̄ec oia do
na sunt: qd sancti sic h̄ereditabūt, sic possidebūt, sic iudicabūt, & post iudicabūt, & post iu
dicū in regno aeternā mēlē eius participes erūt, iuxta illud fidele eius, p̄missum. Et ego
dispono vobis, sicut dispositus mihi p̄ meus, vt edatis & bibatis sup̄ mēlām meā in regno
ABDIAE LIBRI FINIS. (Intra)



PROLOGVS RUPERTI IN IO
NAM PROPHETAM.

Cant, 8

Anima quæ Christū q̄rit, intētionem suā cur illū quærat hac, voce depol
mit. Quis mihi det te fratré meū, sūgentem vbera matris meæ, vt intēiat
foris & deosculer, & iā me nemo despiciat̄. Magna erū despiciētiā h̄ibit
scia, suoq̄ iudicio multū despicibilis ac despecta p̄ hūc solū se nobilē &
clytā fieri cōsiderit, si talē dilectū inuenire, apprehēdere, & deosculari merue
rit, non tantū intus in secreto cōscientiæ cubiculo, ver si etiam foris, i. ita, vt ad amicos q̄
dilecti illius perueniat, q̄ illū viderit, q̄ agnouerit qd in eī crediderit, qd eī dilexerit. De
niq̄ iam tūc despicibilis esse nō pōt in oculis dei patris, in cōspectu amicorum, videlicet an
gelorū & hominū sanctor̄. Vbi autem vel illa quærerit, aut quærere debet, vbi ille inueni
aut inuenire potest, nisi in scriptura maxime p̄ prophetica, quæ vtq̄ verbū dñi est, ill
quæritur & inuenit, quia profecto, qualis sit ille dilectus, Prophetæ testan̄. ¶ Et in alijs
quidē citius, in alijs difficilius inuenitur. In Iona vero quā nūc ingredi cupimus manife
stissime claret, quod miraculū in illo celebratum fuerit p̄conium eius. Ipse enim ore pro
prio dixit, & totus orbi audxit. Sicut fuit Iona in ventre ceti tribus diebus & tribus no
ctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Igit̄ &
hunc prophetam tanto alacrius ingrediamur, quanto clarius atq̄ pulchrius in eo Christi
testimonij nouimus, quē in scripturis legis & prophetar̄ quærere propositū habemus.
Obsecrantes, vt q̄ typus est saluatoris, & tribus diebus ac noctibus in ventre ceti moratur
præfigurauit dñi resurrectionē nobis q̄q̄ feruore obtineat sancti sp̄s gratiā secundum
hoc ipsum nomē suū, quod est Iona: interpretatur enim colubā. Et q̄s velicias sapere in seti
pturis per columbā sancti sp̄s gratiā significari, maxime quia super dñm nostrum idem
sp̄s sanctus in specie colubæ apparuit. ¶ Cæterz totū hunc prophetā ad intelligentiam
referre saluatoris, quod fugerit, quod nauim ascendens nauim dederit, quod dormierit,
laboriosum, & vt ante nos dictū est, sudoris est maximū. Verūtam̄ quādo difficilius, tāto
& pulchrius fieri posse speramus, cooperante secundum beneplacitum suum dīgo de.
Labor attentus splendida de obfcuris mysteria Christi proferre tentabit.

Rupert

Inscript
ris & pros
phetis de
Inueni
ntur.

Ionas typ
saluatoris.
March, 12

Lūc, 2
Intēcio au
choris,

RUPERTI ABBATIS

TVTIENSIS IN IONAM PROPHETAM,
Commentariorū liber primus



T factū est verbū domini ad Ionā filiū Amathi, dicēs: Surge & Cura cō
vade in Niniuen ciuitatē magnā, & prædicta in ea, qd ascēdit clas
mor malitiæ eius corā me. Mirentur fortasse grāmatici, quod p̄ piat.

coniunctionē sic incipit: Et factū est verbum domini, cū de lite
ra nihil præcesserit. Nos aut̄ si causam attēdimus, cur Ionas ad ḡē
gentes missus sit p̄dicare illis, non miramur. Nam non solū bene,
verum etiam mirabiliter & grāuissime sonat auribus nostris initū
huiusmodi. Quæ em̄ causa extitit illā nūmīz, quia filiū Israēl pro
phetas dñi non audierunt. Tot prophetas missi sunt, tot mirabilis
facta sunt, ioties p̄nuntiata est illis captiuitas propter multitudinē peccatoꝝ, nec vñq̄ p̄c
nientiam egerunt. Neḡ em̄ saltē vnius regis tempore vitulos aureos colere cessauerūt
& ne vnu quidem ex omnibus regibus decem tribuum receſſit à peccati Hieroboam,
qui peccare fecit Israēl. Ut de ceteris rāceā, Helias missus in sermone & sp̄ domini mira
multa fecit, & nequaq̄ effecit vt relinquenteri vituli illi, licet propter signa tandem hoc ob
tinuerit vt sciret populus q̄ Baal nō esset deus, clamaretq̄: Dñs ipse est deus, dñs ipse est
deus, Successit illi discipulus Heliætus, qui & pro hac intentione vt populū reuocaret
plura q̄ ille fecerat volens signa facere. Obsecro(inquit) vt fiat sp̄s tuus duplex in me, fa
ctum est quod petuit. Nam si rite numeres, Helias quidē octo, Helias vero sedecim
signa fecit, & hoc duplū fuit. Post haec mortuus est, & sicut ante mōrtē, ita & post mor
tem eius vituloḡ cultus in Israēl perseuerauit. Mirabatur autem dominus, & rēdebat eū
super Israēl, sciens quod si ad gentes mitteret, multo faciliōres ad credendum eas intēne
ret. Vide ad quandam illorum taliter loquutus est: Filiū hominis vade ad domum Israēl,
& loqueris verba mea ad eos. Nō em̄ ad populū profundū sermonis & difficultis lingue
tu mitteris ad domū Israēl, neq̄ ad populos multos, & profundū sermonis & ignotae lin
guæ, quoḡ nō possit audire sermones, & si ad illos mitteret te ipsi audiēt te? Dominus aut̄
Israēl nolūt audire te, quia nolūt audire me. Experimēto illud cōprobari decebat, qd talis
ter dominus in vītuperationē Israēli ḡetes de facilitate audiēdi, & credendi præferebat.
Ad huius experimēti ministerium electus est hic Ionas, cuius post mortē Heliae, taliter
scriptura libri regum mentionē fecit. Ipse videlicet Hieroboam filius Ios̄ filiū Iehu regis
Israēl restituit terminos Israēl ab introitu Hemath usq̄ ad mare solitudinis, iuxta sermo
nem domini dei Israēl, quē loquutus est per seruum suū Ionam filium Amathi prophe
tam. Igit̄ dum per coniunctionem incipit, dicendo: Et factū est verbum dñi ad Ionā
ad ea nos mittit q̄ iā diximus, vt sit sensus: Filiū Israēl non audierūt quæ p̄ceperat domi
nus, mittens ad eos in manu seruoḡ suoꝝ prophetas, sed indurauerunt certicem suam,
& tradidērunt se vt facerent malum coram domino & irritarent eū, & idcirco factū est
verbū domini ad Ionā. Surge(inquiens) & vadi in Niniuen ciuitatem magnam, & p̄
dica in ea, quatenus in cōparatione gentiū damnabilis Israēl amplius ostendēretur. Et id
circo iudicium domini tradentis vel tradituri illos in captiuitatem irreprehensibile com
probaret Niniuenis p̄cidentiam agentibus, filiis autem Israēl impunitēta persistētis
bus. ¶ Hic Ionas dicitur filius Amathi, i. veritatis. Tradūt em̄ Hebrei hūc esse filium vi
duæ Sareptanæ, quē Helias propheta mortuū suscitauit, matre postea dicēte ad eū. Nūc
cognoui qm̄ vir dei es tu, & verbū domini in ore tuo, v̄bz est. Et ob hanc causam etiam
sp̄um puerum sic vocatum filium Amathi. Amathi em̄ in nostram lingua veritatē so
nat. Et ex eo quod v̄bz Helias loquutus est, ille qui suscitatus est filius esse dicitur verita
tis. ¶ Porro qd ait dñs: Quia ascendit clamor malitiæ eius corā me, hoc ip̄m est qd in Ge
nesi dicit̄: Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus est. Et ad Cain: Vox lāguinis
fratris tui clamat ad me de terra. ¶ Nūc iam qm̄ Ionas iste missus ad Niniuen typus est
saluatoris mittendi ad gentes, dicendū est, quādo vbi vel quomodo factū sit ad eū verbū
Christi fā
modo ad
domini, qui vtq̄ ipse secundū diuinitatem vocatur, & est verbum domini. Si quātis vbi
ānum sit
nimīz

3 Regū 12.
3. Re. 17. 18.

4. Regū. 2.

Ezech. 5.

4. Reg. 14.

3. Regū. 17.

Adia. 1. post finem malorum quae nunc patiuntur, dispersi, & captivitatis iugum portates quasi ipsos quoque Romanos versa vice possessuri sint in seruos, iuxta illud: Et possidebit domus Jacob eos q[uod] se possederant. Sed huiusmodi diuinationes tenebrae sunt, & non lux, nox & non vere visionis dies. Contigit enim eis illud quod per Psalmistam iuxta concessionem dictum est: Fiat mena eorum coram ipsis in laqueo, & in retributions, & in scandalum, obscurerent oculi eorum ne videantur. Siquidem occubuit super eos, & obtenebratus est ille sol, & in ipso occubitu suo noctem & tenebras, de quibus hic sermo est, per tenebras illas significavit, quae tunc factae sunt super terram vniuersam ab hora sexta usque in horam nonam. Et reue ra quamvis ille resurrexerit, recte dicitur, quia super eos occubuit, non enim credunt eum resurrexisse a mortuis, & perinde iugiter in nocte sunt & in tenebris. In eo gloriantur illi, minati omnes q[uod] credunt, illi autem non credentes cõfusi sunt, claritat[er] solis huius se[nti]t[er] inge rentem, non ferentes, sicut quandam ferre non poterant claritat[er] vultus Moyse, sed fugie bant vultibus auersis & cordibus. Hoc innuens hic, & confundentur, ait, qui vident vultus, & confundentur diuinis, & operient vultus suos omnes, quia non est responsus dei. Rebus enim apparentibus conuincuntur mendaces, qui videbant, id est, qui se vidisse singularebant visiones, quia quicquid loquuntur, aut locuti sunt, non erat responsus dei, sed prophetae ut de cordibus suis, & nunc usque operient vultus suos, velamen malitiae possum habentes super cor. His dictis super prophetas seductores atque mordaces, quorum determinati fuerunt Anna & Caiphas (ut iam dictum est) continuo de semetipso dicit: *L*Verum tamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & veritate ut annunciem Iacob filium suum, & Israel peccatum suum. *I*Hoc plane non frustra, nec absque ratione pondere opposuit. Poterant enim obuiare illi, quibus moris erat prophetas domini cõtemnere, suetum irridere, & fortassis fam rapuerant verbum de ore eius, ut dicerent: Quoniam nox (ut tu dicas) pro visione, & tenebrae pro diuinitate sunt prophetis, iam nec de tua visione curamus, quia non est responsus dei, sed diuinatio quia finixisti. Sic namque ad Hieremiam dixerunt: Mendaciu[m] loqueris: Non misit te dominus deus noster, dicens: Ne ingrediamini Aegyptum, vt habitetis illic, sed Baruch filius Neriae incitat te aduersum nos. Amplius autem ei modi prophetarum qualibus iste dicebat. Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebrae pro diuinitate non dubius quod aduersus istum insanierint, quemadmodum aduersus alium prophetam, eius nominis, videlicet Michæam filium Iembam. Nam cum ille diceret ad Achab: Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum quod hic sunt, & dominus locutus est contra te malum, accessit Sedechias filius Chanaan, & percussit Michæam in maxilla, & dixit: Me ne ergo dimisit dominus spiritus, & locutus est tibi? Itaque hic cum dixisset, super prophetas ea quae præmissa sunt, non ab re de semetipso taliter edixit. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & veritate &c, ac si diceret: Prophetæ qui predicant pacem & dicunt: Pax pax, ipsi confundentur, quia responsus eorum, non est responsus dei, sed ego repletus sum fortitudine spiritus domini, qui annuntio quod verum est, & facio quod iudicantem est. In eo quod annuncio Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Nec nullus nihil certior post deum testis est, quod ipsa conscientia Iacob, sive Israel, vtrum verum dicam, an non. Suum enim scelus & suum peccatum est, neque conscientiam eius latet, & inde cognoscit, vtrum de corde meo loquor, an fortitudo iudicij, & veritatis in meo sermone constituit. *L*Audite haec principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominantur iudicium, & omnia recta peruerritis, qui ædificatis Syon in sanguinibus, & Hierusalem in iniestate. Principes eius in munib[us] iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebat, dicentes: Nung[en]t non dominus in medio vestrum? Non venient super vos mala. Propter hoc causa vestri Syon, quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi acerius lapidum erit & mons templi in excelsa sylua. *H*oc vere tanquam fortis, velut iudex, sicut verax declamauit iste, repletus fortitudine spiritus domini, principiis & iudicibus, sacerdotibus & prophetis. Singulis namque scelus pecatum suum annunciauit, principibus quod in munib[us] iudicarent, sacerdotibus, quod in mercede docerent. Prophetis quod in pecunia diuinarent, quodque munib[us] incrascat mercedibus impinguati, pecunia dilatati, super dominum tanquam crassæ boues, super p[ro]p[ri]e[ti]s sui regesceret, dicentes: In medio sui euidenter esse dominum, quoniam nihil deesset ventribus eorum, ac si ipsos confortaret.

IN MICH. PROPHET. CAP. III. Fo. CXXXVII.

confortarent aduersus prophetas domini, dicendo, non venient super nos mala, dominus bonus est prophetæ loquuntur falsa. Iam supra dixerat super principes & duces, tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet, dixerat super prophetas, propterea nox vobis pro visione erit, & licet grandis vindicta sit in vtriusque sententijs, nondum tetigerat aures eorum, iste fragor vltimus, quem dissimilare non possunt. Propter hoc causa vestri Syon, quasi ager arbitur, Hierusalem quasi acerius lapidum erit, & mons templi in excelsa sylua. *H*oc ita factum est, sicut totus orbis audierat, quod postquam talium principum ac iudicium, talium sacerdotum & prophetarum filii mensuram patrum suorum implerunt, crucifigendo Christum filium dei, Syon Prophetae sive Hierusalem deferta facta est, nec remansit ciuitas, aut templi lapis super lapidem, quod non destrueretur. *D*e hac propheta taliter in Hierusalem mentio facta est. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes, Michaëas demosthene fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum, dicens: Haec dicit dominus in exercitu: Syon quasi ager arbitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit & mons domus in excelsa sylua. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda Nung[en]t non timuerunt dominum & deprecari sunt faciem domini, & poenituit dominum mali, quod locutus fuerat aduersus eos? *H*oc idcirco meminerim, quod visionem est illius poenituisse dominum, eo quod non citio in diebus eorum euenerit, quod fuerat prophetatum. At ille propheta sive sp[iritu]s domini, cuius in fortitudine prophetabat, cuius iudicio & veritate repletum se esse sciebat non praesentia regis Ezechiæ tempora, sed nec Babyloniam captiuitatem attendebat, quia Syon sive Hierusalem capta quidem, sed non ita funditus euersa, ut non remaneret lapis super lapidem. Tempus illud a sapientia, quo ille propheta, dominus crucifigendus erat a principiis Iudei in munib[us] iudicantibus, a sacerdotibus in mercede docentibus, a prophetis in pecunia diuinantibus, qui iudicium abominati sunt, & omnia recta peruerterunt, intantum ut diverserant in Beelzebub principe daemonio, ejusdem daemonia, & hoc dixit Possum destruere templum dei, & in tribus diebus reædificare illud, quod ita ædificauerunt Syon in sanguinibus & Hierusalem in iniestate, ut merito deberet venire super eos omnis sanguis iustus, quod effusus est super terram a sanguine Abel iusti. Non igitur ut putauerunt illi, poenituit dominum magis, *L*ucæ, 19*li*, quod locutus fuerat aduersus eos, quod videlicet sermo domini vindicta sive poena in veritate fundatus est, sicut alibi scriptum est. Porro, triumphator in Israel non parcer, & poenitudo non flectetur, neque enim homo est, ut agat poeniam. Non pepercit, neque poenitidine flexus est, quod videlicet principes in munib[us] iudicare, sacerdotes in mercede docere, prophetæ in pecunia diuinare non cessauerunt, intantum ut domum patris, quæ domus orationis erat, vel esse debebat, sacerdotes speluncam latronum. *V*ii animaduertendum, quod qui taliter per istum prædictum, propter hoc Syon causa vestri quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi acerius lapidum erit, & mons templi in excelsa sylua, ipse cum fleuisse super eadem ciuitatem, dicens: quod dicitur in te, & circundabit te inimici tui vallo, & ad terram prosternet te, & non relinquent illo, per hoc indicatis euerctionem ciuitatis & templi, maxime pro culpa sacerdotum futuram, qui in templo illo facti erant principes latronum.

LIBRI PRIMI IN MICHAËAM FINIS.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN MICHAËAM PROphetam commentariorum liber Secundus.

MEmoriter tenendum quod iam diximus, summam intentionis prophetarum in hoc esse, ut detrimentum Israeliticæ gentis, quod per infidelitatem contigit, ita declarant, quatenus supplementum electionis de plenitudine gentium, per fidem in Christo futuram annunciat. In hoc isto, iā secundo insistes, cu[m] promisisti audite principes Iacob & duces domus Israel, quod odio habetis bonum, & diligitis malum & cetera.

COMMENT. RUPERT. ABBAE. LIB. II.

CAP. III.

Supra. 3

Christus
mons domus dñi

Danie. 2

Esa. 2
Nouissimi
dies iudeo
rum plen
tudo tem
poris est no
bis
Match. 12

Galat. 4

Christus
mons in ver
eice mons
stum.
Psal. 67.

& cætera quæ ita compleuit, propter hoc causa vestri, Syon quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi acerius lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum, confestim ita sublîxit. Et erit in nouissimo dierum, erit mons domus dñi præparatus in vertice montium, & sub, illis erit super colles, & fluent ad eum populi, & ibi gentes multæ, & dicent: Venite, afferamini ad montem dñi, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ibimus in semitis eius, quæ de Syon egreditur lex, & verbum dñi de Hierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vobis in longinquum. Et concident gladios suos in vo- mires, & hastas suas in ligones, non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent ultra belligerari, & sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit qui derreteat eum, quæ os dñi exercituum locutum est, quæ omnes populi ambulabunt, vnuquisque in nomine dei sui, nos autem ambulabimus in nomine dei nostri in æternum & ultra. Manifesta hæc de plenitudine gentium prophetia, quæ nunc intrat, dum cæcitas contigit in Israel, dum sicut in isto supra scriptum est, non illis pro visione est, & tenebræ pro diuisinatione. Et occubuit sol super prophetas, & obtenebratus est super eos dies, & præterea Hierusalem, redacta in aceruum lapidum, quæ ex eis gladio superfluerunt, captiui ducti sunt in omnes gentes, & ipsæ quædem gentes, quarum salus prænuntiatur, manifestis nominibus exprimuntur, dicendo: & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ & cætera, Christus autem ad quem fluunt populi, & properant gentes, non manifesto vel proprio, sed mystico significatiu vocabulo, dum dicitur, mons domus domini præparatur in vertice montium. Nam quod Christus nomine montis dignæ debeat intelligi, cum ex multis scripturarum locis, tum maxime ex illa claret visione apud Danielem, vbi sic scriptum est: Lapis autem qui percussaserat statuam, factus est mons magnus, & impluit vniuersitatem. Miranda ergo & veneranda diligentia, spiritus propheticus, quæ rati in loco Christum nuncupauit montem domus domini, vbi dixerat: & erit mons templi in excelsa syluarum. Quid enim? Nunquid parum offendat, aut offendere poterat rebellionem aurum popularium, id quod dixerat: & erit mons templi in excelsa syluarum? Quos ergo exasperauit triste nuncium de morte templi, mitiget eosdem dulce oraculum de monte domus domini, salubriter errantes in æquiuocatione montis, ut putet sermonem vtriusque esse de re vniuersi eiusdemque montis, quæ error illogi multum profuit, in hoc quod non properauerunt ei percutere tanq; durum medicum fortes phrenetici, & in hoc quod scripturam propheticam se uauerunt, nec igni tradiderunt, multis deinde profuturam seculis. Nunc diligenter ista anali- maduertamus, quas libenter audimus promissiones spūi sancti de nobis gentibus. Etent (inq) in nouissimo die. Quid hic dicit nouissimo dierū? Esaias dicit in nouissimi diebus. Nouissimos autem dies sive nouissima tempora illis populi, cōtra quem sermo haec tenetur, illa recte intelligimus, de quibus saluator in euangelio, cum dixisset: Cum immundus spiritus exierit ab homine &c. ita conclusit. Et sint nouissima hominis illius peiora prioribus. Ergo non aliud, sed ipsum tempus quo implenda erant illa, quæ ante hæc dixit, & sic finiunt, & Hierusalem quasi acerius lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum, non vniuersus est dierum, nouissimi dies, & nouissima tempora peiora prioribus in populo sunt. Cæteræ eis q; Christum recipiunt plenitudo temporis est, quemadmodum Apostolus dicit: At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos q; sub lege erat, redimeret. Igitor in nouissimo dierum, i.e. eodē tempore, quo Hierusalem quasi acerius lapidum, & mons templi erit in excelsa syluarum, erit mons domus dñi, præparatus in vertice montium, & sublimis super colles. Quod idem est, ac si diceret: Christus tunc in omni mundo innotescet, & omniū sanctorū altitudo & dignitas est. Nam domus dñi, ecclesia dñi autem eiudem domus Christus est. Psalmista vtruncq; prævidens, & domū & montem, cum præmisisset rex virtutum, dilecti, protinus ait, & speciel domus dividere spolia, dum discernit cœlestis reges super eam niue dealbabuntur in Selenam mons dei, mons pinguis, mons coagulatus. Alta nanci & sublimis persona est, quippe q; deus & homo est, rex & pontifex, rex regū, & pontifex manens in æternū. Mons ergo est præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, quia patriarchis & prophetis, regibus & sacerdotibus cunctis, & sanctis omnibus præcelerior est, qui & super illam domum domini, reges ut in scripto Psaltri versiculo dictum est, Reges (inquam) & pro-

IN MICH. PROPHET. CAP. IIII. F. CXXXVIII.

phetas discernit & ordinat, quemadmodū & ipsi fatent, dicendo, & de plenitudie eius nos omnes accepimus. Quousq; vero sublimitas eius pertingit: Nimirū vsque ad dexterā patris, quæ nullus montium, id est, angelorum, nullus collum, id est, hoīm sanctorum attingit. Ad quem enī angelos (ait A postolus) dixit aliquando: Sede à dextris meis, donec ponā in meos tuos scabellum pedum tuorum. Vere ergo præparatus super verticem montium, & sublimis super colles dum sedet ad dexterā maiestatis in excelsis, tanto melior angelis esse, atq; quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, dicente deo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dicit etiam, vt iam præmissimus, rex virtutum dilecti, id est, rex virtutum luoy, q; singulariter est dilectus, dei patris dicentis: His est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & rex dividere, i.e. ad dividendum spolia, speciei domus ad dandum dona hoībus, de illa sede maiestatis, quæ videlicet dona sic recte dici possunt spolia, sicut & illæ vestes Esau bonæ, qbus iuniorum filii suū Iacob induit Rebecca. Nam secundum typum illum spoliati sunt, q; priores erat Iudaë cœlestibus donis, quæ collata sunt speciei domus dñi, i.e. pulchritudini ecclesiæ de gentibus per diuinam grām spūi sancti, ex quo (sicut iam dictum est) præparatus in vertice montium, & sublimis super colles factus est sedens, do ad dexterā patris, iste mons domus dñi, mons pinguis, mons coagulatus, i.e. deus & homo factus, homo in deum assumptus, in quo ornes niae dealbabuntur, dum remissionem peccatorum accepimus, eo quod ipse sit omnimoda sanctitate cädidus, quod per nomen ipsi, un mons Selmon illuc intelligitur. Ad istā gloriam, ad istā sublimitatem præparatus dicitur, id est, ante omnia paratus, quod & ipse innuens, si ergo (inq) videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Nā licet secundum humanitatem & oibis angelis & mul- tis hoībus sive seculi ætatibus iunior sit Christus, profecto secundū diuinitatem omnibus & angelis & hominibus, cœloq; & terra longe antiquior esse non dubitabit. Cum igitur tan- tæ sit altitudinis iste mons domus dñi, vt supra illum nihil sit, quomodo fundamentum est domus dñi? Nam in prophetā: Ecce ego mittā, dicit dñs, in fundamento Syon lapidem, lapidem probatū, angularem, præfornum in fundamento fundatum q; videlicet lapis absq; dubio Christus est. Et in apostolos: Fundamentū (inq) aliud nemo potest ponere præter id quod possum est, quod est Christus Iesus. Si ad ædificationem vulgarem sive terrena respi- cimus pala est, q; fundamentum totius ædificationis vnum atq; insitum est. Ergo in hoc ma- xime similitudo deficit, q; terrena q; dem ædificationis oibis fundamentum in imo positū, struc- tu ras supra se subrigit, huius aut spūialis domus dñi, fundamentū sursum est vbi est Christus, in dexterā dei sedens, structura vero sic suspensa est eidem fundamento inhærens, vt dicant adhuc in isto seculo sive mortali corpore commorantes, nostra enim cōuersatio in celis est. Quid deinde sequit, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, afferamini ad mortē dñi, & ad domum dei Iacob, & docebit nos de vñis suis, & ibimus in semitis eius, extunc factū est, & fit, & vñq; ad finē seculis fieri non definit. Fluxerūt nanci ad illum montem. Chm, & fluere non desinunt gentes & populi cū sacro flumine baptisi- mū, ex quo dando regulam baptizādi. Eunte (inq) docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filii, & spūi sancti. Illi qbus hoc præsentialiter dixit, videlicet Apostoli, & q; per eos invitati atq; instructi sunt, vel post illos in euāgelica fide succreuer, prædicare & mutuo cohortari non definit, & vñiuersa prædicationis sive exhortationis eos sumi- ma hac est: Venite ascendamus ad montem dñi, & ad domum dei Iacob, subauditis, vt iphius & vñica ecclesia eius vnicarn fidem teneamus, & docebit nos de vñis suis, & ibimus in se- mitis eius, q; videlicet non sufficit credere, nisi etiam secundum præcepta eius operemur, & perficitas eius, id est, per artam & angustum viam quæ ducit ad vitam, intrare conten- damus. Idcirco ipse cum dixisset: Docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filii, & spūi sancti, addidit, docentes eos seruare omnia quæcumq; mādaui vobis. Quodq; hic adiungit: q; de Syon egreditur lex, & verbum dñi de Hierusalem. Itē, ipse in euāgelio confirmat, dicens: Qm sic scriptum est, & sic oportebat Chm pati, & resurge- re a mortuis die tertia, & fidicari in noīe eius, pœniam & remissionem peccatorum in omnes gen- tes, incipientibus ab Hierusalem: Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes. fortis vñq; in longinquum. Iudicabit, subauditur, verbum dñi, q; videlicet, in hoc quoq; seculo sermo dei verus index est. Vnde Apostolus: Vnus est enim (inquit) sermo dei, Hebr. 4 & effi-

Rex virtus
tum dilecti
dilecti
March. 3, 17

Gene. 27

Johan. 4, 2
Quæstio de
fundamen-
to, quod in
supino est.
Esa. 2, 8
1 Cor. 3
Responsio

Philipp. 3

March. 16,

Fides sine
opibus nō
sufficit

Luc. 24

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

Quomodo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, & pertingens vsque ad diuisionem anima
verbū dō
mini iudicat
March, 10 ac spūs, compagum quoq; & medullarē, & discretor cogitationum & intentionum cordis
& non est vila creatura inuisibilis in coniectu eius. Mira efficacia, mira viuacitas sermonis
dñi iudicantis, populos & gentes corripiens, q; cogitationes & intentiones cordis latere
non finit. Quocūq; accedit, vbiq; prædicatur, tale iudicium fit, talisq; discretio populo,
sive gentium vt domestici quoq; id est, q; in vna domo commorant, contra semetiplos di-
uidant, sicutq; manifesti, q; probati & q; improbi sunt, id est, q; pertineant, & nō pertineant ad
deum. **Quod intuens ipsum verbum incarnatum, nolite (inqt) arbitrari, q;a venerim pacem**
mittere in terram. Non veni mittere pacem sed gladium. Statimq; testimonium subiungit
fortasse de isto propheta sumptū. Veni em separare hominem aduersus patrem suum, &
nurum aduersus socrum suum, & inimici hominis domestici eius. Hoc modo iam iudicauit,
& iudicat verbū dñi inter populos multos, & hoc modo gentes fortes corripit, dum &
pater filium, & filius patrem, mater filiam & filia matrem, socrus nurum & nurus socrum
suam redargendo in fide vel euangelio Chīi, excusatum sive excusabilem esse non finit,
ne forte quis in futuro vniuersali iudicio dicat, nesciui, non audiui, non fuit nunciatum mihi.
Gentes autem (inqt) non qualescunt, sed fortes. s. Græcos & Romanos quoque con-
cipit, addens adhuc vlcq; in longinquum, id est, à solis ortu vsque ad occasum, sicut de hu-
iustmodi in Psalmo scriptum est: In omnem terram exiit sonus eoz, & in fines orbis ter-
re verba eorum. Item: A summō ccelo ègressus eius, & occursus eius vsque ad summum
eius, nec est q; se abscondat a calore eius. Quod nimurum idem est, ac si diceret: q;a igno-
rantia nemo satis erit excusat. His dictis protinus de illis quos non contradictori pre-
uidet iudicati & corripienti verbo dñi, sed acturos pœnam, acquiescendo veritat, ita subi-
ungit. Et conciderit gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. Non sumet gen-
aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare. **Nonne** istud chorulante
Chīi euangelio passim per populos & gentes factum esse legimus, & fieri videmus, dum
viri prius inquieti & bellicosi, depositis armis bellicis, & ipso schemate, vel habitu immu-
nato insignia fuerūt euangelica pacis, alij ad coenobialē, alij ad heremiticā vitā cōuerſi. Ve-
runtamen de ceteris quomodocunq; fit, nonne sacerdotalis cunctusq; sacri altaris min-
isterialis ordo, sic & gladios & lanceas concidit, vt ne saltē manibus attractare licetum sit.
Non sic erat antequam innotuisset iste mons domus dñi. Deniq; ante aduentum Chīi sacerdotibus æque vt cetero populo licitum erat armis accingi, & ad præliū exerceti. Quin
imo & propter hoc maxime tribus Levitica sacerdotium meruit, q;a gladiis vtns, nec tri-
bus lūs pepercit, sicut Icriptum est: Si q; est dñi, iungatur mihi, ait Moyses: Congregatiq; sunt ad eum omnes filii Leui. Quibus ait: Ponat vir gladium super fœnum suum. Ita
& redire de porta vlcq; ad portā per medium castro, & occidat vnuſglq; frēm suū, & am-
cum & proximū suū. Fecerūtq; ita, cecideruntq; quasi vigintitria milia hoīm. Etait Moy-
ses: Consecratis manus vestras dñi hodie, vnuſglq; in filio & fratre suo, vt detur vobis be-
nedictio. Itē, Phinees Eleazari filius, filii Aaron sacerdos, pro eo quod ingressus est post
virum Israēlē in lupanar. & perfodit ambos simul, virum, s. & mulierē, idcirco sic de illo
dñs locutus est: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi q; semini illius pœnum sa-
cerdotiū sempiterñ. Nunc ita non est, nec em sacerdotibus occidere, aut de illis q; occide-
runt sacerdotes fieri licitum est, ex quo euangelici sacerdotiū princeps hic ipse Chīi dixit
Petro gladium eduenti, cum percussisset seruum principis sacerdotiū, & amputasset auricu-
culam eius. Converte gladium tuum in vaginam, omnes enim q; acceperint gladium, gla-
dio peribunt. Igitur quicquid de alijs fit, qui cum sint laici, voluntario proposito arma dei
ponunt, sacerdotibus cunctisq; altaria Chīi ministris decretum est necessario seruandum, vt
concidant gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, & non discent vltra belliga-
re quod licitum erat prius (vt iam dictum.) Quod deinde sequitur: **L**Et sedebit vir subiugis
vneam suam, & non erit q; deterreat eum. Sic adimpletur vt A postolus ait: Habentes vlc-
tum & vestitum, his contentifit. Is em rechte dicitur, sedere subtus vineam suam, & subi-
tus ficum suam, q; proprijs vel concessis contentus, rem non concupiscit, aut inuidit alienū
Profecto, nec in hac parte antiquus ille populus iustificari potest, quia videlicet, nisi dominus
vneas & fucus alienas promisisset, ac dedisset, nequaq; legem eius tā facile suscepisset.
Atq;

IN MICHEAM PROPHE. CAP. III. Fo. CXXXIX.

At vero septē mulieres quæ virgē vnuſ apprehenderūt panē inquisit, nostrū comedemus
& vestimentis nostris operiemur, tātūmodo inuocetur nomē tuū sup nos, aufer opprobri
um nostrū, id est, vniuersae gentes, de quibus hic sermo est, per septiformē spū ad Chris-
tum cōuersæ, nequaq; pro susceptis fidei mercede hoc expetūt, vt det illis regiones a
lorum, & labores alienos possideat, sed suis cōtentæ, quæ ante Christi Euangeliū posse
derant. Hoc tantum expetūt, vt inuocetur nomen eius super eas, & remissione percepita,
careant opprobrio peccatorum. ¶ Et quia non sufficit ad perfectionem quod dixerat: &
sedebit vir subter vineam suā, & subter fucus suā iungit, qđ perfectū est, & nō erit qui de-
terret eū. Quod q; verū sit, innumera probat mīlia martyrū, q; persecutores deterre nō
potuerūt, tollendo non solū fucus & vineas, veriūtiam & animas, tradētibus illis corpora
sua propter deum ad supplicia. Hæc prophetia vera est. **L**Quia os dñi exercitū loqui-
tum est, quia omnes populi ambulabunt in noīe dñi vnuſquisq; nos aīt ambulabitim in
nomine domini nostri in æternū & vltra. **L**Bona & firma ratio, confirmās qđ nō sit qui
decereat eiusmodi, quia videlicet oēs populi, subauditur illi dūtaxat, qui non cōfluxerūt
ad illum montē domini, qđ Christus deus nō est, ambulabit in noīe dei sui, i. in cura ven-
tris sui, qui videlicet vēter eoz deus est, & idcirco potuerūt deterri, nos aīt nō sic. Nos
enī deī alīum habemus sicut scriptum est: Non em est deus noster vt deus eoz, quia vi-
delicet transitorius eoz deus venter est, secundū quem ambulant temporaliter, noster autē
deus iste mons domus domini Chrūs est, cuius in nomine ambulabitim in æternū & vla-
tra, quia nobiscū est, & erit vlcq; ad consummationē seculi & vltra. Sequitur: **L**In die illa
dicit dñs, congregabo claudicantē, & eam quam eieceram colligam, & quam affixeram
& ponam claudicantē in reliquias, & eam quam laborauerat in gentē robustam, & regna-
bit dñs super eos in monte Sion, ex hoc nūc vlcq; in seculum. **L**Quæ haec tenus dicta sunt
ab eo quod ait, & fluent ad eū populi, & properabunt gentes multæ, vlcq; ad præsentem
versiculū promissio & tantum de electione gētium, præsens autem versiculus electionē
& societatem prædicat vtrorumq; Iudæorū scilicet & gentium. Nam congregabo, inq,
claudicantē, subauditur Israeliticam gentem & eam quam eieceram & affixeram, col-
ligam scilicet aliam gentem, ino gentilitatem. ¶ Et recte gens Israelitica claudicans, & gē-
tilias electa dicitur & afflita, quia videlicet Israel non penitus electus a deo fuerat, nec
omino cum deo ambulabat, sed in duas partes claudicabat, partim dominū deū, partim
Bal colendo & cetera deorū portenta, gentilitas autē penitus electa, continuo per omnes
generations, errore fuerat afflita: Amplius autem & deterius gens Iudaica, in illa die,
de qua nunc sermo est, claudicans apparuit, secundū typū vel figuram quæ in parte eius
Iacob præcessit, quando cum angelo luctatus est, & vicit, & ille tetigit neruum fœmoris
eius. Cuius rei mysterium paulis per nūc attingere libet, Iacob cū deo luctatus est, & vi-
ctor benedictionem extorxit, quasi inuito & nolenti ad dicentes dimitte me, jam em ascen-
di aurora, quia videlicet sic futurum erat, vt cōminaretur deus fœs, a semine eius, recede-
re propter peccata gentis eiusdem rebellis & incredulae. Quod vt primū loquutus est ad
Mosen his verbis propter vitulum quē fecerant. Dimitte me vt irascatur furor meus cō-
tra eos, & delearn eos, faciamq; te in gentē magnā, ille cōsurrexit in confractione. i. in ni-
mia mentis humilitate, stans in conspectu eius, deumq; reluctantem, homo colluctans te
nuit nec faceret. Ex hoc longo reluctantamine detentus est deus, q;ties ab illa gente pro-
pter peccata est auersus, q; nulo tempore defuerunt fideles in populo illo, in quibus tā
secundū fidem, q; secundū carnem esset pater Iacob, quoq; meritis & precibus velhemē
tūfū fuit obstrictus, nec ante dimissus donec benedicet Iacob, donec impleret bene-
ditiones suas legislator, dando benedictionē illam in qua benedicerentur oēs gentes, si
cut ad Abraham loquutus est, quæ videlicet benedictio in semine eius, gratia sancti spū
est, per passionē Christi effusa in omnes nationes. Tunc enim reuera deus Iacob benedi-
xit in sanctis Apostolis omni benedictione spūali, neruus autē fœmoris eius emarcuit, q;a
quicquid carnaliter agere vel sacrificare solebant, reprobatur est. Omnes etiam genealo-
gia pro fabulis extinc reputate sunt, quoniam venit hic qui solus texendā causā fue-
rat generationū. Sola fides p̄dicatur, & de carne eius filetur. Et quia in Apostolis, & alijs
quamlibet paucis fides comprobata est, tanq; firmus pes, in multis autē carnis sola gloria
a tio est.

Esa. 4.

1 Cor. 6

Illa el claus
dicās, gen-
tilitas eis
cta dicitur

Gene. 3:2

Exodi. 3:2

Gene. 2:2

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. II.

Roma.ii. *tio est, utque tanquam pes infirmus recte nunc Jacob in posteritate sua claudicare dicitur. Ig-*
n die illa dicit dominus, congregabo claudicantes, & eam quam eieceram colligam, & quam afflixi eram, id est, sic utrumque afflum, vt nullam ludare & Graeci distinctionem faciam. ¶ Et quasi quereretis quomodo congregare se dicat claudicantem, & quomodo colligere eiecia sunt afflictam ponam, inquit, claudicantem in reliquias, & eam quae laborauerat in genere robustam. Ut dictum sit & factum est, quia claudicanter Israel, euangelica gratia non plenarie collegit, sed in reliquias posuit, id est, de illo reliquias assumptis, de quibus & Apollonus seipsum esse contestatur his verbis: Nunquid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Et subinde: Quid dicit Hesilie diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia virorum qui non curuauerunt genua a Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt. Item: Esaia autem, inquit, clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Itaque claudicantes quae ex maxima parte claudicando offendunt, in reliquias ponant, illam autem que laborauerat non utrumque refocillabo, sed ponam in genere robustam. i. collectam de gentibus ecclesiam, sic spiritum fortitudinis induam, ut sicut multitudine foecunda, sic & victoribus sit gloria, fiat res admiratione digna, ut dicatur de illa: Quae est ista que ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Vere robusta, vere vt castorum acies ordinata. Nam (vt de castris taceamus) quorum tota spiritualis est pugna contra hostes inuisibilis, & contra carnis vitalia. Quis milites eius, eos duntaxat quos martyres suos vel Christi nuncupat, dinumerare queat? Nouimus reliquias illas, scimus istam gentem robustam, totum quod sunt, esse gratiae non debiti, vnde & gratias agentes dicunt in Apocalypsi: Quoniam occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabit dominus super terram. Ergo dominus, de quo hic tandem dicitur: & regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in aeternum. Veraciter nominatur rex regum & dominus dominantium, quia quoque est rex ipsi omnes reges & sacerdotes sunt, & in aeternum regnabit. Quod autem hic dominus regnans super eos in monte Sion, propria sit filii persona, ipse in psalmo testis est dicens: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius praedicatis praceptis eius, dominus dixit ad me filius meus es tu. Mons autem Sion non dubium, quin sit cœlestis ecclesia, iuxta iuxta Apostoli: Et accessistis, inquit, ad Sion montem & ciuitatem dei viventis Hierusalem cœlestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuyam, quae scripta sunt in celis. Nec vero reperire opus est, quod utiliter nunc Christus, nunc Christus ecclesia cœlestis montis Sion, siue montis domini appellatione in presenti propheta significetur, videlicet propter illud quod præmissum fuerat, Sion causa vestri, quasi ager arbitur, & mons templi erit in excelsa syluarum, vt offensio, vel odium, quod contra prophetas his auditis magia effervesce poterat, sapienter mitigetur, dum de rebus aliis sub eisdem nominibus gloria dicitur. Si tanta & tam gloria merito dicitur de gentibus ad istum montem domini confluentibus, & de reliquijs claudicantis, i. Iudaici populi, quae in ipsis cœgregandæ præuidebatur. Quid de primitiis eiusdem populi, i. de primitiis ecclesie, vel ad primitiis ecclesiæ patriarcharum & prophetarum, & omnium electorum dicitur debuit, qui Christi adventum præcesserunt & expectauerunt, & non accepit promissiōibus oculis defuncti sunt, ex quibus ipse Christus secundum carnem? Nā de illa parte, siue ad illam partem tamen bonam, nihil propriè cœueniens presentis prophetarum textus hactenus est elocutus, sed nimis ad illam dicitur ea quod continuo sequuntur. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, usque ad te veniet, & veniet potestas prima regnum filia Hierusalē. Nunc quare mettere cœtraheris? Nā quid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perire, quia primiua ecclesia dis

Filia Sion non est tibi, aut consiliarius tuus perire, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Filiā nāc Sion, siue filia Hierusalem præsentis loco ipsa est primitiua ecclesia, patriarcharum & prophetarum, ceterorumque sanctorum, quae meroe cœtrahebatur, dum ab ea Christus exparetur, quasi regē non habens, aut consiliariū, cū in præmissione & spe teneret eum. Dicit autem nāc idcirco filia Sion, siue filia Hierusalem, quia videlicet dum in hoc seculo peregrinatur, mente pendebat ad illam Sion ciuitatem dei viventis Hierusalē cœlestē, & multorum milium angelorum frequentiam, vt Apostolus ait, quos ministerio siue sumpnis visibilibus

IN MICHEAM PROPHE. CAP. IIII. Fo. CXI

ibus, & crebris, præmissionibus, quasi materno lacte dulcis lactabat, nutrita, & beatissima spes consolata confortabat. Tali filia nāc dicit: & tu turris gregis nebulosa, subaudit cōsolare, & habeo claritatē letitiae, quia veniet præmisa uerba ad te. ¶ Turris iccirco nāc vocata quia & visibiliter & inuisibiliter tanquam forte præsidium firmauerat illam deus visibiliter tē & altari, de q[uo]d Esaia: & difficultate, inquit, turrim in medio eius, inuisibiliter ait angelo rum agminibus. Sed & in Cantico cantico ad eā dicitur: Sicut turris David collū tuum quae ædificata est cū propugnaculis. Mille clypei pendet ex ea omnis armatura fortium. Hoc enim si rite appendimus tā pulchre quod vere ad illā dicitur, de qua omnē armaturā, id ē, oī canonica scripturā accepimus, qua armati sumus, sine qua inermes essemus, nos oīs quicquid de genitibus ad Christi militiā vocati quippiā fortiter loquimur aut agimus. Totū quippe verus, totum nouū testamentū ex illa est. Recte ergo dicitur turris, & turris gregis, quia videlicet nos qui greci dñi sumus, nos populus eius, & oues palmarum eius in illa regimur & defendimus. Et hæc qdem turris nebulosa dicit, nimis propter crebras aduersitates, & propter meroe & contrahebatur, eo qd nondū venisset suis qui federat in eadem turri rex, & propter desperationē, quas sēpe ab inimicis insultantibus despecta est, sed nihilominus lucida erat & est. Nā alibi cū federo, inquit, in tenebris, dñs lux mea est. Iam dñi portabo, qm̄ peccavi ei, donec iudicer causam meam, & faciat iudicium. Educet me in luce, videbo iustitias eius. Siue etiā idcirco nebulosa, quia incredulorum multitudo semper inuenta est in illa, sicut p̄figuratum est & in tēplo, quondam à Salomone ædificatum est, & in monte Sina, quando lex data est. Nā & illuc mox nubes densissima operuit, & illuc nebulosa impeditum domum dñi, & non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam. Quid tibi dīca o talis filia Sion? Usq[ue] ad te veniet, & veniet potestas prima regnum filia Hierusalē. Quia p[ro]p[ter]e videbatur esse quod dixerat usq[ue] ad te veniet, subauditur ipse qui regnabit dominus, melioravit bonū nūtūm repetendo ac dicendo: Et veniet potestas prima, veniet regnū tibi primū filia Hierusalē. Sic nāc futurū erat, & sic factū est. Venit enim potestas in aduentu regis & dñi, videlicet illa magna & miranda potestas, quā tā brevibus verbis Evangelista pulchre exprimit dicendo: quotq[ue] autem receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei tertiū, & illud regnum, de q[uo]d ait, poenitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hoc regnum tibi filia Hierusalē, hæc potestas o filia Sion usq[ue] ad te veniet prima, id est, primū tibi danda. Nā licet Apostolus dicat distinctionē non esse Iudei & Graeci, & non esse personam, acceptiōne apud deum, tñ idem dicit primū Iudeo & deinde Greco item: Quid ergo, inquit, amplius est Iudeo aut q[uo]d utilitas circūcisiōnis? Multū per omnē modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloqua dei. Quid enim si quidam illos non crediderint? Nā quid incredulitas illos fidē dei evanescat? Absit. Est autem deus verax &c. Igitur tibi potestas prima veniet, o filia Sion, & primū regnum, quia videlicet vos sancti patriarcharum & prophetarum, vos sancti apostolorum, & ceteri de illo populo sancti, recte primū in regno & potestate filiorum dei possidentis locū. Cū ita sit o filia Sion, siue filia Hierusalē: hinc quare meroe contraheris? Nungā rex non est tibi, aut consiliarius tuus perire, quia comprehendit te dolor sicut parturientē? Deniq[ue] tunc tēporis, & ex eo qd ab Abraham seminis qd est Christus, re promissio facta est, ita Sion siue Hierusalē, i. multorum animarum sanctorum patriarcharum & prophetarum, regum & omnium iustorum meroe contraherant, cupientes videre præmissionis effectū: & comprehendit eos dolor velut parturientium, sicut mirabilis signo significat in Apocalypsi, cū dicit: Et signū magnū apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellæ duodecim & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciabat vt pariat. Ita Sion, hæc ipsa Hierusalē erat, illa mulier amicta sole, & luna sub pedibus. i. Christus habens in præmissione, & abundans atq[ue] præemissa bonis tēporalibus, & in capite eius corona stellæ duodecim, i. in initio gētis filij Iacob, patres tribuum duodecim, & in vtero habens scilicet præmissionis fidē, & spem in corde tetimē clamabat parturiens, & cruciabat vt pareret, quia videlicet magno desiderio videre desiderabat rem cuius habebat spem, sicut mulier desiderat videre natū, quē portat cōceptum. Nā dolorē mero modo spūs sanctus, sanctorū omnium consolator & arguit & excusat. Arguit enim dicēdo mērū quare meroe contraheris? Nā quid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perire, quia comprehendit te dolor sicut parturientē, excitat subiungendo cōfessim-

3. Reg. 8.
Exod. 29

Iohan. 1.
March. 4

Roma. 3.10

Meroe filia
Hierusalē.

Apo. 12.

COMMENT. RUPERT. ABBATIS LIB. II.

I. Reg. 4
Gene. 35.

2. Cor. 7

Iohann. 16.

Gene. 37

Acto. 20

Gene. 4

Psal. 78.

LDole & fatage filia Sion, quasi parturiens. Scindū ergo quia dolentū in partu magna disfātia est. Alicuius enim anima in partu prae dolore egreditur, & si dicā ei: ne timeas quia filiū peperisti, siue vt alibi legimus: noli timere, q̄a & hūc habebis filiū, nō respondet neq̄ adiudicatur. Secundū hīmō similitudinē: Spū sanctus ecclesiā vēturi Christi matrem dolere noluit. Quāuis enim prius morerent sancti quā viderent illū Christū dñi, tū habere debebat & habebat fidē resurrectiōis & futuri seculi, qđ videlicet quis expectante morerent, nihilominus tū illū & extra carnē, & in carne sua postmodū visuri essent. Igit̄ cū dicit, nunqđ rex nō est tibi, aut consiliarius tuus perire, ga cōprehēdit te dolor sicut parturientē, ab eodē hortat sanctos oēs, vt nō contristētur sicut & ceteri q̄ spem nō habet, q̄ aūt protinus subiungit: dole & fatage quasi parturiens. Ad hoc hortat, vt cōtristentur secundū dñi, id est, vt in tristitia sive dolore, nō amittat spei fiducia, & fidei rationē. Vnde notandum, quod non dicit hic tantummodo dole quasi parturiens, sed dole, inq̄, & fatage. i. in dolore spem firmā tene, additq̄ quasi parturiens, q̄a videlicet sicut parturiens tādem doloris sui videt fructū, & sā nō meminit p̄fūrare propter gaudiū, q̄a natus est hā in mundū, ita tu videbis liberantē & redimentē te dñm, & dolor tuus cōuertit in gaudium. Hoc intelligendū est per id qđ sequit. L. Quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsc̄ ad Babylonē, & ibi liberaberis, ibi redimet te dñs de manu inimicōrum tuorum. Quantū ad exteriorem literā textum istā intelligimus ludo, & captiuitatem notissimā, qua in Babylonem ducenti, & de qua post annos septuaginta erāt reducenti. At vero spūaliter alia nouimus Babylonem, sicut Sion istā scimus sive Hierusalē, de qua nunc loquimur, viventes dei ciuitatem, id est, vniuersalem sanctōrum & electōrum omnium societatem, cuius rex & consiliarius Chrs̄tus est, qui in p̄fēti loco per prophetā prænuntiā. Vniuersalem ergo huius Sion captiuitatem, quae in Adā accidit, p̄ oculis habentes, dignus ac locupletius verba hāc intelligimus, dū p̄missio. Dole ac fatage filia Sion quasi parturiens, subiungit, q̄a nūc egredieris de ciuitate & habitabis in regione, & venies vsc̄ ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicōrum tuorum. Nunc inquit, id est, ante illud nouissimum dies, in q̄ fluit illa quae p̄dixi manifestato monte domini dñi qui Chrs̄tus est, interim dū morā facit, & nondum venit qui venturus est, tu regi dieris de ciuitate & habitabis in regione, & venies vsc̄ ad Babylonem, id est, p̄iudicatur. Adam nascitur extra paradisum, vnde ille expulsus est, & tu pariter cū illo, cuius in lumbis eras, & manebis in p̄senti seculi captiuitate, & post habitationem huiuscē regions venies vsc̄ in Babylonem scilicet moriendo, & per mortē descendendo ad tenebras infernaliū cōfūsionem, q̄ & sancti descenderunt patres tui, sicut vñus ex maximis filiorum dicit: Descendā ad filiū meum, lugens in infernū. Ibi liberaberis, ibi redimet te dñs de manu inimicōrum tuorum. Descēdet enim illuc deus & dūs dei filius, liberator & redēptor tuus propter te homo factus, & passus, crucifixus, mortuus, & sepultus, & deinde suscitatus a mortuis solutis doloribus inferni, iuxta quod īmō possibile erat teneri illum ab eo. Hoc modo redimet te de manu inimicorum tuorum, scilicet malignorum spirituū, pretiū dando pro te sanguinem suum, vt nihil iuris habeāt in te propter originale peccati. Hoc de illa spūali Babylonē, & de īuīsibilibus inimicis tuis dñs dixit: Nunc demum de īuīsibilibus inimicis tuis audi quid idem ipse dicit. Et nunc congregatae sunt gentes multæ, quae dicunt, lapidet, & aspiciat in Sion oculus noster. Ipsi vero non cognoverunt cogitationes dñi, & non intellexerunt consilium eius, quia congregauit eos quasi scenum areae. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam feruum, & vngulas tuas ponam āreas, & communies populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuersae terrae. Quis hoc nesciat quod super istam Sion, gentes multæ cōgatae sunt ab initio seculi, ex quo Cain funestus p̄mitum ciuem ciuitatis huius fratris suū Abel interfecit? Pleni sunt sacri libri lachrymabilibus historijs, & passim per omnem scripturam diuinā gemitus huius Sion audiuntur, dum veniunt gentes & ponant mortuicinā seruorum tuorum deus escas volatilibus eccl., carnes sanctorum tuorum bestiis, dum effundunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalē, & non est qui sepeliat. At illi nulla miseratione gentes Sion compatuntur, sed p̄tinaci crudelitate semetipsos cohortatur dicentes: Lapidetur ista Sion, i. nullus ei parcat. Et optando dicāt

IN MICHEAM PROPH. CAP. V. Fo. CXLII

Psal. 54.

Esa. 40.

Chrus ut & paleam perpetuae igni trades. Neq̄ enim resistere tibi poterūt cornu ferreum, & areas cornu ferreum, apō vngulas habenti, quod videlicet cornu tuū īsuperabilis rex. & magnificus triumphator reum, apō Christus est, quae vngulæ tuae Apostoli de tua carne geniti sunt, fide solidi, verbo tinnuli stoli, vt vñ velut æs, qđ metallum valde sonor est. Nam in omnem terram exiuit sonus eos, & in finibus orbis terræ verba eos, & non sunt loquela neq̄ sermones, qđ non audiantur voces eos. Hacten ad illā quae vera est Sion & vera Hierusalē sermo est sic incipiens, & tu mors gregis nebula filia Sion. ¶ Nā de illa Hierusalē terrena qua occidit prophētas, & lapidauit eos qui ad se missi fuerunt, audi quid dicatur. L. Nūc vastaberis filia latronis. Obſidionē posuerunt super nos, in virga percutient maxillā iudicis Israel. Cuius vel quanti iudicis? Nimisrum eius qui & magnus deus est, & humilis apparuit, qđ multū cauſe fecit eo tempore opus erat, ſequentibus verbis p̄dicatur. L. Et tu Bethlehem Ephrata, pars vñus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui fit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vsc̄ ad tempus in quo parturient gentes, reliqua fratum eius conuerterent ad filios Israel. Sicut iam dictū est ad illam, & de illa Hierusalē quae prophetas occidit, sermo est. Nūc (inquit) vastaberis o tu non vere filia Sion, sed vere filia latronis, videlicet quae virga homicidam & latronem Barrabam tibi dimitti petisti, autor em vero vitæ interfecisti. Nunc inquā vastaberis, nunc circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te & coangustabūt te vndiq̄, & ad terrā profiterent te & filios tuos qui in te sunt. Quam ob causam sic vastaberis, & cur profiterent filii tuis? Obſidionē (inquit) posuerunt super nos, in virga percutient maxillā iudicis Israel. Stupros prophetas & sapientes & ſcribas obſidionē posuerunt, id est, ex nobis occiderunt & crucifixerunt, & ex nobis flagellauerunt in synagogis suis, & de ciuitate in ciuitatē p̄secuti sunt. Nam hoc totum fuit obſidionē posuerere super nos, quia sic voluerūt claudere ora nostra, ne doceremus in nomine iudicis Israel, cuius maxillam in virga percusserrūt, in virga inquā, id est in arundine qua percutiebant eū spinis coronatum, fibi in potestas te conceſſa quemadmodū ait, sed hāc est hora vefra & potestas tenebras. Per partem totā, id est, per maxillę percussionē, totam eius significabat passionē. Pulchre nimis, quia passionis eius hoc fuit initium, quod vñus assistens ministrorū, dedit illi alapam dicens: Sic Iohann. 10, responde pontifici: Proterua crudelitas, crudelis proterua lictoris & surra, qui dū adiūtūt dñs suo pontifici, & ei placere vult, affiliēs coram percutit in maxillā iudicem Israel, nec solius Israel, sed & omnium hominū, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum. Et vt amplius perhorrescas remeritatem nebulonis, qui p̄cussit, ille

Hierusalē terrena, dī citur filia latronis.

CAP. V.

Math. 23.
Luc. 19.

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. II.

Acto. 10. Iudex non tantū homo, sed & deus est. Hoc enim verbis sequētibus testatur. Etu Bethleem Ephrata, parvulus es in milibus Iuda, ex te mihi egrediet, qui sit dominator in Israel & egressus eius ab initio à diebus aeternitatis. Quid enim est qd & egrediet ex te o Bethleem, & nihilomin⁹ egressus eius ab initio à diebus aeternitatis, nisi qd sunt eius egestiones. i. natiuitates, altera secundū carnem, qua egrediet ex te o Bethleem ex semine David, altera secundū diuinitatē, qua non egredietur, sed egressus eius, inquit, iāndub̄ exatus est, non ex mūdo, sed ab initio, non in diebus temporalitatis, sed à diebus aeternitatis. Nam in principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbū: hoc erat in principio apud deum. Igitur & deum & hominem testatur hic esse illum iudicem Israel, sed hoc taliter edici, vt vulgo intelligeretur tunc temporis non ex pediebat. Quō em̄ audi paterentur, quod qui deus Israel erat homo futurus, & in maxilla percutiendus esset. Cautē ergo & prudenter propheticus sermo dispensatur, dum à facie filiæ latronis, cuius quebatur dicens, nunc vastaberis filia latronis, &c. Seſe repente auertit, & ad aliam, id est, Bethleem seſe conuenit & eidem ſic loquitur, vt & veritatem vtriusq; naturæ, ſcilicet diuinæ & humanae in Christo testificetur, & eandem testificationē, talibus verbis enuntiat, vt non ab illis qui furdi ſunt vel erant, & aures audiendi non habebāt, tunc temporis facili perciperet. ¶ Quod aut̄ Bethleem & Ephrata vnius eiusdemq; ciuitatis David, ſue cuius ſtelli, vbi erat David, vocabula ſint, habemus ex ſcriptura dicente: Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta in via, quæ dicit Ephrata, hæc eſt Bethleem. Porro cū dicit: Et tu Bethleem Ephrata, parvula es in milibus Iuda, ſubaudiendum eſt apud homines, quox in oculis vix parvus vicius es, qui non coelestem, ſed terrenā quantitatē attendit, ſed profecta apud deum non minima es. Alioquin niſi cū eadem affirmatione qua dicit parvula eſt & ex oppoſito iſta negatio in propheſte ſenſu intelligatur, ſed non apud deū minima eſt, quam ſi dicat: Parvula ſue minima videris, ſed non minima es, diſſonāter teſtimoniū hie in Euangeliō ſumptum videtur, vbi principes facerdotum & ſcribæ ſcifitanti Herodi ſic respondiſſe narrantur. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima eſt in principiis Iuda. Cū em̄ hic dicat parvula eſt, & illuc ſcriptū ſit, nequaquam minima eſt, perpiceſſe illa diſſonat, ſed in ſenſu clara conſonātia eſt, vt cū propheſta dicit, parvula eſt, ſubauditio oculis omnium hominum, & cum Euangeliō dicit, nequaquam minima es, ſubintelligat apud deum. ¶ Quod deinde ſubiungitur, propter hoc dabit eos vſque ad tempus in quo parturiens pariet, & reliquiae fratrum eius conuententur ad filios Israel, manifeſte cōpletum, atq; adhuc complendū eſt. Nam quia tanti iudicis Israel maxilla percuſſerūt, quile cundum carnem de Bethleem ex semine David egressus eſt, & cuius egressus ſecundū diuinitatē, à diebus aeternitatis eſt, idcirco dedit eos idem iudex ſubaudit, in manus gladij, & in captiuitatem in omnes gentes, & in partes vulpij, id eſt, maligonia spiritu. Vt queſo ſic dabit eos! Vſq; ad tēpū (inquit) in quo parturiens pariet. Parturiens dicit, non iſta filia latronis, id eſt, terrena Hierusalem, quæ deo ſterilis eſt, ſed illa ſpūalis Hierusalem, ſue Sion, cui ſupra dixerat Dole & ſatage filia Sion quas parturiens. Illa nāq; maſter pariet, ſubauditur Iudeorū, ſue Israelis reliquiae iuxta illud. Si fuerit numerus filiorū Israel quas arena maris, reliquiae conuentent ex eis. Nam hoc eſt, qd hic protinus ſubiungit. Reliquiae fratrum eius conuentent ad filios Israel. Cuius eius? Nimi⁹ ipſius iudicis Israel, quia fratres eius ſecundū carnem ipſi Iudei ſunt, qui maxillam eius percuſſerunt. Tēpū quo iſtud ſiat tunc erit, cum plenitudo gentium intrauerit. Sequitur: Et ſtabit & paret in fortitudine dñi, in ſublimitate noīs dñi dei ſui, & conuentent, quia nunc magnificabitur vſq; ad terminos orbis terræ. ¶ Iudex Israel ſicut iam dictum eſt propter hoc dabit eos, quia percuſſerūt maxillam eius, & ipſe ſurgens à mortuis ſtabit, ſubauditur à dextris dei fortis & ſublimis, iuxta quod in Actib⁹ apostolor⁹ ſcriptum eſt: Cum aut̄ eſſet Stephanus plenus ſpū ſancto intendēs in ccelū, vidit gloriam dei, & Iefum ſtantem à dextris dei, & ait: Ecce video ccelos apertos, & filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei. Stabite ergo, id eſt, pro ſuis morientibus, pugnabit ipſe vīctor mortis, & paſcet ſubauditur populum ſuum, utpote diues & p̄potens rex in fortitudine domini, in ſublimitate nominis domini dei ſui, id eſt, ſicut fortis deus habens nomen ſublime, quod eſt ſuper omne nomen, videlicet quale nomen habet pater, qui propter aſſumptam humanitatē dicitur & eſt dñs deus.

Duplex Chrifti & gressus.

Iohan. 1.

Bethleem & Ephrata vnius op̄p̄di, voca bula.

Gene. 35

Matth. 2.

Plal. 62.

Ez. 10

Acto. 7.

IN MICHE. PROPH. CAP. V.

Fo. CXLI.

deus eius. Nā & ipſe loquitur: Ascendo ad patrem meū & patrem vestrū, deū meū, & deum vestrū. Et conuentent ait, quia nunc magnificabitur vſq; ad terminos terræ. Hoc ipſum quod hic dicit, & paſcet, & conuentent, &c. manifestius in psalmo expreſſum habemus. Ait eřit: Edent pauperes & ſaturabunt, & laudabunt dñm, qui requirunt eū, viuent corda eoz in ſeculū ſeculū. Reminſcenſ & conuentetur ad dominū viuersi ſines terræ. Paſcet ergo ſcilicet terminos terræ, quoaduſq; magnificabitur, non qualicūq; edulio, ſed corporis & ſanguinis ſui ſacramēto, qd edentes & bibentes, pauperes ſaturabunt, pā corda eoz, id eſt, animæ viuent in ſeculū ſeculū, quemadmodū ipſe dicit: Si quis manducaverit Iohan. 6. ex hoc pane, viuet in aeternum, & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita. Seſe quitor. ¶ Et erit iſte pax Assyrīus cum veneſit in terrā noſtrā, & quando calcauerit in domib⁹ noſtris. ¶ In nonnullis codicib⁹ legitur Assyrīus, & ordinatior litera videt. Si em̄ legendū eſt Assyrīus, cur p̄aſtore & dicere maluit Assyrīus cum veneſit, q̄ diſcreta cum Assyrīus veneſit? Itaq; ſecundū vtriq; litera exponendū eſt, & primū ſecundū Assyrīus, id eſt, diabolus, ait beatus Hieronymus, qui dicitur Assur ſuper terrā regionem credentium, & eoz quos paſcet dominus in fortitudine & in ſublimitate nominis domini dei ſui & calcauerit eos tribulationib⁹ varijs, & domos animaz noſtraz, id eſt, corpora quali ſu perbus alcederit atq; deprefuerit, & tamē nos nihil ſeparauerit a charitate Chrifti, tunc Chrifti pax ſue ipſe Chriftus erit in nobis, & dicetur de sancto, nihil proficit inimicus in eo. ¶ Nunc vt ſecundū aliam litera ſtructuram dicamus, ſcilicet ita legendo, & erit iſte pax Assyrīus, cum veneſit in terrā noſtrā, primo ſciendū, quia quod dicitur, cū veneſit in terrā noſtrā, & quando calcauerit in domib⁹ noſtris, ſue vt rursus post pauca habeimus, & cū calcauerit in monte noſtro, recte de ipſo domino intelligitur, pſertim cū in exordio ſermonis hic idē propheſta dixerit: Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo & descendet & calcabit ſup excella terræ, &c. vſq; ad id quod ait: Quae excella ludet, nō te Hierusalem! Eritq; hic ſensus. Et erit iſte, videlicet dominus magnificus vſq; ad terminos noſtri, pax Assyrīus, id eſt, cunctis gentibus, quarum eo tēpore potentissimi erat Assyrīus, vnde & pro cunctis gentibus recte poſſunt hic accipi. Erit inquam iſte pax Assyrīus, id eſt, loquerur pacem gentibus, euangelizabit pacem eis, qui prius erant inimici, cū veneſit in terrā noſtrā, id eſt, cum nos visitauerit, & cū calcauerit in domib⁹ noſtris, ſubaudiet, eo q̄ non cognouisti tempus visitationis tuae, o ſupra dicta filia latronis. Nam id eſt, calcabit in domib⁹ noſtris, idcirco conculcat templum & ciuitatem, ita vt nō remaneat lapis ſuper lapidem. Nam quod dominus calcer & conculcat, teſtatur ipſe dicēs in alio propheſta: Calcauit eos in furore meo, & conculcauit eos in ira mea. Vx ergo tibi, q̄ tibi Barabam latronem donari petisti, & proinde recte diceris filia latronis, & cuius ſeditioſes hereditate poſſediti, v̄x tibi, qui tu concularis quæ diceris Israel, pax autē tua Assyrīus, id eſt, gentibus penitentiam agētibus, ſicut ſignificatum eſt, vbi ad p̄adicationem Ionæ 3. nem Ionæ Nineve magna ciuitas Assyrīus penitentia egit. Sequitur: Et ſuscitabitur ſuper eum septem pastores, & octo primates homines, & paſcet terram Assur in gladio, & tertam Nemroth in lanceis eius, & liberabit ab Assur, cum veneſit in terrā noſtrā, & cum calcauerit in monte noſtro. Quorum in persona ſupra dixerat, obſidianē poluerunt ſuper nos eorundem vox iſta eſt, & ſuscitabitur ſuper eum septem pastores & octo primates homines, vox ſcilicet prophetarum, ſapienſum & ſcribāz, quos ecce ego mitto ad vos ait ille iudex Israel ad eos, qui maxillam ipſius percuſſerunt. Ipſi loquuntur etiam hæc, & ſuscitabitur ſuper eum septem pastores & octo primates homines. Sup quem dicunt, ſuscitabitur eum. Nimi⁹ ſuper eundem ſapientiam dicitur iudicē Israel. Profeſſio non vile obſequium, non paruam honorificentia portionem de ſtudio ſuo promiuit, ad clarificandū illum tantum iudicem, quē filii illius filia latronis ſic in honorauerit, vt maxillam eius p̄cuerent. ¶ Querendū eſt diligenter, qui nā ſint ſeptē pastores & octo primates hoīes, & deinde quid ſit ſuscitari illos ſup hunc iudicem Israel, & tunc patebit, q̄ nō leuis aut incerta haec pollicitatio eſt. Septem fide clares & meritis inſignes de sanctis scripturis nouimus, ſimiliter & octo primates hoīes, quos, licet hac tenus nouerimus, nec dum tamē numeri, & proprias eoz cauſas animus adeo perpendere, priuusq; loci pſentis Septē paſtores & octo primates hoīes.

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. III

Sept. p. stores Gene. 4.	diligentia nos excitaslet. Primū ergo lepte pastores, deinde per ordinem recolamus ostio primates hoies. Primus pastor fuit Abel, de quo scriptū est. Fuit autē Abel pastor ovid & obtulit dñi munera de primogenitis gregis sui, & de adipibus eoz, & respexit dñs ad Abel & ad munera eius. Secundus pastor fuit Abraham: Tertius Isaac: Quartus Iacob, qui stans corā Pharaion cū filiis suis, interrogante illo, quid habetis operis, pastores ovid sumus, inquit, servi tui, & nos & patres nostri. Erant autē patres eius Abraham & Isaac, q̄ profecto curam habuerunt alendō gregū, ita vt nō posset eos capere terra præ multū dine gregū, vnde & facta est rixa inter pastores gregū Abrahā & Loh, & fuit iurgiū p̄ storum Gerare aduersus pastores Isaac. Veruntamen non pro multitudine vel curagrum, sed pro eo q̄ circa res hōe pastoriales, diuinā scē commendantū authoritas, sepien̄ istos pastores excellentissimos numeramus. Iḡtū (vt dicere iam c̄cepimus) hōe primus fuit Abel, qui de primogenitis gregum dñi munera obtulit, quae suo respectu dñs digna duxit. Secundus Abraham, qui de armamento suo vitulū tenerrimum tollēs, & optimū in clytis hospitibus scilicet tribus angelis, venientibus in figura sanctæ trinitatis, memorabile convivium fecit. Tertius Isaac, qui velut aries ad immolādum ductus est, & pro quo arietem Abraham inter vepres hærentem cornibus, holocaustum obtulit. Quartus Iacob qui de gregē duos afferens heedos in cibū patri benedictionem accepit, & deinde socios greges pascer, auctus est benedictiōe domini. Quintus fuit Ioseph, qui cum sedecim anno, pascebat gregē cum fratribus suis, & inde venditus fuerat, factusq; princeps Agypti, professione ista non erubuit, q̄uis detestarent Agyptij oēs pastores ouium, dicta ad patrem & ad fratres suos. Cū vocauerit vos Pharaon, & dixerit, quod opus est vestris respondebitis. Viri pastores sumus servi tui ab infantiā nostra usque in præsens, & nos & patres nostri. Sextus fuit Moses, qui pascebat oves Ietro socii sui sacerdotis Madian, & inter pascendum, cum minassem gregē ad interiora deserti, venit ad montē dei Oreb, apprūtēcī ei dñs in flamma ignis de medio rubi. Septimus fuit David, qui de semetipso loquens ad Saul, pascebat (inquit) seruos tuos patris sui gregē, & veniebat leo & vrsus, sol lebatq; arietem de medio & sequebar eos, & percutiebam erubēcī de ore eoz. Et illi cōfusus aduersum me, & apprehendebā mentū eoz, & suffocabā, interficiebācī eos. Nā & leonē & vrsū interfeci ego seruos tuos. Erit ergo & Philistæus hic incirculus quā vnu ex eis, qui ausus est maledicere exercitiū dei viuentis. Ecce isti sunt septem pastores incliti, quos, scriptura teste, authoritas diuinā cōmendauit. ¶ Porro octo primates hoies hi sunt: Primus Iosue filius Nun. Secundus Caleph filius Iephone. Tertius Othoniel filius Cænez. Quartus Aoth filius Gera filii gemini. Quintus Barach filius Abinoem de Cades Neptalam. Sextus Gedeon, Septimus Iepte Galaadites, Octauus Sason. Isti octo idcirco dici merentur primates hoies, quia authoritate diuinā præeunte, & induente illos spū dñi, constituti iudices liberauerunt populum suum, vnde & meruerunt appellari iudicatores Israēl. Primus horum Iosue & secundus Caleph, introduxerunt populum interram promissionis, dicente domino ad Mosen: Tolle Iosue filii Nun, vix in quo est spū domini, & pone manum tuā super eum, &c. De Caleph vero ait: Seruum meū Caleph, qui plenus alio spū, securus est me, inducā in terram hanc quā circuituī, & semē eius post sidebit eam. Primitū eius hoc diuinū testimonium cōmendat, & p̄ter hoc alia quā p̄fentī loco inserere longū est. Tertius Othoniel filius Cænez liberavit Israēl de manu Cuſam rasathaim regis Mesopotamiae, cui seruerunt octo annis scriptura dicente: Et clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatorē & liberauit eos Othoniel, videlicet filius Cænez, fuitq; in eo spiritus domini, & iudicauit Israēl, &c. Quartus Aoth liberavit Israēl de manu Eglon regis Moab, cui seruerunt decem & octo annis, scriptura dicente: Et clamauerunt filii Israēl ad dominum, & suscitauit eis salvatorem Aoth filii Gera, &c. Quintus Barach filius Abinoem liberavit Israēl de manu Iabin regis Canaan, qui per viq; ginti annos vehementer oppreßerat eos, & ipse authoritate diuinā suscitatus per Debborā prophetam vxorem Lapidoth, Sextus Gedeon liberavit Israēl de manu Madian cui seruerat septē annis, præcipiente angelo, q̄ apparuit ei. Septimus Iepte Galaadites liberavit Israēl de manu filiorum Ammon, q̄ cum Philistæis vehementer oppreßerat eos per decē annos & octo. De isto scriptū est: Factus est super Iepte spū dñi, transfixus ad filios
--------------------------------	---

IN. MICHE. PROPHE. CAP. V. Fo. CXLI.

ad filios Ammon, ut pugnaret cōtra eos. Quos tradidit dñs in manū eius, percussitq; eos plaga magna nimis, humiliatisq; sunt filii Ammon a filiis Israēl. Octauus Samson per an gelum dñi prænatus est matri sterili; & hic erit (inquit) Nazareus ab infâria sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israēl de manu Philistinorū. Ibi sunt octo primates hoīes, q; mīro modo sept̄ pastoribus ita inserviunt, & ita inter sextū pastore, qui est Mōses; & septimū, qui est Dāuid, surrexerūt, vt filios Israēl, q; Mōses fēctus pastor (vt iā dīcūtū est) de Aegypto eduxit, primus hominū primatū Ioseph cū Caleph introduceret in terrā reprobationis, & liberationem de manu Philistinorū, quā octauus primas Samson incepit, p̄ficeret septimus pastor Dāuid. ¶ Habemus igitur & septē pastores & octo primates hoīes ex propriis causis notos & insignes, q; suscitabimus (inquit propheta) super eū, videlicet sepe dictū iudicē Israēl, cuius maxilla percussa est. Quō illos suscitabimus super eum? Videlicet eo modo, vt quæ p̄ illos corporaliter gesta sunt, doceamus sp̄zialiter fieri vel impleri p̄ ipm. Doceamus (inquā) quia quæ regi in illis p̄cessit figura, in isto suc cessit veritas. Hoc facientes suscitabimus illos sup eū, nos prophetæ & sapientes, & scribē, ex quibus ego sum. Nā & si secundū tēpus corpe absens, sp̄ū cū illis præsens sum, q; sp̄ziali studio sit, vt in lectione talium pastorum, & primatū nihil mortuū remaneat, aut otio, sum, dū omnia referunt ad Christū. Itaq; & isti cū illo vivent, & illi qui tunc erūt ex istis proficien. Vnde cū dixisset: Et suscitabimus sup eū septē pastores, & octo primates hoīes, cōfessim subiunxit: Et pascēt terrā Assur in gladio, & terrā in Nemroth in lanceis eius. Quod est dicere, & oēs quæ nūc sine deo sunt, nec verbi dei pabulū habēt vī. Gen. 18. Nemroth. i. Assyrī & Babylonī maximū deoq; magis aduersi tūc erāt. Principiū nāq; regni Nemroth Babylon sicut in terra Sennaar, & de illa terra egressus est Assur, & adīcūtū 4. Reg. 17. scicut Niniuen. Nec vero dubiū vel incognitū est, quin Assyrī postmodū decē tribus transfluerint, Babylonī vero, pro quibus hic ponitur Nemroth, duas reliquias, Iudam & Beniamin. Magnifice ergo reconciliatio gentiū promittiūt, dum de illis, qui tūc erāt in se, st̄issimi, talis prophetia texitur, & pascent terrā Assur & terrā Nemroth, & hoc non sine Heb. 4. armis, sed in gladio & in lanceis eius, id est, in sermone dei, q; est viuus & efficax & pene trabilior omni gladio ancipiti. Et in sententiis veritatis, quæ sunt lanceæ sive sagittæ eius, suo gladio & illis lanceis diabolū, qui prius terrā obtinuerat, debellabit, & liberabit humānum genus. Hoc est quod ait. Et liberabit ab Assur cū venerit in terram nostram, & cum calcauerit in monte nostro. Ac si dicat: Eodem tempore quādō veniet in terrā secūdum presentem prophetiā, & concubilat Iudeos subuera ciuitate & templo, liberabit à dīabo gentes, quæ hactenus erāt terra Assur, & terra Nemroth, quod interpretatētēatio, qui hoc ipm quod de illo scriptū est, erat robustus venator corā dñi, significat diabolū qui possebat gentes tanq; fortis armatus custodiens atriu suū. Sequit. L. Et erūt reliquiae Iacob in medio populoz multoq; quasi ros a domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectant virum, & non præstolantur filios hominum. I Reliquiæ Iacob credētes ex Iudeos sunt, quoq; vnu ex optimis Apostolus cum dixisset, Nunquid reptulit deus populus suū subiunxit atq; ait, Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de Roma. 11. tribu Beniamin. Etenim, licet illi, qui in futuro tēpore crediturūt, cū plenitudo gentiū intrauerit, reliquiae dicātur, nihilominus tamē & hi recte dicuntur reliquiae, quæ tūc crederunt pauci, multitudine in incredulitate p̄manēte, testante eodem, cum p̄missio exemplo de Heliā, cui dixit responsum diuinum. Reliqui mihi sept̄ milia virō, qui non curvaverunt genua ante Baal, sic ergo (inquit) & in hoc tēpore reliquiæ secundū electionē gratiae saluæ factæ sunt. Ergo reliquiæ Iacob erunt (inquit) in medio populorum multorum, quasi ros a domino, & quasi stillæ super herbam, id est, apostoli Christi, sive ministeriales iudicis eiusdem, de quo hactenus sermo fuit, sanctam & diuinam de cœlesti conuersatio, ne sua sumptuosa, stillabunt vel depluent gentibus scientiam. Ros enim suauiter cadens, & stillæ sensim decidentes super herbam, euangelicam vel apostolicam significant doctrinam a domino datam, & pro capacitate audientium discrete annuntiatam, & dupliciter valentem nobis, scilicet ad refrigerandum & sanctificandum. Terra quippe nostra calore vitorum erat exusta, & a maligno spiritu quasi vento vrēte percussa, ita vt cor hominis Baug

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. II.

Danie.3

Acto. 4
Ibidem. 7

z. Petri.1

Acto. 2.

Galat. 6.

Reliqui do
Gores ec
clesiae

Oluerse si
militudis
nes.

nis Babylonie fornaci nō incongrue posset simile dici. Tūc autē cōcepit dñs mittere quasi ventū roris flantē, quādō ad amorē cōscientiū nos excitauit per apostolos prædicationē. Item manus nostræ vacantes ab operibus bonis, sic erāt quasi herba macra & sterilis, sed tunc quasi stillæ à domino super herbam ceciderunt, quando eadē doctrina nos ad dilectionē proximū reflorescere fecit, & in porrigitō eleemosynam facies nostras exhiberunt. Et bene de isto rore & de huiusmodi stillis ait: quia non expectāt virum, & non praestolantur filios hominum, sed signanter cum dixisset, quasi ros, a domino, gaūa delicit Euangeliū sive doctrina, quæ per apostolos administrata est, non per instructio-

nem vel magisteriū hominum venit aliquādo, sed cōclitus data est, docēte illos inuīibili-
ter spū sancto, abspī mora & momento, ita vt qui fuerant homines sine literis & idiota, repente fierent literaz periti, & potentes in omni sermone. ¶ Hoc idē de prophetis sen-
tiendum est, & primū de Mose. Nā ille quidē humāna scientiam per homines didic, &
erat (vt ait Stephanus protomartyr) eruditus omni sapientia Aegyptiorū, & potes in ver-
bis, sed scientiam rerum diuinarum vt pentateuchā suū conscriberet, non per hominem
sed per solū deum didic, qui illi in rubo apparuit. Sic & de David cæteris propheta-
& de Christi apostolis omnino sentiendum est, quos omnes & solos ecclesias Christi in cas-
nonico apice sulcipit. Vnde & Petrus in epistola sua dicit: Hoc primū intelligētes, quod
prophetica scriptura propria interpretatione nō sit. Non em̄ voluntate humana allata est
aliquādo prophetia, sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et de cæteris
quidē apostolis, qui fuerunt illic, vbi spū sanctus in igneis linguis apparuit, sed itq; supra
singulos eoz, certum est, quia non ab homine, neq; per hominem, sed per revelationem le-
su Christi didicerunt. De Paulo autē, qui tunc non erat illic, sed postea vocatus est, dubiū
voluerunt esse quidā aduersarij eius pseudoapostoli, dū vellent corrumpere veritatem
euangelij, quam ex ore eius multi suscipiebant populi, ob hoc derogantes illi, & authori-
tatem eius diminuere volentes, quia domini nostri Iesu Christi, dum adhuc cum homi-
nibus conuersaretur, discipulus non fuit. Hac pro necessitate pleriq; in locis apostolati
suum defendit, maxime autē in epistola ad Galatas cum dicit: Notū em̄ vobis facio eu-
angelium fratres, quod euangelizatū est à me, quia non est secundū hominē, neq; em̄ ego
ab homine accepi illud neq; dīcī, sed per revelationem Iesu Christi. Bene ergo cum dī-
xisset de reliquijs Iacob. Et erūt in medio populorū multorū quasi ros à domino, & quasi
stillæ super herbā, addidit, quæ non expectant virtū, & non praestolant filios hominum.
Ac si dicat. Et erunt apostoli Iesu Christi sapientes, & eloquentes, totum salutari doctrinā
imbuentes mundū, quam videlicet doctrinam non à magistris hominib; accipiēt, nō
studij vel ingenij proprij labore acquirent, sed occulta gratiæ cœlestis aspiratione percipi-
ent. ¶ De reliquijs (inquit) Iacob, id est, de apostolis, ita dūtaxat æque vt de prophetis,
qui & carne & sile sunt filii Iacob, hoc dicere vēt̄ est. Cæteri de alijs magistris ecclesiarum,
qui cū ex gentilitate surrexerūt, non eadē sententia est vel esse potest, q; videlicet
sunt quidem & ipsi quasi ros à dño, & quasi stillæ super herbam, scripturas propheticas
atq; apostolicas tractāto dulciter, & exponendo vtiliter, sed singuli horum vt hoc faci-
re possent, expectauerunt vīz, & praestolati sunt filios hominū. Multos em̄ post deū ca-
thygetas vel magistros subierunt. Vnde quicquid dixerūt, non idcirco ratum habet ei-
clesia Christi, quia sic ipsi dixerunt vel senserunt, sed quia dicta vel sensus suos propheti-
cis atq; apostolicis testimonij, vel aliqua probabili ratione confirmare potuerūt. Sequit.
¶ Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iūmē-
tis syluarum, & quasi catulus leonis rugiens in gregibus pecorum, qui dum transferit & cō-
culcaverit & cōceperit, non est qui eruat. ¶ Quādū diuersarū, q; longe dissimilium rerū
similitudines eisdē reliquijs Iacob hic acripte sunt. Dixerat & erunt reliquiæ Iacob quasi
ros à domino, & quasi stillæ super herbam, & continuo nūc dicit, & erunt reliquiæ Ia-
cob quasi leo in iūmetis syluarum, & quasi catulus leonis rugiens in gregibus pecorum.
Quid magis dissimile q; suauitas roris à feritate leonis? Quid magis diuersum, q; lenitas fil-
iarum stillantia super herbā, à leuita vel impetu catuli leonis rugientis in gregibus peco-
rum. Attamē eisdē reliquijs Iacob, & suauitas roris, sive lenitas stillaz, & feritas leonis, sive
impetus catuli leonis æqua p; similitudinē ascrībit hic. Quareq; Videlicet, q; magistri pos-

IN MICHE. PROPHE. CAP. V. Fo. CXLI.

pulog; sive gentiū Apostoli Christi, & lenes & seueri sunt, lenes in docendo sive exhortando, seueri in corripiendo & vlcifendo. Exēpli gratia: Paulus vbi docet inter cætera lenes & se-
fi loquitur. Quoniamquidē deus erat in Christo mundū reconcilians sibi, & posuit in no-
ueri.

bis verbū reconciliatio[n]is. Pro Christo ergo legatione fungitur, tanq; deo exhortātē per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Quid isto rore dilectionis suauius, qd
hac stilla vere & germanæ pietatis lenius. Cæterā q; vīz ad id, os nostrū patet ad vos o
Corinthi cor nostrū dilatatum est, talia sunt stillicidii vel talis ros, vt nemo qui dubitet qn
ita domino patre misericordianz & totius cōsolationis deo. At vero idem post plurima
dicit: Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duoz vel trium testium stabit omne verbum.

Prædixi enim & prædico vt præfens vobis & nunc absens hs qui ante peccauerūt & cæ-
teris omnibus, quoniā si venero itez non parcam. An experimentū queritis eius, qui in

me loquitur Christus? Ecce sequeritas magistrī tanq; leonis rugitus super iumenta syluarū
& tanq; catuli leonis super gregem pecorum. ¶ Nam iumenta syluarū recte illos æstimā-

mus, quos redarguebat super immunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserūt
Nonne super huiusmodi, quasi leo fuit? Ait em̄: Et vos inflati estis, & nō magis luctum
habuistis, vt tollatur de medio vestru, q; hoc opus fecit. i. qui vxori patris habuit. Ego

quidem absens corpore, præfens autē spū iam iudicauit vt præfens eū, qui sic operatus est
in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spū cum virtute domi-

ni Iesu, tradere huiusmodi satanā in interitum carnis, vt spū saluus sit in die dñi. ¶ Porro Quasi gre-
ges greges pecoz ciusmodi fuerunt, qualibus veluti contrerritis ad rugitum catuli leo-
nis gratulāt & dicit: Qm & si cōtristauit vos in epistola, nō me pccauerūt. Et si ad horā vos
cōtristauit, nūc gaudeo, nō q; contristati estis, sed q; cōtristati estis ad pccnitētiā, cōtristati
enī estis secundum deum, &c. Haec vero quasi de austeriori Paulo exempla postulisse pu-

temus, quasi cæteris Apostolis hunc amplius sauitiam leonis exercuisse dicamus. Nam
vplura fermo prætereat, nonne Petrus quoq; quasi leo sive catulus leonis in gregibus
pecorum rugit, quando in cōuentu discipulorū Ananiam primum, & deinde Saphiram

vxorem eius increpat, & illi ceciderunt & expirauerunt, quia spū sancto fuerant mens
tū. Vere igitur quasi leo reliquia Iacob, quasi catulus leonis, q; cum transferit, subauditur

ad nullius paenus occursum, & conculcaverit videlicet rebellantes, & cōceperit subauditē
mendaces, vt capiti & deprehensi sunt iam dicti Ananias & Saphira, spiritu sancto men-
tientes, non est qui eruat. ¶ His dictis de reliquijs Iacob, protinus ad illum convertitur ser-

mo propheticus iudicem Israel, de q; supra dixerat, in virga percutient maxillam iudicis
Irael, & dicit: L. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibūt. ¶

Hotes publici sive inimici domini illi maiestatis adiudicantur, qui nō solum peccatores,
verumeriam impij sunt odiendo nomen eius, quales maxime illi fuerūt, de quib; ipse in

Evangeliū loquitur: Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meū. Sed vt
implatur sermo, qui in lege eoꝝ scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Sup eius

modi hostes exaltabitur (inquit) manus mea, subauditur, vt nō videant gloriā tuā, imo vt
videant & confundantur, quemadmodū alius propheta, cum sub interrogatione dixisset

& non videbit impius gloriam domini, protinus duplē responsonē hoc modo ipse
reddidit. Domine exaltetur manus tua vt non videant, videant & cōfundantur zelantes

populi, & ignis hostes tuos deuoret. Deniq; & per iustam increpatiōnē dixit: Dñe exalte
tur manus tua, & non videant gloriam tuā, & subaudiendum est, ita vt in gloria tua par-

tem habeant villam, & per seueram nimisq; acerbam concessionem, ait protinus, videant
& confundantur. Quodq; hic dicit, & omnes inimici tui interibūt, illi similiiter cōcedit,

vt si dicēdo, & ignis hostes tuos deuoret. Nam vbi exaltabitur manus tua domine, qn
apparebis sedens in sede maiestatis tue rex & iudex Israe, statutis ouibus ad dexterā, hīc

dis autem ad sinistram tuam, tunc omnes inimici tui interibūt, diabolus videlicet. & an-
geli eius, tunc hostes tuos videlicet tam diabolus & angelos eius, quām & homines im-

pios sequaces eius, ignis deuorabit te dicente: Ite maledicti in ignem aeternum, qui p̄-
paratus est diabolo & angelis eius. ¶ Hoc nihilominus ad ecclesiam vniuersam referri po-

tēt, cuius caput est ille iudex exaltabitur manus tua sup hostes tuos, & oēs inimici tui in-
teribūt, quia videlicet qui capit, id est, hostes vel inimici sunt corporis, quod est ecclesia

eius

eius, & ubi caput, ibi nimis exaltabitur & corpus. Recte ergo & ad ipsam dictum hoc recte intelligitur, præsertim quia & supra illi dicebatur: Surge & tritura filia Sion, &c. & hic protinus eidem dicitur. Et erit in die illa dicit dominus, auferam equos tuos de medio tui, & dispergam quadrigas tuas, & perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam oës munitiones, & auferam maleficia de manu tua, & diuinatioñes nō erunt in te. Et perire faciat sculptilia tua, & statuas de medio tui, & conterat ciuitates tuas, & faciat in furore & indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ nō audierunt. Magnifice in verbis istis consoletur se ecclesia dei, cōsiderando vita æternæ statu, qualis futurus sit ex die illa, qui oës suos interibunt inimici. Sigdem hoc promittitur in his verbis, quod non solū mala oia, verum etiam ipsa quoq; q̄ in hoc seculo videntur, & sunt quædā bona, quāuis nō vera vel sufficientia, pennis non erunt illic. Quis em̄ nescit maleficia, diuinatioñes, sculptilia, & statuas atq; adoratioñes manuū opeq; & lucos ad sacrificandū dæmonijs electos suis sacros, vera esse malac? Quis itē neget equos, quadrigas, ciuitates atq; munitiones, falsa eē bona? Fallax equus ad salutē, ait Psalmista, & hic in curribus, & hi in equis, nos aut in nomine domini dei nostri in vocabimus. Possunt quidē prodeſer equi & quadrigæ, imo & necessaria sunt ad subiectioñem tardis & infirmis corporibus, vel etiā sanctis ad fugiendū de ciuitate in ciuitatem, si vi gente persecutore fugiendum est citius, sed eiusmodi vltus, non tam vltus bonum q̄ vere infirmitatis est solatiū, ſaþe nimiū habens fallax experimentū, quia (ſicut iam dictum est) fallax equus ad salutē, ad qđ succinere possit, ſed non fallax ad fatigatioñem. O quanto melius est grauia vltus nū fuit, corpora immutari, & velocitate angelorum perfrui, q̄ grauia corporis equis vel quadrigis veſtitando fallaciter cōſolari. Igitur magnæ beatitudinis est promissio in verbis istis cū dicit, & erit in die illa, dicit dominus, auferam equos tuos de medio tui, & dispergam quadrigas tuas, &c. Præmisserat em̄, & omnes inimici tui interibunt. Ergo idem est ac si dicat: In die illa faciat illud, pro quo nū clamas ad me dicens, de necessitatibus meis erue me. Primum est q̄ equos tuos aufera, & quadrigas tuas dispergam, id ē, q̄ terreni corporis tantā velocitatē efficiam, vt fit quocunq; velit, qđ fieri nō poſſet cū equis & quadrigis. Tūc em̄ hoies æquales erunt angelis, ait ipse dominus, & filii sunt dei, cū simili resurrectionis. Quod si æquales, nimirū & æque veloces, æque vt angeli erit, equi & quadrigis nō indigneſt. Quid porro de ciuitatibus & munitionibus dicam, cū dicit: & perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruam oës munitiones? Non est quia Cain fratrem suum Abel per inuidiā occidit, & hic primus ædificauit ciuitatem, vocauitq; eā ex nōne filiū Enoch, Porro & Abel & cæteri sancti oës hic manentē ciuitatē nō habent, ſed futuram quīrūt. Perdā igitur (ait) ciuitates terræ tuæ, & deſtruam oës munitiones, nō ſolum ſpale, verum etiam manufactas & materiales, ſine dubio ſubintelligendū, & omnes ciuitatiq; munitionū ſeditiones atq; cupiditates, & vniuerſas, quas eisde Cain mortalibus inuiti clades, & malas ſolicitudines, quas vniuerſas dicitur, & eft Babylon, cum qua, vt audiuit in A pocalypſi vocē de celo dicente, fornicati ſunt reges terræ, & in deliciis vixerit. Et de qua ibidem ita scriptū eft: Et ſuſtulit unus angelus fortis lapide molarem magnum, & misit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna ciuitas illa, & ultra non inuenietur. Magna igitur requies sanctæ Sion, i.ecclesiæ in perditioñe ciuitati, vel munitione terræ promittitur, q̄a videlicet cū perditione illarū, perditio q̄q; cōsequenter ſubintelligit, rex omnium cōcupiſibilium, q̄ in ciuitatibus ſunt (quæ ex intuito sancti ciues regni dei peregrinantes in hoc mūdo, tentati & fatigati ſunt) videlicet auri, & argenti, & lapidis plumbi, & margaritarum, & byſſi, & purpuræ, & ferici, & marmoris, & cynamomi, & amomi, & odorantiorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & ſimilæ, & tritici, & iumentorum, & ovi, & equorum, & redarum, & mancipiorum, & cæterorum, omniū, de quibus recte Sapiens dicit, Vanitas vanitatis & oia vanitas, qualitū cupidi mercatorum, nū dñites facti, pauperibus inſuſi filij ſtuſi o sancta Sion. Sed tunc illis flentibus atq; lugentibus & dicentibus, Vt vaſili exultabūt & libēter videbūt, pariter perire ſuas q̄q; munitiones, & quas hic pro necessitate habuerūt, nō vt alios impugnarēt, ſed vt impugnabūt alijs aliquid refrigeriū haberent. Et auferā (ingr) maleficia de manu tua. Et hic ſubintelligendū eft, vt amplius mali q̄q; nō facias. Impossibile nāc erit ex die illa, vt sancta electio, ſocietas mali quicq; faciat vel admittat, & erit firma & incorruptibilis innocētia. Necq; em̄ erit ultra ſerpiantiq; faculta

Qualia bona equi & quadrige,
Psal. 32.
Psal. 19.

Psal. 24

Lucæ. 20.

Reges Siō
in peditioñe
ciuitatum
terrae.
Gene. 4
Heb. 13

Apoca. 17
Ibidem. 18

Ecc. 11

fuerientia vt ſibilet quicquam, vel mali aliquid alicui ſanctorum ſuadeat, ſicut fecit quando mulieri ſuafit, vt vetitum comedere, & viro ſuo porrigeret, quo maleficio totum ex in de genus humanum venenatum eft. Ut breuiter dicam, ſic auferet dominus de manu electorum ſuorum maleficia, vt quibus dedit nunc malefacere nolle, tūc det, quod amplius & perfectius eft, ſcilect malefacere non poſſe. Et diuinatioñes non erunt in te. Diuinatio propheta mendax eft. Hæc ſine dubio feliciter tunc deerit, quando præſentia vel plena cognitio dei præſensq; facies veritatis cunctos illustrabit, & nihil incertum vel incognitum eft. Hanc perfectionem in hac vita sancti non valent conſequi, ſed ex parte (iniquiunt) cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum eft, euacua, bitur quod ex parte eft. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et perire faciam ſculptilia tua, & statuas de medio tui, & non adorabis ultra opera manuum tuarum. Hoc etiam ante diem illam prouidendum eft, vt opera manuum ſuorum, ſcilect ſculptilia & statuas adoret, quæcunq; anima deum verum colit, vel nomen eius inuocat, veruntamen magna pars populi dei, populi electi vnum deum coalentis, perfectionem huius rei non attingit, dum corpore viuit. Nam & ſi manus exterius vacat, vt viſibilem ſibi ſtatuum non faciat, nonne animus celerrimus artifex formam ſibi aliquam perſepe ſingit, dum recordatur creatoris ſuū, & eum contemplari cupit, cui dicit in oratione Pater noster qui es in celis. Veloſiter nanq; ſibi proponit, aut velociſter ſibi occurrende delectabiliter excipit, quia aliquem venerabilis forme ſenem ſpeciosum & magnum, ſimplicium magno conſilio residentem, & fortassis ita putat eſſe in re, ſicut legit vel audit, in illa Danie lis viſione. Quia throni poſiti ſunt, & antiquis dierum ſedit, veltimentum eius quasi nix candidum, & capilli eius quasi lana munda. & cætera quæ quaſi localem loquuntur deum cum ipſe localis non eft. Evidem ſic ſimplicerit errare vienale eft, ſed errorem eundem pertinaciter defendere damnable, quia haereticum eft. Vnde & Humaniformi dicuntur haeretici, qui deum forma humana membrisq; diſtinctum afferrere conati ſunt. Quod igit; in nunc dicit, & perire faciam ſculptilia tua, & statuas de medio tui, & non adorabis ultra opera manuum tuarum, ſic in illa die perfici credendum eft, vt circa diuinam ſubstantiam nemo taliter erret, viidentibus cunctis qualis fit. Vnde Iohannes: Scimus (inquit) quia cum apparetur, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eft. Quod deinde ſequitur: Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas, itidem in die illa perfecte implerit, quod nunc ex parte impletum eft vel implendū eft. Non enim ſam in hoc perfeſto eft quod verū colemente deum, non lucos frequentant, nec latebras vel tenebras quæ rūt ad ſacrificandum principibus tenebrarum, neq; ciuitates ſuas claudunt, id eft, conſcientias non occultant, ſed opportune peccata ſuā conſitendo aperiunt, non (iniquam) perfeſto ſam in hoc, ſed inchoatio beatitudinis eft, quia multa ſunt adhuc non ſolum male eruſeſt, verum etiam bona veneranda quæ abſcondit & abſcondere volunt in hiſ quæ reprehēſibilis ſunt, metuentes verecundiam, in hiſ quæ laudabilis ſunt, fugientes inanem gloriam. At vero tunc nihil erit, quod velint eſſe occultū, neq; inuitis illis ſiet illud quod Apoſtoliſt ait, quia veniet dominus & illuminabit abſcondita tenebrarum & manifestabit confilia cordium. Nam de malis vbi certa remiſſio erit, non habebunt cur erubescant, imo multum habebunt quod gaudeant, ſcilect magnam, & ſine fine magnificandum remiſſoris gratiam & gloriam. Porro de bonis ut abſcondant illa nequaquam inanem opus erit fugere gloriam, quia talis ventus illic flare non poterit, vbi vera & ſtabilis gloria dei ſuū, per omnes abundans cuncta ſuperabit, vniuerſosq; & angelorum & hominum ordines in fundamento ſuæ viſionis cum dulci tremore continebit. Igitur & lucorum eutolio, & ciuitatum contrito tunc ad plenum perfeſta eft, quia nullus erit, qui occule quicquam gerere, vel conſcientiam ſuam ne videatur aliquo modo circumſeptam eſſe velit. Tunc econtra ibunt imp̄ti in ſupplicium & in opprobrium ſempiternum, & hoc eft, quod hic in calce sermonis enunciavit & faciam, inquit, in furore & indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

Gene. 3;

Diuinatio
prophetia
mendax.
Cor. 13

Imaginatio
ſimplicium
de deo.
Danie. 7

Iohann. 3

Cor. 4

RVPERTI ABBATIS

TVTIENSIS IN MICHEAM PRO
phetam commentariorum liber tertius.



Supra.1.

Supra.3

Supra.4

CAP.VI.

Samaria.

Hierusalē.

z.Para.33.

Daniel.3.6

Orum quæ hactenus in hoc propheta, vel propter hunc propria dicta sunt, duo principia vehementer nostris auribus illis sunt, dicendo videlicet ia primo, audite populi omnes & attendat terra & plenitudo eius: in secundo autem, audite principes Iacob, & duces domus Israel. Et prima quidem propheticæ sermonis inieclio Samaria, i.e. deinceps tribus cōdemnatur, earumq; detinimt recupera, rāndū ex gentibus, per Christū his verbis promittitur ascendere eum pandens iter ante eos, diuident & transibūt portā, & egredientur per eā, & transibit rex eorum corā eis, in secunda Hierusalē, vel tribus Iuda seuerius arguitur, dicendo ad principes eius, ad sacerdotes eius, & ad prophetas eius, propter hoc causa vestri, Sion quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi aceruus, apidū erit, quibus verbis illa manifester desolatio prænuntiatur, quæ facta a Romanis eam dem filiū latronis vastantibus, eo qd percutserit maxillam iudicis Israel, sicut manifeste sermonis eiusdem sequentia vaticinavit, itemq; detinimentum Iudeorū, de salute gentium restaurandum, secundum hæc verba præmittitur. Et fluent ad montem domini populi & properabunt gentes multæ. Et rursus: Et erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum, quasi ros a domino, & quasi stillæ super herbam, &c. ¶ Ecce nunc tertio sermo propheticus quasi tubam vocem suam exaltans, neq; solam Samariam, vt prima, neque solam Hierusalē, vt secunda inunctione conuenerat, sed ambas partes simul conuenient sic inchoat. Laudite quæ dominus loquitur: Surge, contendite iudicio aduersum montes, & audiāt colles vocem tuam. Audiāt montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ, quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel dījudicabitur. Populus meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Mosen & Aaron & Mariam. Populus meus memento quæso, quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor de Sethin vsq; ad Cælalgala, vt cognosceret iustitias domini. Huiusmodi verbis iudicium domini de magnis rebus agi incipit, & sicut iam dictum est, ambae partes, scilicet Samaria & Hierusalē pariter conueniunt, & quodammodo alii sunt tanquam duo rei, diuersas secundum meritā iudicij atq; misericordia sententias excepturi. Sunt enim isti dissimiles sibi, veluti alter etiam sub iudicio rebellans, alter coram eis prostratus, & veniam postulans. Etenim Samaria quæ se in perpetuo schismate detinuit a domo David & templo domini, cuius ex regibus nullus recessit a peccatis Hiero boam, id est, a colendis vitulis, quos ille fecit, nec saltem comminante deo iudice captiuam instantem penitentiam egit reus ille ē, qui etiam in iudicio per contumaciam magis ac magis prouocat iram iudicis, Hierusalē vero, quæ tunc temporis nō nunq; poenitentiam egit, cuius reges aliqui ad penitentiam cōuersi sunt, vt Manasses: alioqui iusti fuerūt & sancti, vt David & Ezechias & Iosias, nam præter istos omnes in idolis peccauerūt. Reus ille ē, qui coram iudice prostratus, fatetur culpam, poscit & meretur veniam. Neq; enim de deinceps tribubus translatis in Assyrios aliquem poenitentem, & deo satisfacentem legimus, sed de filiis Iuda ductis in Babyloniam, multum est quod miremur, & compatiamur dum & Daniel in lacu leonū, & socii eius in fornace Babylonica prostrati, misericordem iudicem deū deprecātur. Igitur dum proposito iudicio ex persona dñi, dicens: Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde mihi, &c. repente sepe persona ostert, dicens: Quid digni offeram dñi, cur uare deo genua excuso. Hanc arbitremur esse Hierusalē, quæ (vt iā dictū est) illo tempore penitentiam erat actura: cætera vero quæ repetito clamore subsequuntur, inter quæ iudex proloquens, & custodisti, inquit, pœcepta Amri, & opus Achab, contra Samariam dicta esse nō dubitemus, quæ veluti reus rebellis veniam a iudice, nec postulat, nec meretur. Nunc per ordinē dicta sequamur. ¶ Audite, inquit, quæ dñs loquitur. Hoc in persona sua propheta clamat, videlicet tandem prece iudicis deū obli-

IN MICH. PROPHET. CAP. VI.

Fo. CXLVI.

quens, vt paret silentium, & ad audiēdum attentam faciam multitudinem. Hoc ergo præmisso sequuntur ea quæ dominus loquitur: Surge contendite iudicio aduersum montes & audiāt colles vocem tuam. De montibus & collibus istis aduersum quos iudicio contendere subetur, diuersi expositores diuersa senserunt. Nam alijs angelos intelligunt, quibus reg humanae commissa est procuratio, quicq; (vt Apostolus ait) administratori sunt spiritus missi in ministeriū propter eos qui hereditatem capiunt, & inde aduersus eos iudicio contendit volunt, si non egerint cuncta quæ ad suum pertinebāt officium: Alij vero Abraham, Isaac, & Iacob, & patriarchas reliquos interpretātur, quibus quasi auditoribus & ad iudicium conuocatis, populi Israel negotium ventilandum est. Verum neutra sententia libera habet cursorum, aut manifestis scripturæ vocibus comprobatur, præsertim cū Abrahā, & Isaac & Iacob sancti atq; amici dei sunt, & sancti angeli præterito iam iudicio diuisi a malis angelis de salute sua securi, & in beatitudine sint firmati. Quomodo ergo vel aduersus istos, vel aduersus illos montes & colles libere affirmari, quod fiat contentio iudicis diuinitatis? Ut igitur expeditior sit sensus, illud sequatur, quo manifester nos præsens litera dicit, dum in initio contentionis statim dicitur: Populus meus quid feci tibi? Denique populus Israel cuius ambas partes, videlicet Samariam & Hierusalem, paulo ante diximus ad iudicium conuocari, sub nominibus montis & collum corripitur in his verbis. Nec vero incongrue per montes figuratur, quia pars utræque in montibus regnabat & superbiebat deinceps tribus in monte Samaria, & duæ reliquæ Iuda & Benjamin in monte Sion. Vnde & per alium prophetam idem dicit: Væ igitur qui opulentis est in Sion, & cōfudit in monte Amos. & Samaria. Igitur aduersus montes, id est, aduersus Samariam & Hierusalē in montibus habitantibus, & in montibus confidentes, surge (inquit) & contendite iudicio, & colles, id est, urbes minores, illæ subappendices audiāt vocem tuam. Ad hoc edictū domini iudicium proponētis, idem præco, id est, propheta, qui prælocutus fuerat, dicens. Audite quæ dñs loquitur, rursus pro officio suo magis ac magis attentam volens esse plebis multitudinem, si in montis, id est, principium altitudinem clamat, & dicit: Audiāt montes iudicium, & fortia fortia fundamenta terræ, quia iudicium dñi cum populo suo, & cum Israel dījudicabitur. Montes dameta ter (vt iam dictū est) Samaria & Hierusalem dicuntur, quæ utræque metropolis in monte sita regia potestas est. Porro fortia fundamenta terræ, non incongrue partis, utræque reges intelligimus. Regia namque potestas quodammodo terræ, id est, populi fundamentum est. Vnde & greci sermone rex Basileis, id est, basis populi dicitur, id qd regibus suis populi vel cæteræ dignitatis intinuantur, veluti columnæ basibus. Igitur & fortia fundamenta terræ tumidæ, terræ montuose, id est, reges male fortes, reges in vestris viribus & opibus confidentes, qui sublevit Samariam & Hierusalem, quæ in montibus sita sunt, & quod peius est, in montibus confidunt: audite, inquit, iudicium dñi, quia quod valde timendum est, iudicium dñi cum populo suo, & cum Israel dījudicabitur: Vere enim sensato homini hoc valde timendum est, ne cum illo deus dījudicetur: sit enim, quia non poterit illi respondere unum pro mille, id est, prostratus postulat, dicens: Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia non iudicabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hæc interlocutio prophetæ protinus non ipse prophetæ, cui dictum esse videbatur: surge & contendite iudicio, sed ipse dñs in sua persona, hoc modo iudicio contendere incipit. ¶ Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Mosen & Aaron & Mariam. Quis hic loquitur iudicio contentionis, nisi dominus? Quis autem dixerat, surge & iudicio contendere, nisi dominus? Ergo ne iuber & obedit una eademque persona, aut unus idemque est, & ille qui dicit, & ille cui dicitur: Hæc idcirco subtiliter per punctum, & querimus, quia valde nobis optabile est, vt etiam hic appareat, qui persæpe in scripturis deus deo, dominus dñe, pater filio loquitur, & multa sunt quæ inter has personas dicta intenimus, quoq; dulcissimum atq; clarissimum est illud, quod David in spiritu audiuit, nobisq; retulit dicens. Dicit dñs dñe meo, sede a dextris meis. Sit igitur persona patris quæ dicitur: surge contendite iudicio, sit persona filii, quæ dictio obaudiens, iudicio contendit & dicit: Populus meus quid feci tibi, aut qd molestus fui tibi? Responde mihi. Quid enim? Nunquid quia de virginе Maria nondum natus erat, idcirco de iudicio contendere nesciebat? Imo & p̄dari & spolia detrahere iā poterat

Montes &
colles qui
sunt.
Heb.1.4

Iohann.3.22
Psal.145

Déus pater
& deus filius
hic intro
ducuntur
logentes.

Psal.109

b z Hinc

COMMENT. RUPER. ABBATIS. LIB. III.

Sia. 8

Ibidem. 7

Nume. 22

Causa dei
fusta, hois
in usta.

Exod. 32

Nume. II.

Ibidem. 22

Iudec. 2.

Regu. 12.

Sohan. 19

timul. Dixerat deus ab auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan, ſue de monte vmbroſo & cōdenſo. Iam quaſi quæreres qualis vel quātus deus, quātæ ſanctitatis ſanctus ope- ruit (ait) cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Cū dicit, operuit cœlos gloria eius qd̄ nī hoc intimare vult, q̄ æque vmbroſus & cōdenſus ſit, vt ipſe mons, i. ipſe pater, de quo venit idē deus. Deniq̄ valde vmbroſum & cōdenſum, valde incoprehēbilē illum ine teſtatur, cūdicit, operuit cœlos gloria eius, qd̄ idē eſt, ac ſi dicat, Incoprehēbilis eſt diuinitas eius, etiā cœli, i. cunctis ſpirituſib⁹ angelicis. Tantus tāq̄ glorioſus eſt idē deus, Gloriam & laude dei. Nā inde glorioſus ſi q̄ras, & laudis eius (ait) plena eſt terra. Pulchre diſtinguit gloriam dei, laus Chri- ſtus ſanctus ſit ſi q̄ras, & laudis eius ſanctus. Et ſicut gloria diuinitatis eius cœlos (vt iā dictū eſt) operuit ita laude ſanctitatis, laude ſanctæ humanitatis eius terra plena eſt. Nec cœli, i. angelii gloriam diuinam claritatis eius ad finē perſpicere poſſunt, nec hoīes in terra ſanctitatem, & humilitatem humanitatis eius, quantū eſt dignū, laudare ſufficiunt. Nō habet finē deus magnus & excelsus, nō habet aſtimationem, deus homo factus, ſan- ctus & bonus. Quid ergo, ſi gloria eius cœlos operuit? Vnde cognoscetur ſi eſt vmbroſus & ſus atq̄ cōdenſus. Ait, L. Splendor eius vt lux erit. Ac ſi dicat, Non ita eſt vmbroſus & cōdenſus, vt nō poſſit videri, nō ita eſt incomprehēbilis, vt nō poſſit agnosc̄i. Splendor, bitem̄, & splendor eius vt lux erit, i. creatura ſatis illuminabit. Habet quidē lucē inaccessi- bilem, ſed tolerabilē nouit emittere splendorē. In ipſum lucis profundū accedere vel pene trare creatura nō poſteſt, ſed ad creaturā lux ipſa tēperatiuo, ſplendore procedere poſteſt. Splenduit gloria eius ipſis cœli, quos operuit, & terræ ſplenduit, ybi homo factus, hoīes latuit. Splendor eius, mirabilis eſt op̄e, effectus. In cœlo & in terra mirabilia fecit, & quo tie mirabilia fecit, toties ſplendorem emisit, & huiusmodi ſplendor eius, vt lux eſt, & vt lux erit, quia creaturā ſuā angelicā ſue humana ad cognoscendū ſeipſum ſufficienter illu- minat, & illuminabit. Quid tandem vmbroſus, quid cōdenſus eo qd̄ ſequitur. L. Cornua in manib⁹ eius. Ibi abscondita eſt fortitudo eius. L. Cornua nāq̄ vexilla dicit, & trophya Cornua eius, bra- chia crucis, cuius brachijs confixa fuerat manus eius. Cū enim in forma dei eſſet, non rapinā arbitratuſ eſt, eſſe ſe aequalē deo, ſed ſemetiſum exinaniuſ formā ſerui accipiens, factus obediens patri vſq̄ ad mortē, mortē aut̄ crucis. In cruce ergo pauliſper abscondita eſt for- titudo eius, qñ dicet ab patre: Tristis eſt anima mea vſq̄ ad mortē, & pater ſi poſſibile Philippi, 27. eſt, tranſeat a me calix iſte, & in ipſa cruce, Pater in manu tuas cōmendo ſp̄m meū. Quid Matchi, 27. tā vmbroſum, tā condensum? Nā nos (inquit Apliſ) p̄dicamus leſum Christi crucifixū Lucae, 23. iudicis quidē ſcandalū, gentilium aut̄ ſtultitā. Quid aut̄ vel ad quid ibi abscondita eſt for- titudo eius? Nimirū ſicut in carne absconditū hamus, i. ferri aculeus, ad hoc vt pſcīs capia- tur. Nā hoc eſt qd̄ de Behemot ſue Leviathan ad beatū Job dñs loquitur: An extrahe- re poteris Leviathan hamo? Subauditur vt ego. Proinde cū dicit, cornua in manib⁹ eius, non id ſolum nos attendere vult, q̄ cornibus ſue brachijs patibuli confixa ſue in manib⁹ eius, alioquin magis proprie dixiſſet, manus eius in cornib⁹ ſue in manib⁹ eius, ſicut non ſic dicere ſolem̄, crux in Christo, ſed Christus in cruce ſixus, hoc magis nos perpendere vult qd̄ propter confiſionē ſuā cruci confixus, vel in cruce exaltatus eſt, oīs poſteſtas ſue omne regnū qd̄ Iohann. 13. per cornu ſignificari ſolet, datū eſt in manib⁹ ſue in manu eius, ſicut ipſe p̄dixerat, ſi exal- tatus fuero a terra, oīa trahā ad meipſum, & ſicut ait poſtea, data eſt mihi omnis poſteſtas in celo & in terra. Ipſe prophetā protinus enunciāt quid euentuꝝ eſſet inde, q̄ ibi abscondi- ta eſt fortitudo eius. Ait eiī, L. Ante faciē eius ibit mors, & egrediet diabolus ante pedes eius. Quid eīm eſt hoc, nī ac ſi diceret, illo q̄ ſi hamo Leviathan capiet. Sicut eīm pſcīs hamo captus, ante pedes capientis hamūq̄ trahentis de flumine ſue de mari egreditur, ita diabolus egreditur (ait) ante pedes eius, hoc eſt, veniet in potestate eius, & foras idē primi- ſepa mundi eiſcet. Duo dixit, ante faciē eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pe- des eius, & hāc ſunt quæ nos diximus & loquimur, & credentes speramus, q̄a ante cor- ſpectu ſuā mors fugit. Resurrexit eīm, & nobis resurrectionis gloria donauit, diabolūq̄ authorē peccati & mortis ad p̄dicationē euāgelij ſui ſecit foras egredi, & ante pedes, i. an- te p̄dicatorē ſuō ſeipſum calcari. Sequitur, L. Stetit & mensuſ eſt terra. Apſexit, & diſoluit ge- la, & cōtriti ſunt montes ſeculi. Incurvati ſunt colles mīdi, ab itineribus aeternitatis eius. I. ipſe qui in cruce mortuus ſuit, vbi abscondita eſt fortitudo eius resurgens a mortuis, nī mihi ſum nō abscondita vel abscondenda, ſed deinceps, maniſta fortitudine ſtetit, ſubau- ditus

COMMENT. RUPER. ABBATIS LIB. II.

A&o. 7. ditur a dextris virtutis dei, ad expugnandas reliquias peccati, ad debellandos hostes eum
Efa. 5 gelij sui. Nā ecce video celos apertos, ait Stephanus prothomartyr, & filii hominis stan-
tem a dextris virtutis dei. Et Esaias iamdudū fuerat plocutus: Stat ad iudicādū dñs, & stat
ad iudicādos populos. Stetit ergo dñs fortis & potes, dñs potens in plio, diabolus vincit
habēs ante pēdes suos. Et mēsus est terrā. Quō mēsus est, nisi tanq̄ iudex viuox & mortu-
Quō Chrs orū. Nempe qđ de David scriptum fuerat, qa percusit Philistin, & percusit Moab, &
menſus est terram.
z, Regū, 8 mēsus est funiculo coequeans terrae, mēsus est aut duos, vnū ad occidēdū & vnū ad iu-
diciādū, hoc de isto manuforti venerabiliter est sentiendū, quia mēsus est terrā, & men-
sus duos funiculos, vnū funiculū misericordia, & vnū funiculū iudicij: funiculū misericor-
dia ad viuificādū, funiculū iudicij ad occidēdū. Ita metiendo terrā a pexit gētes, mili-
ratus est gētes, funiculū misericordia ad viuificādū mēsus est sup gentes. Porro iudicij
funiculū ad occidēdū mēsus est sup Iudeos, vt excēcati caderēt in ore gladij & captivi
ducerētur in oēs gentes. Idipsum qđ dicimus de aspectu misericordia quo a pexit gētes,
Exo. 10, pulchre innuit hoc dictū, & dissolutū gentes, & qđ subiungit, & cōtriti sunt montes seculi,
Psal. 17. & incurvati sunt colles mundi. Quid em̄ est dissolutū, nisi ad p̄cēnitētiā emolliuit? Econ-
Psal. 50 tra de impio dicitur, qa cor eius induravit. Et qđ est, cōtriti sunt montes seculi, & incurvati
sunt colles mundi, nisi ad p̄cēnitētiā cōtristati sunt prīncipes seculi, maiores qui intelli-
guntur p̄ montes, & minores, qui significantur p̄ colles. Cōmota est & cōtremuit terra (qđ
P̄almista) & fundamēta montium cōturbata & commota sunt, qm̄ iratus est eis. Bonacō
tritio quē fit ab itineribus aeternitatis eius, nā hoc est cor cōtritum & humiliatum, qđ non
despicit deus, hoc totū fuit vel est metri funiculū vnū, funiculū misericordia ad viuificā-
dū. Porro qđ continuo sequitur. L Pro iniūcitate vidi tentoria Aethiopie, turbabuntur
pelles terrae Madian. Menſio est funiculi alterius, funiculi iudicij ad occidēdū. Nā de
Hiere. 13 illo Aethiopie hic sermo est, q non mutabit pelle suā, & de illo Madian, qui semper & per-
tinaciter declinat iudicij, secundū hoc ip̄m nomen qđ est Madian. Madian quippe inter-
pretat̄ declinādū iudicij, & significat eos, q non credūt futurū iudicij. Igitur ip̄s q̄ a pexit
& dissolutū gētes, aspectu misericordia, ip̄s pro iniūcitate vidi, i. iniūcitate iudicādū, nem̄ incrediblē, omnē animā hominis incredibili & malū operātis, ludāi primū & Græci.
Roma. 2 Siquidē tabernaculū Aethiopie est omnis animal ludāi malū operātis, potius q̄ tabera-
culū Libani, i. tēplū ip̄sum, de cuius candore siue religione solebat gloriari, & dicere, ē
plum dñi, templū dñi, templū dñi est. Verū dicere licet, q̄a ex quo salvatore crucifixō te-
nebræ circa meridiem factæ sunt, & secundū illud p̄fagiū, cæcitas cōtigit in Israel, & ob-
scurati sunt oculi eoz, & ipsum templū, & omnia sacra Iudeorū, tabernacula Aethiopie
facta sunt. Sicut em̄ Achipes ex vicino splendidi solis calore denigrati sunt, ita Iudea mi-
ro modo de plentia salvatoris per inuidiam suā deteriores facti sunt, & p oclum lucis ob-
scurati sunt oculi eoz. Igitur pro iniūcitate vidi tentoria Aethiopie, i. sicut verā & con-
summata iniūcitate iudicāt, atq̄ damnauit cuncta quæ prius sibi met̄ habitacula fuerat se-
sta vel cærimonias religionis Iudaicæ. Deniq̄ turbabuntur (ait) pelles terrae Madian. Et
iste & alijs propheta, videlicet Esaias, qui cum dixisset, iugum em̄ oneris eius, & virḡ hu-
meri eius, & sceptrū exactoris eius superasti, statim addidit, sicut in die Madian, ad illū no-
mittunt sacræ historiæ locū, vbi Gedeon dux Israel, miro modo turbauit castra Madian.
Omnis Madian & Amelch, & orientales populi congregati fuerant simul, & Gedeon
quaesierat signū in vellere, scire volens si salū faceret dñs per manus eius Israēl, sicut locu-
tus est. Diuinit̄q̄ trecentos viros, quos de omni Israel secū retinuerat, in tres partes, & dedi-
cubas in manibus eoz lagenaq̄ vacuas, ac lampadas in medio lagenaz. Cunq̄ oēs secun-
dū ducis edictū atq̄ exemplū per gȳs & castrorum in tribus personarēt locis, & hydriæ cōfri-
gūs, tenuerunt finistris manibus lampadas & dextris sonates tubas, clamauerūt, gladiū
dñi & Gedeonis. Omnia itaq̄ castra turbata sunt, & fugientes mutua se cæde truncabant
Secundum illius rei gestæ similitudinē turbabuntur (ait) pelles terrae Madian. i. oia sacri-
pus Chrs vel secreta gētilium, declamatiū iudicium, nō credētū futurū esse iudicium. Quod Gedeon
Chri pertulerit typū secundū sui nominis interpretationē. Gedeon nāq̄ interprete-
circuiens vterz, & q̄ viri eius trecenti martyres Christi significauerint, certantes atq̄ mori-
tes pro fide sanctæ trinitatis, & q̄ cōfractio hydriæ mortes fragilium corpore, fulgor at
lampadarum, gratiam significauerit miraculoz, quæ post martyre cædes splenduerunt.

IN ABACVC PROPHE. CAP. III. Fo. CLXXXVII.

Vnde superata atq; cōfusa sunt cuncta fanaticā gētiliū, sancti patres latius tractauerūt, quæ
qm̄ suis in locis inueniunt, hic nō perscribimus, vitæ legēs fastidiū. Igitur turbabunt (ait)
pelles terræ Madian. i. vanitates & infancte falsæ illorū, q̄ nō credēt scđm euāgeliū prædica-
tionē, futuræ esse iudicium, superabunt atq; destruēnt per mira & inaudita p̄ficia martyriū sua
corpora ad supplicia tradent, & moriendo vincentiū. Sequit. L Nungd in fluminib; tra-
bus es dñe, aut in fluminib; furor tuus, vel in mari indignatio tua. L Hm̄di interrogatio,
“n̄ interdum facere potuerūt & cæteri prophetæ, & fecerūt, excepto q̄ iste cum maiori Interrogati-
o interrogat admiratiōe. Exempli ḡfaz Vbi Daniel vñdit in visione, q̄ quatuor vēti cœli p̄s
gnabāt in mari tubro, & quatuor bestie grādes ascendebāt de mari diuersi inter se, & de
inde throni positi sunt, & antiquus diez sedit, & imperfecta est iudicio eius bestia illa magna
alarum quoq; bestiarum potestas ablata, admītrari poterat ipse Daniel, & eodem modo in
terrogare: Nunquid in leonibus iratus es dñe, aut pardis & viris furor tuus, & in vētis atq;
in mari indignatio tua? Nunquid de talibus tibi est cura, vt propter hac in iudicio sedēas?
Et rōne ipsa respondēte, n̄cōsquebat, vt per illas imagines significaret quædā alia ma-
iora, quæ scire volēs ille, accessi (ing t) ad vñtu de afflītēibus, & veritatē q̄rebā ab eo de omni
bus his. Simili modo & Zacharias de multis querit, & dicit: Quid sunt hac dñe mis? Iste Zacha.
autem magis attonitus & maiori admiratiōe citatus, videbat eñ & audiebat atre vel oculo
prophetali: vnde timeret, sicut præmisit, dñe auditui auditionē tuā, & titui, interrogat & dis-
cit: Nungd in fluminib; iratus es dñe, aut in fluminib; furor tuus, vel in mari indignatio
tuā? Et sine dubio respōsum est ei, nōnullā quippe iram elemēta inanimata meruerūt, & si-
c ut Daniel, sicut Zacharias interrogatibus, ita & huic dictū est, qd essent vel qd significa-
rēt ea, quæ videbant. Nulli tñi ita expōsum est aliq; eiusmodi mysteriū, vt cōcēderet ei scri-
bere manifeste ad intelligēdum, imo sic sc̄pīebat. Tu autē claudē sermone, & signa librū
vñq; ad tps statutū. Quid iste viderit vt diceret, nunquid in fluminib; iratus es dñs &c. Se-
quēt manifestus sonat, cū dicit, viderūt te aquæ deus, & doluerūt mōtes, gurges aquæ
iratis, dedit abyssus vocē suā &c. Itaq; sicut in legalib; dñs, nō alligabis os boui triturati,
cū audiimus A p̄lm dicentē, nunquid de bobus cura est deo, scimus r̄ndere, non, sed de præ-
dictoribus hoc dicit, lex sp̄alūs: ita in his visionib; propheticis, dū dicit, nungd in flumi-
nib; iratus es dñe, & ipse vidēs, sive propheta, & nos vidētis sensum h̄c cupientes, r̄ndere
sciatus, non, & sub noībus montiū atq; collisi, equoq; atq; quadriga, fluminib; sive aqua,
tum, sagittaz fulgētium, & fulgorat̄is hastaz, cæterarūm̄ reg, de qbus æque vt de bobus
cura deo nō ē, res illas intelligam⁹, de qbus deo sine dubio cura ē, flumina illa nobis in intelle-
ctu sunt, illa, q̄r̄ voce audita sunt, vel audire potuerūt aquæ illæ & mare illud, & flumina,
de qbus in Fālmo scriptū est: Eleuauerūt flumina dñe, eleuauerūt flumina vocem suam, Plat. 93a
Eleuauerūt flumina fluctus suos a voce aquaz multaz. Mirabiles elationes maris, mira-
biles in altis dñs. Flumina eñ quæ leuauerūt vocē suā, sacra catholicæ fidei dogmata sunt
dīo dicēre: Qui credit in me, sicut dicit scripture, flumina de ventre eius fluent aquæ viuaz, Iohann. 7
Porro flumina alta flumina contraria, quæ eleuauerūt fluctus suos a vocibus aquaz mul-
tag, illa sunt, de qbus gloria draco magnus, vt apud Ezechielē dñs loquit: Ecce ego ad Ezechiel,
te Pharaō rex Aegypti, draco magne, q̄ cubas in medio fluminū tuorū, & dicit: Meus est
fluvius, Populi mei sunt inquieti & impetuosi, q̄ eleuauerūt fluctus suos, fluctus p̄secutio-
num atq; seditionū a vocibus aquaz multaz, i. propter voces Chrii discipulorum habētūm
abundatiā celestis ḡfaz. Illud mare totus mūdus est, mūdus impiorū & incredulorū, cuius
tanq; maris elatiōes mirabiles fuerūt, mirabilis aut in altis dñs, q̄ elatiōes illas cōpescuit Qua-
siacūq; vocabula sint, tā in his q̄ in cæteris, quæ sequunt, illas debemus intelligere & res, qui
bus dñm summe sapiētē, & summe iustū irasci vel indignari a rōne nō discordet. Sequitur
1. Qui ascēdūt sup̄ equos tuos, & quadrigaz tuaz salutatio. Suscitāt suscitabis arcū tunm, iura
n̄ meta tribibus, quæ locutus es. 1 Quia semel interrogauit, nunquid in fluminib; iratus es
dñe & interrogādo, interrogatiōis atq; respōsionis viā nobis aperuit, interrogamus etiā de
his. Nungd sup̄ equos quadrupedes dñe ascēdisti, aut ascendes, & quadrigaz vectaberis,
vt reges vel cōfules? Nungd arcū intēces, & sagittarius fles, & scapulas hominū trāfiges
& poulies inter pulmonē & stomachū, aut egredies sagitta p̄ carnē cor eoz? Et respōdes
bimūs? Non, Nā ascēdes qđem equos tuos, sed equi tui homines sunt, sponte subeantes
h 4 obedię

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

obedientie tuae frenum. Ascēdes qdem quadrigas tuas, sed quadrigae tuae quatuor eva
gelia tua, sive euāgeliū tua quatuor sunt sacra, per totum mundū currēta. L. Incarnatio tua,
passio tua, resurrectio tua, ascēsio tua, quae sine dubio sunt salutatio nra, quoꝝ sine fide, nulla
est salutatio nra. Cū istis egs & quadrigis tuis, suscitatis(ait) suscitabis arcū tuū. i. pdicās p̄di
cabis futurū iudiciū tuū, te, ad iudicādum viuos & mortuos, venturū, quēadmodū illi telos
resurrectiōis & ascēsionis tuae te viderunt eunē in cœlū. Illud nāq̄ pdicare iudiciū quodā
modo tale est, vt si q̄s int̄dat arcū suum, q̄a sicut arcus delonge ferit, ita de longinquo ve
nit dies iudiciū, ita ut anteꝝ feriat, p̄uidet nō possit. Suscitabis, & iuramēta tribubus quoꝝ ve
cutus es. Quae sunt illa iuramēta? Dubius qdem hoībus iuramēta locutus es. s. Abrahā &
David, dicens Abrahā: Per memetipm iurauī, q̄a fecisti rem hāc. Et iurās David, sicut levi
ptura dicit: Iurauit dñs David veritatē. Verunt̄ & oia dicta tua, propter firmā & insolu
bilē veritatē dici p̄t iuramēta. Tu es ēm ille angelus, de quo in Apocalypsi scriptum est:
Et angelus quē vidi supra mare stātem, leuauit manum suā in cœlo, & iurauit per viventē
in secula seculorū, q̄ creauit cœlum, & ea quae in eo sunt, & terrā & ea quae in ea sunt, & ma
re sunt, ac si iuraueris per temetipm, sive per beatā trinitatē, viventē in secula seculorū. Cœli
& terra trāsibunt, verba autē mea nō trāsibunt. Ascēdē super equos & quadrigas tu
as, & suscitādo arcum tuum implebis oia, quae tanquā iuramēta locutus es, quoꝝ finis erit,
dare tribubus tuis terrā veraciter fluentē lac & mel. L. Semper. Iam supra dictum est, qd
a versiculo illo, deus ab austro veniet, & sanctus de mōte Pharan, sive vmbroso & cōden
so, quo sanctā intelligimus trinitatē, trina distinctiōe distinctiō sit hoc cāticum, & singulare
distinctioni signū sit, semp̄ pro quo in Græco diapsalma, & in Hebraico sela scriptum est,
& vbi cū apponit ibi, vel quae sequant, vel quae p̄cesserint, non tū ad p̄sonas tps pertinet
Secunda dis sciamus. Ea quae iam dicta sunt, manifestū est, ad p̄sonā pertinere dei, & sancti, q̄ ab austro
suntō sp̄ & de monte vmbroso & cōdenso, i. sp̄ sancto, & a patre deo vēturus erat, & nunc in
vitus sancti terposito, semper, quae sequunt ad personā dicunt sp̄ sancti, quod maxime ex illo liquet
versiculo. Egressus es in salutē populi tui in salutē cum Ch̄o tuo. Ait itaq; L. Fluuios ieh
des terræ, viderunt te aquæ, & doluerunt montes, gurges aquæ transit. L. Ne fluuios &
aquas, sive aquæ gurgites hic intelligamus vulgariter, vētuit nos interrogatio p̄missa,
dicentis: Nungd in fluminib⁹ iratus es dñe, aut in fluminib⁹ furor tuus, vel in mari indi
gnatio tuae. Ergo fluuios terræ, i. omnes sapientes, sive omnes loquacitatis philosophiae mun
dancæ, tu austri bone, tu sp̄ sapie scindes, tu q̄ flumen dei, i. doctrinā euangelicā, absque
scissura currere facies, sequētibus signis. Ad qd illos fluuios scindes? Nimirū vt minus aut
nihil valeat, per scissuras cōminuti atq̄ attenuati, & transeat per eos calciati. Nam hoc est
quod apud Esaiā taliter dictum est: Et desolabit dñs lingua maris Aegypti, & eleuabit ma
num suā super flumē, in fortitudine sp̄ sui, & percutiet eū in septē rituis, ita vt transeat per
eum calciati. Lingua nāq̄ maris Aegypti loquacitas est sapientium seculi, quā sp̄ sanc*tus*
stulā fecit, quā dum scilla & cōtra scemētispām diuisa est, scissus trāsierunt per eā, quicq̄
fuerunt vel lunt calciati pedes in p̄paratiōe euāgeliū pacis. Hoc facto viderunt te alii
aqua, & doluerunt mōtes, i. cognoverunt te populi, & doluerunt principes, aliqui dolore
poenit, aliq̄ dolore inuidice, & intumescent qdem populi multi, quo
montes, intumescit, sed tumoris eoz finis erit, hoc est, quod nūc ait: gurges aquæ trāsifit. Sequit
L. Dedit abyssus vocē suā, altitudo manus suas leuabit. Sol & luna steterunt in habitaculo,
suo, in luce sagittarū tuarū ibunt, in splendore fulgoratis haftæ tuae. L. Vbi gurges aquæ,
hoc est, ois eoz impetus, & persecutio transit, q̄ vexabat tunc pp̄lm tuum, tunc abyssus, i.
inferi laudauerunt te, tunc etiā superi, i. angeli in plausum suis manibus concrepuerunt, &
victorē veluti gestu quodā & tripliō eleuatorē manuum demōstrat. Sol tuus & luna, &
omnis splendor, q̄ prius illuxerat pp̄lo, & postea maloꝝ pōdere, & tenebræ horrore vni
uersa fuerat cooperta, receperūt lumen suum, & pristinū habuerūt fulgorē. Sagittarū tuae,
& fulgorans hafta tua, id est, plague tuae, & eruditio tua, lumen pp̄lo tuo p̄r̄buerunt. Dei
nīc in luce sagittarū tuarū, & in splendore haftæ tuae, quae eos ad hoc corripuit, vt emen
daret, ambulauit populus tuus, te timens, te diligens, & magnam tui admirationem habens,
Hic protinus sequitur: L. In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gentes,

Egressus

IN ABACVC PROPHE. CAP. III. FO. CLXXXVII

Egressus es in salutē populi tui, in salutē cū Ch̄o tuo. Percusisti caput de domo imp̄i, de
nudasti fundamētum vfc̄ ad collum. L. Procedere & properare volens animus, adhuc ad
ante fam dicta reuocat. Minus ēm, q̄ cupit ipse fibimet dixisse videt. Siquidē tpe bus ver
boꝝ tacuit oīno, tanq̄ casu, & absq̄ villa rōne, variata sint in his verbis propheticis. Futuro boꝝ variat
tpe propheta dixerat: Fluuios scindes terræ, & repete verbis agere rem c̄cepit p̄teriti tps.
Viderūt te aquæ, & doluerūt mōtes, gurges aquæ transit, & subinde iteꝝ secūdum tps
futurū. In luce(ait) sagittarū tuarū ibunt, in fremitu cōculcabis terrā, in furore obstupefacies
gētes, statimq̄ rursus tpe p̄terito. Egressus es (inqt) in salutē populi tui, in salutē cum Ch̄o
tuo & cū. Nungd casu, & absq̄ vllius rōnis intuitu, ita in prophetis suoꝝ tpa verbos variare
consuuit sp̄s sanctus. Non vtric absp̄ rōne est, quae & si nobis nō omnino patet, tñ inde
perfertse alig d, dulce & iucundum est. Attendēti diligēter illud occurrit, q̄a sermo pro
pheticus, ea quae quodā certa tpe vētura vel faciēda essent, magis p̄teriti tps verbis edixit.
Illa vēro, quae fieri nō desineret, orīnibus diebus vfc̄ ad finē seculi, verbis futuri tps enuncia
vit. Siquidē vt pdicatores suos in mōdo haberet dñs, & futurū pdicaret iudicium vfc̄ ad
finē lectū, nō erat defuturū, & idcirco verbis futuri tps edixit: Ascēdes super equos tu
os, suscitabis arcū tuū. Ut autē in infirmitate passionis lateret virtus diuinitatis eius,
certo quodā & breui tpe futurū erat, & idcirco p̄terito tpe dixit: Ibi abscondita est fortitu
de eius. Discretio hāc eadē, illīc euidentius appetit, ibi de passiōe sua loquēs, p̄terito tpe
ait: Foderūt manus meas & pedes meos, qd sed semel oportebat fieri. Futuro autē: Narra Psal. 29
bo nomē tuū fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te, qd sit, & fiet vlc̄ in finē seculi.
Quapropter quod ait, ab eo, fluuios scindes terræ, repete liber, verunt̄ prius egressum il
lum, de quo ait: Egressus es in salutē populi tui, in salutē cū Christo tuo, cōsiderare ad rem
Egressus es prāsentē nōnihil attinet. Egressus es ait, i. p̄fite tuae, vel aduentus tui ad hoīes, signa visi
bilia dedisti deus inuisibilis. Ita egressus es cū Christo tuo. Ergo cui hēc dicunt, alia est per populi tui
lona, q̄ ipse Ch̄us. Nec vero persona patris hic intelligēda est, q̄a videlicet p̄sonā illam ex
noīe, nulla scripturæ autoritas refert taliter apparuisse hoībus, vt visibilita p̄sentia sue si
gna p̄reberet. Filius dei, deus inuisibilis, homo visibilis factus est, & cū ipso taliter egressio,
p̄sonā ita egressus est in salutē populi sui, vt visibile daret signū adūtūtū sui. Nam & sup
Matth. 5 ipm Ch̄m sūum descendit corporali specie, sicut columba. Et sup discipulos Ch̄i sui ap
partuit, tanq̄ ignis, & supra singulos eoz sedit. Ita egressus est in salutē populi sui, cū Ch̄o
tuo, i. vt saluaret populū sūum, cū Christo suo saluatorē nostro. Primo egressu vissus est
ad aquas Iordanis, vbi baptizabat Ch̄us eius. Pulchre ergo ab aqua similitudine incipit
opus eiusdē salutis in laude eius q̄ egressus est in salutē populi sui: Fluuios(ait) scindes ter
re, viderūt te aquæ &c. Verbū, scindere, latius est, & plus significat, q̄ si dixisses, emittes si
ue apories. Vno nāq̄ hoc verbo, & maloꝝ desolationē, & bonoꝝ significat fluuios diffu
sionē. De māvel cōtrarijs iā supra positiū est exēplū. Et desolabit dñs lingua maris Aegy Esai. 16
pi, & eleuabit manū suā sup flumē in fortitudine sp̄ sui, & p̄cutiet eū in septē rituis, ita vt
transeat per eū calciati. De bonis alibi dictū est, q̄a scissa sunt in deserto aquæ & torrētes in Psal. 105
soliditudo, & quae erat arida in stagnum, & sitiēs in fontes aquæ, & mali qdem flumē sunt
fluuij terræ, boni aut̄ fluuij non sunt eiusdē terræ, sed scissi, i. per diuisiū grām dati sunt ter
re. Vtrūq̄ fieri cēptū est ab aquis Iordanicis, ab ipoꝝ egressu, q̄ in specie colibæ sp̄s san
ctus ad aquas Iordanis egressus cū Christo suo in salutē populi sui. Exinde nāq̄ ceperit Ie Dolerunt
sus Christus eis p̄dicare publica p̄dicatione, & in digito dei dæmonia ejcere. Taliter mōtes, p̄ha
egressum viderunt te (inquit) aquæ, & doluerunt montes, i. cognoverūt te populi, & inui
tūderūt principes. Nam turbæ egdē admirabant, pharisei aut̄ dicebāt: In Beelzebub prin
cipē dæmoniōe ejcīt dæmonia. Viderūt (inquit) te aquæ, & doluerūt mōtes, q̄a exierunt
Christo tuo obuiam turbæ cū ramis palmarū, piū Olanna cōclamātes, & inuiderūt princ
ipes facerdotū, mortem illi machinantes. Videtis, quia nūhil proficimus! Ecce mundus to
tu post eum abiit. De talium quolibet in Psalmo dictū est: Concepit dolorem, & peperit
iniquitatem, & aquæ & mōtes pariter viderunt te, quod. s. tu cū illo Christo tuo es, & q̄ il
lenon in Beelzebub, sed in te multa signa faceret, sed aquæ & viderunt te, & laudauerunt,
montes aut̄ viderūt & inuiderūt. Deinde gurges aquarū (inqt) transit. Quid ibi fuit gur. Gurges
q̄s aquarū, nisi profunda & sedidiosa malitia Iudæorū? Deniq̄ sicut turbas illas q̄ viderūt, quæ trāsif

& lau.

COMMENT. RUPERTI ABBATIS LIB. III.

Psal. 62 & laudauerit, nōre aquaꝝ, et nōre p̄sonae, & p̄ficitur.
collegerūt, & habitatores Hieros, re clē intelligimus noīe gurgitis aquaꝝ. Nam hinc est
qd id ē Crux tuus iādudū per Psalmistā dicebat, orāst: Saluum me fac deus, qm̄ intrauerunt
aquaꝝ vſq; ad aīam meā. Ille gorges aquaꝝ trāsūt, subaudiſ, sup Chfm tuū. Tranſit(inquā)
id est, venit qd̄, sed nō diu māſit sup eum. Intravit vſq; ad aīam eius, i. tādiu, donec ille mo
rereſ. Sed qd̄ protinus: Dedit(inq) abysſus vocē ſuā, altitudo manus suas leuauit. Sol &
Abyſſus de luna ſteruerunt in habitaculo ſuo. Post gurgite aquaꝝ trāſeunte, statim dedit abyſſus ſuā.
dīt vocem Luna ſteruerunt in habitaculo ſuo. Post gurgite aquaꝝ trāſeunte, statim dedit abyſſus ſuā.
fuam. Quia statim vbi dixit: Cōſummatum est, & emisit ſpīn, statim inferna cōtremuerūt, & q
in illa tali abyſſo erat sanctoꝝ pp̄lus dedit vocē ſuā, & vocē lachrymabile, quā nos per ſide
tā bene intelleximus, ac ſi p̄tates ibi fuſſemus. Illa vox hm̄oi fuit. A duenisti desiderabilis
quē expectabamus in tenebris, vt educeret hac nocte vinculatos de claуſtris. Post talem
abyſſi vocē, altitudo quoq; manus suas leuauit, rēſurrexit eīm ille a mortuis, & hoc videns
ois multitudine cœloꝝ, plena felici admiratione plauſum fecit, & tripudiādo exultauit. Nec
mora deinde ſol & luna ſteruerunt in habitaculo ſuo: nā tuuſ idē Chfus ascēdit in cœlū, &
ſteſtit, vel ſedid a dextris virtutis dei, & eccleſia eius ſublata de inferis, ipſa quoq; a dextris
ſteſtit, ſicut psalmus p̄dixit: A ſtit regina a dextris tuis. Exinde cœpit fieri, & fit, & fieri vſg
Pſalm. 44. ad cōſummationē ſeculi, id qd̄ protinus ſequit: Tēporibus mutatis, i. factō trāſitu de tpep
terito, ad verba tpiſ futuri, In luce ſagittarū tuarū ibunt in ſplēdore fulguratis haſta tuarū, in
fremitu cōculabim terrā, in furore obſtupeſacieſ gētes. Illuminati nāq; ſunt apōſtoli, & p̄p
Lux ſagittarū dicādo emittere cœperūt lucida verba veritatis. Illa deniq; verba ſagittarū ſunt tuarū, ſagitta
tarū, luce ſua viā vitæ demonstrātes, & acumine ſuo corda pp̄loꝝ ad p̄ceniam cōpūm
ibidem gētes. Hinc videlicet in Pſalmo: Sagittarū tuarū acutæ, populi ſub te cadēt in corda inimicorum
regis. Et eſt ſenſus: Verba p̄dicatiōis tuarū acutæ ſunt, vſq; ad aīam ptingētia, & nō ho
mines, led vitia hoīm interinimia, qbus confixi populi, in corde inimicorum regis, i. in corde
ſuō. Qui prius inimicabim regi deo, vel regno dei, cadēt ſub te, i. adorabit te, ſub tuuſ impe
riū redacti. Nec ſola erāt p̄daciōis verba, ſed ſequent & ſigna terribilia. Bene ergo
cū dixiſſet: In luce ſagittarū tuarū addidit: In ſplēdore fulguratis haſta tuarū. Fulguratis haſ
ta faciēdoꝝ eſt signoꝝ potētia. In huius ſplēdore, & in illarū ſagittarū luce ibunt(ait) ſubi
audit, tā p̄dicatores q; auditores euangelij, & ita factū eſt, & fit, & fieri vſq; ad fine ſeculi.
Et ſagittarū lux, & ſplendor haſta fulguratis eo vſq; proceſſit, vt Ch̄riana fides obtineret
principatum mundi, & ſuper gētes exercet in fortitudine zeli boni ſæueritatem magiſterii
religioſi. Dicit ergo ſagittarū eiusmodi, talisq; haſta dño ſpirituſi ſancto. In fremitu concul
cabim terrā, in furore obſtupeſacieſ gētes. Vbi eīm ſuper mores hoīm terrena ſapienſia, ma
giſterium exercet, ibi terra conculcat in fremitu, & vbi gentiliter viuētes, pro modo pecca
ti puniunt, verbi grā, cū tradunt ſatanā in interitū carnis, ibi gētes per iustū furorē ſuppor
afficiunt. ¶ Nunc demū diligētius cōſiderādūm eſt, qd̄ dixit hoc modo. Egressus eſt in fa
lute populi tui, in ſalutē cū Ch̄rio tuo. Nec eīm vacare putāda eſt iſta repetitiō, in ſalutē cū
Christo tuo. Deniq; vñus qd̄em eſt ſpūs, & vna eſt ſalus populi eius, ſed duo legiſtū
euāgelio Ch̄fi egressus eiudē, & geminiū eſt eiudē ſalutis opus. Primus egressus eſt in
ſpecie columbae ad aquas Iordanis. Secundus egressus in cōenaculo ſuper ap̄los, in igne,
& linguis diſpergitis. Hoc iam ſupra dictū eſt. Porro, de gemino ſalutis opere, itidē ſciens
dum eſt, q; primū eſt opus, remiſſio p̄cōbz, ſcd̄m diuifio gratiaꝝ. Remiſſionē p̄cōbz, opus
primū & maxime neceſſariū, a paſſiōe Ch̄fi ſui cœpit operari. Ille eīm refurgēs a mortuis,
& ſtās in medio dīſcipuloꝝ inſuſtauit, & dixit eis: Accipite ſpīn ſanctū, & ſubaudiendō
eſt in remiſſionē p̄cōbz. Sequit eīm: quosq; remiſſeritis peccata, remittunt eis. Diuifionē gra
tiaꝝ, ſcd̄m ſalutis opus erat qd̄em in qbusdū ex parte effectū, ante Ch̄fi paſſione, vt habe
ret aliq; fermonē ſapīa, & fermonē ſciā, ſide, prophetiā, oþationē virtutū, diſcretiōne ſpiri
tuū, ſed poſt paſſione eius, die p̄tecoſtis, abundatiō paciū eſt, datus in ſup gr̄nibus linguis
vt exinde ſalus eadē cūtis gētibus innotesceret. Singulatim cuiq; credētū hoc opus perf
cit, dum primū ex aqua & ſpū ſancto renascit, & deinde p̄ manuū imposiōne, chriſtinais
vñctionē cōſfirmat. Ita in ſalutem egressus percuſſi(ait) caput de domo imp̄i, denudati
fundamentum vſq; ad collum. Semper impius diabolus eſt, & domus eius mundus ſue
domo ip̄i, omne quod in mūdo eſt, ſ. cōcupiſcētia carnis, & concupiſcētia oculorū, & ſuperbia vitaꝝ.
Quid

IN ABACUC PROPHE. CAP. III. FO. CLXXXVI.

Quid ergo intelligimus caput eiusdē domus, nisi aut ipm̄ diabolū p̄incipē mudi, aut origi-
nale p̄ctū, qd regni vel dom⁹ eius caput & principiū fuit? Hoc caput p̄cussisti p̄cussisti lapi-
di, passio Chri, & p̄inde recte dicitū est, qd egredius es in salutē pp̄l̄ tui. Deinde domus Capitū de
eiusdē denudasti fundamētu vsc̄ ad collū, i. qcqd error, qcqd vitior, erat in mundo, non domo ip̄is.
dimisisti incōscium, tā illud qd latebat, ficut latet domus fundamētu, qd illud qd patebat, si
ex patet corporis collum. Illis nāq̄ linguis igneis q̄s foris ofidisti intus ferudi & fortis sapie-
tes facti & eloquentes, nō celsauerūt, donec p̄pularēt, mudi huius sapia, q̄ta eēt stultitia, qd dis-
tebant in tēplis gētiū sacra, q̄nta eēt sacrilegia. Tertiū est, hoc semp, de qd qd sit, iā p̄f̄t̄ et Tertia distin-
tio ad de-
cēdo dicitū est. Sequit: L Maledixisti sceptris eius, capiti bellator⁹ eius, venientibus vt turbo ad dispersēdū me. Exultatio eoz, sicut eius qd deuorat pauperē in abscondito. Qm̄ distin-
tio trina distinctum ē hoc cāticū, cuius videlicet distinctiō signū est, semper, siue dia-
p̄fala, tertio iā appositi, & in antedictis clare discernunt, dux p̄fona filii & sp̄us sancti, de-
dicto hāc tertia partē cāticī referre ad propriā psonā p̄fis, vt sit cāticū siue laus totius trinita-
tis. Maledixisti (inq̄) sceptris eius &c. Ac si dicat: Nō hac vice solū, nō hac vice primū
focus est impius, qn̄ passus est Chfus, sed iādūsi dānatus fuerat, & triplex est iudiciū dā. Triplex dā
nationis eius. Primum est, qd maledixisti sceptris eius. Scdm̄ qd maledixisti capiti bellator⁹ nationis iā
eius. Tertiū, qd maledixisti cunctis bellatoribus eius venientibus vt turbo ad dispersēdū dictū in dia-
cēdo. Tunc maledixisti sceptris eius, qn̄ in ccelo dānasti superbiā eius, volētis tenere sceptra bolum
et dūtūmūq̄ imperiū, & sc̄ip̄m facere altissimū. Dicebat em̄ in corde suo, similis ero al., Esa. 14
fīmo. Illis aut̄ sceptris maledixisti, i. propter illā p̄sumptionē irrecuperabili illum dāna,
lī. Tūc vero maledixisti capiti bellator⁹ ei⁹, qn̄ dixisti ad serpētē p̄ quē decepat hoīem, qd
initiū belli eius, cōtra humanū genus, vnde & idē serpētē dī caput bellator⁹ eius.
Quia fecisti hāc, maledictus eris inter oīa animātā, & bestias terrā &c. In serpētē ipse ma Gene. 3
edicēbat, & ex eo vocabulum sumpsit, vt vocet serpens antiquus. Maledicis nunc vsc̄que
cunctis bellatoribus eius, venientibus vt turbo ad dispersēdū me, & cunctos similes mei,
similes te. Illoq̄ primus fuit Pharaon Aegyptius, nouissimus erit Antichfus. Ille nanc̄
videlicet Pharaon primus post verbum promissionis, velut qdām turbo dispersēgere me vo-
lūtū, id est, auferre mihi effectū instrumentū quod ad Abrahā iurati in reprobatione beati Exoda
minis, id est, Chri, quia vt nullum veniret semen, masculos omnes necari p̄cepit. Sed
qd illi & ceteris prouenerit, qd nescit L Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum
multarum. Cumq̄ ille persequens ausus fuisset post eos ingredi, submersus est cum exer Eccē. 14
tu suo in mari, & ibi detecisti eum, & perīt cum curribus & eq̄ib⁹ suis. Illi primi fuerūt
in persecutione manifesta, persequentiū nomē tuum, ceteri omnes, sicut similes sunt, vel
erunt, ita si lēm damnationē acquisierunt & acquirunt, & iuste maledicti sunt bellatores
iūmodi, gain hoc ipso exultat, quod vacat eis occidere, & persequi quod est assimilari
abolo siue Antichfo. Hoc est quod ait. Exultatio eius, sicut qd deuorat pauperē in abscondito Psal. 9
ito. Quis em̄ est ille qd deuorat pauperē in abscondito, nisi ille qd dum infideli, vt rapiat pau-
perē, & rapit quātūm p̄t. Dicit in corde suo, deus non requireret? Et qdem illud magnū &
lorum fuit, quod illū carneū Pharaonē, & currus exercituū eius mare operuit, tuis aut̄
q̄s siue hoīibus in eo de mari viā fecisti, sed maius multoq̄ gloriohus est quod eadē aqua
Chri sac̄m credentes in eum trāsmittit ad regnū ēternū, oīa operiēs p̄ctā, quæ sp̄ua-
lī sunt casta Aegyptior, & quod in mari huius seculi, vbi erat lūtūm aqua & multaz, i.
mū carnalis & turbida conuersatio gētiū, viam fecisti equis tuis, de qbus supra dixi, q
cendes super equos tuos, & quadrigae tuę salutatio. L Audiuī & conturbatus est venter
eūs a voce contremuerunt labia mea. Verſiculus iste idē sonat eadēm q̄ animi rōnem
nouat quā in initio p̄misit. Dñe (inquit) audiuī auditionē tuā & timui. Expōsūt quid
dīs timuisset, & nunc demū quasi per illā bene ordinatæ ofonis partē quā rhetores cō-
exionem vocāt, ad primā propositionē rediēs, audiū (inquit) & conturbatus est venter
eūs, a voce contremuerunt labia mea. Conturbatio hāc, siue tremor iste optabilis est, qa Tremor &
tūs est, magnumq̄ diuinū respectus emolumētū habet. Ait em̄: Ad quē aut̄ recipiam
conurbatio ergo v̄tio bona
ad pauperculum, & cōtritum sp̄u, & tremētū fermones meos. Conturbatio ergo v̄tio bona
& a voce quam intus audierat contremiscentibus labijs, optat eadēm conturbationē, si
tremore sibi adaugeri, & optādo dicit: Lingreditur putredo in ossibus meis, & subter-
me sca

COMMENT. RUPERT. ABBATIS LIB. III.

me scateat, ut requiescā in die tribulatiōis, & ascēdam ad pp̄lm accinctū n̄m. I Gratulor
(inqt) qd dicere iam potui, cōturbatus est vēter meus, qd dicere ille nō meret, q nō habet te
meritudinē vētris, imo duritā cordis tanq̄ duritā lapidis, cui⁹ deus cor nō emolluit, qualis
Pharao rex Aegypti⁹ notissimus habet in sanctis scripturis, gratulor (in quā) q opa tua dñe
cōsideras int̄n̄m p̄ sp̄m humilitatis, opto at ut mihi adaugeas humilitatē cordis, vt loqui
ad te dñm meū, magis ac magis agnoscā, qā sum puluis & cinis, moxq̄ futurus putredo &
vermis. Putredo illa, i. putredinis illius memoria, q̄ postmodū putrescā, ingrediāt in oīibus
meis, & subter me scateat, i. humiliet totū qcq̄ d̄ est in me virtutis aut boni opis, & in radice
cordis in profundo conscientia magis ac magis accrescat.. Tali ter em̄ fiet, vt reqescā in die tri-
bulatiōis, qd sciēs Ch̄fus tuus, vbi dixit: Et discite a me, qā mitis sum & humiliis corde, sta-
tim hoc addidit, & inuenietis requie aīabus vīs. Et q̄ ille dies tribulatiōis Nō lōge q̄
rat, iā hoc tps, in q̄ sumus, in q̄ viuimus, dies tribulatiōis ē. Siue singulariter diē, siue pl̄ die
dixeris, dies tribulatiōis ē, dies mali sunt, qā plēni sunt aduersari, pleni peccatis. Btūs hō (inqt)
Psal. 93, q̄ne tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eū, vt mitiges ei a diebus malis. Hāc in
tēdēs mitigationē iā dictus Ch̄fus tuus, loco memorato ita incēpit: Venite ad mē oēs q̄ la-
boratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Quid em̄ est aliqd, & ego reficiā vos, qm̄ & ego
a dieb̄ malis mitigabo vos. Et oīdēs in quo, tollite (ait) iugū meū sup̄ vos, & discite, qā mitis
sum, & humiliis corde, ac demū intulit, & inuenietis requie aīabus vīs. Ergo putredine
in oīibus admittere, & subter se scateat h̄se, i. ppter conscientiam putredinis, qd tu hō mox lu-
turus es: Mitē eē & humiliē corde, hoc ē, iā requiescere, nō solū in futuro, verūtū in p̄hī
seculo. Quidā fibi vult, q̄ cū dixisset, vt reqescā in die tribulatiōis, addidit, & ascendit ad
pp̄lm accinctū n̄m. Quid n̄si q̄ mitē & humiliē esse corde, est veraciter amicū esse, & ad
pp̄lm accinctū ascēdere, pp̄lm a quo regnū cœloꝝ vīm patī, & violenter diripiſſ. Quā
Numer. 16 alia cinctura, n̄si hūilitatis sp̄m Mōlen accictū eē putas, vt fortissimū sp̄ritū dñi vīnūtē
Exo. 32 carnis teneret, dicentē, dimitte me, & ad suā voluntatē inflecteret. Indubitatē sciendū est,
qā absq; hac cinctura nulla vīsquā fortitudo iustitiae ē. Quāvis multoꝝ q̄ sp̄ia sit opeꝝ abq; isto iustitiae p̄fīdo nullus est, nec ille pp̄lus accinctus pp̄lus eius ē, q̄ accinctis retribu, car-
nes agnī comedit, p̄ mare alcēdit, sicut hic nūc dixerat, vīa fecili in mari eqs tuis, vane fyna
goga de oīibus cōfīdit, q̄ impossibile ē eos iustificari, q̄ suā volētes statuere iustitiae, iūtū
dei nō sunt subiecti. Hoc est qd cōtinuo p̄ metaphorā aptissime dicit. Ficus nō flore
Roma. 10 bit, & nō erit germē in vineis. Mētītē opus olīuꝝ, & arua nō afferēt cibū. Abscidef de ouꝝ
goricus de & sacerdotes sunt. Eoꝝ oīm, fidē & humiliatē Ch̄ri non habētū, opa cūcta reprobant,
fīcu &c. & dicēdo, sicut em̄ nō florebit &c. Ac si dicat: Idcirco humiliatīs grām tātopērē deside,
q̄ in opib⁹ legis nullus ē iustitiae fructus, nullū germe iustitiae, nullū opus iustitiae, nullū
oīno vitalis cibus aīe. In q̄ pecus abscissum ē de ouīl, & armētū a p̄sebībus fugit. In eo q̄
Iudæus nō credit, qd iustitiae dei nō vult subiūci, & non audire voce dñi, sive pastoribonī.
Hinc ille dicit: Sed vos nō creditis, qā nō estis ex ouībus meis. Itē: Propterea vos nō audi-
tis, quia ex deo nō estis. Ego autē in dño gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Deus dñs
fortitudo mea. Qd dicit, hoc ē, idcirco Israel sectādo iustitiae legē in legē iustitiae nō
venit, qā nō ex fide, sed quasi ex opib⁹. Ego autē non quasi ex opib⁹, sed ex fide credā in
patrē, & filiū, & sp̄m factū. Nā dicēdo, in dño gaudebo, cōfīte patrē, dicēdo: exultabo in
dño Iesu meo, cōfīte filiū, dicēdo: deus dñs fortitudo mea, cōfīte sp̄m sanctū. Et ponet
pedes meos quasi ceruox, & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.
Sicut em̄ pedes ceruox, agiles sunt ad dumeta trāfiliēda, & alta petenda, sic per hāc sidem
agilis ero, vt in legē iustitiae perueniā, & in lapidē offendōn̄is non offendā, & deducet me
hāc iustitia fidei super excelsa mea, i. super iustitiae opē, deducet (in quā) me victor, deus
vnus, pater & filius & sp̄s sanctus, in psalmis canentem victoriā cursus mei, non operi-
bus meis, sed gratiae eius ascribentem, & pro hoc gratias sempiternas agentem.

¶ Finis libri tertij in Abacuc,



PROLOGVS RUPERTI ABBATIS IN SOPHONIAM PROPHETAM.

Romissum tuū vēz est Iesu Christē testis fidelis, promissum tuū vēz, & si-
dele est, q̄ sp̄m paracletū promittēs, inter cātera dixisti. Ille me clarificabit,
quia de meo accipiet, & annūtabit vobis. Om̄e qd loquuntur sunt prophetē, Iohā. 16
om̄e qd scriptū est in lege & prophetis & psalmis, tuū est, & oīa qcūnq; Luc. 24
habet pater, tua sunt. Proinde in scripturis altū q̄ te nihil q̄ro, tu scis, vel in
Iohā. 17 Solus Chri-
hac parte p̄s cupio eē hominī cōdificati domū, q̄ fodit in altū, & posuit fundamēta supra
stus in scri-
petram. Vbi maior difficultas occurrit te inueniēdi, ibi plērīq; te ipsum melius inueni, &
tūc demū in singulis prophetar̄ libris me puēs arbitratū sum ad petrā, supra quā fūti
damēta ponerē, qn̄ p̄ meditatiōis instantiā, sub obscuritate literā tuā inueni gloria deside-
rabilē. Nō em̄ ignoro causam fuisse p̄phetis, propter q̄ necessario debuerint tuā clarita-
tis sacramēta verbis obtēgerē cōdenūs, quā vcz caulfā in capite huīus operis pro posse
latius exposuit. Iā igit̄ nonū in ordine duodecim prophetar̄ Sophoniā te querēdo prō-
pus ingredi, sanctū inuoco sp̄m, quē dedisti, q̄ scripturas q̄ testimonii perhibent de te, a
periendo, hactenū te clarificauit, & clarificare nō definit, vt de isto qc̄ tuo accipiat, & ana-
pūtēt mihi gloria tuā, q̄rēti, solūmō in fide & cognitiōe tui, spēm vitæ aeternae habēti.

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN SOPHONIAM PRO- phetam, Commentariorum liber primus.

Serbū dñi quod factū est ad Sophoniā filium Chusū, filiū Godolīæ, filiū
Amarīæ, filiū Ezechīæ, in diebus Iosī filiū Amon regis Iuda. Prāter
hūc & Iohel, q̄ in ordine duodecim prophetar̄ secūdus est, & Zacharias
qui vndecimus est, nullus eoz in titulo paternū nomē habet. Tradūt autē
Hebræi, ait B. Hieroꝝ, cuiuscūq; prophētē pater aut auus ponat in titulo,
ipsoꝝ prophetas fuisse. Hoc si vēz est, inq; Sophoniās prophetā generatiōe, vt ita di-
cam prophetica, & gloriōsa maior̄ suor̄ stirpe generatus est. Habuit eītī patrem Chusū,
auū Godolīæ, proauū Amariā, attauū Ezechīā, & talē quadrigā ipse velut extremus au-
riga cōpleuit. Vēz, qualiscūq; illa traditio fit, illud magis delectat, qd secūdū sequētis p̄
phētī modū, noīa valde cōgrua fūti, & secundū interpretationē nōm fēse habet qualis. Interpretā-
tē vel sensū, q̄ ab isto vel per ipm cōscripti sunt. Deniq; secūdū nomē Chusū, qd in tio nām,
terpretat humiliatīs, sive Aethiopis meus, dicturus ē in isto dñs, ultra flumina Aethiopīæ
inde supplices mei, & secūdū nomē Godolīæ, qd interpretat magnitudo dñi, nōmenq;
Ezechīæ, qd sonat fortitudinem dñi, magnifice & fortiter dicturus est. Iuxta est dies dñs
magnus, iuxta & velox nimis, vox dñi dñiamara, tribulatīb̄ ibi fortis, & secundū nōmen
Amarīæ, qd vertit in sermonē dñi, post acerrimā exclamatiōē magnitudinis atq; fortis
tudinis, habiturus est sermonē exhortatiōis, sic incipiēt: Cōuenite, cōgregamini gēs non
amabilis, anteq; veniat sup̄ vos ira furoris dñi. Porro secundū nomē suū Sophoniā, qd alij
specula, alij arcānū dñi trāstulerūt, reuera speculatorē magnitudo rei, scilicet iudicii dñi, qd
vīcī grāde arcānū est, q̄a de illa die & hora, p̄ter deū nōmo scit. Hic ita incipit. L Cōgre-
gas cōgregabō oīa, a facie terræ dicit dñs, cōgregans hoīem & pecus, cōgregans volatile
celi & pilces maris. Profecto, dominus qui hāc loquit̄, dei filius est, deus ipse & dñs, p̄fona dēt
quod ex eo vel maxime liquet, q̄a lōge inseritus ita dicturus est. Quapropter expecta me, filij
dicit

Matth. 24

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

dicit dñs in die resurrectiōis meaz, in futurz, &c. Nō em̄ quaevis, sed quædā ex tribus personis beatas trinitatis, certa psona diē resurrectiōis habitura erat, q̄ non est alia, q̄ dei filius deus & dñs, tūc qđe homo futurus, passurus, moriturus atq̄ resurrecturus, nūc aut̄ ī hominō factus, passus, mortuus, sepultus, atq̄ a mortui resuscitatus, & adhuc ī futurz, diē resurrectiōis habēs vniuersalitatem, quē nos, vt ipse iubet, expectam̄. Igitur ipse, qui ī isto loco quitur: Cōgregans cōgregabo oīa a facie terræ, cōgregans hoīem & pecus, congregans volatile celi & pisces maris, ipse est q̄ in euāgelo suo dicit: Et ego si exaltatus fuero a terra, oīa trahā ad meū m̄. Et de q̄ Psalmista ad deū patrē: Minuiti, inqt̄, eī paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eū, & cōstituisti eū sup opera manū tuā. Oīa subiecta sub pedibus eius, oues & boues vniuersalitatem, insuper & pecora cāpi. V̄ oluces celi & pisces maris. Nungd̄ de bobus & oīibus, de aubus & piscibus cura est deo? An non potius hic intelligunt, aut intelligi debent de omni populo & natione, de oīm tribūnū & linguis diversitate, de cūctis hoīib⁹ sive gētib⁹, q̄bz ita mores diversi, studia tā diversa sunt, vt ali⁹ bobus, ali⁹ aubus, ali⁹ piscibus fides recte dicant? Hæc oīa traxit ad se ipm̄. Hæc (iniquā) oīa dñe (inqt̄ Psalmista) subiecta sub pedibus eius. Future (vt Apl⁹) de q̄ loquimur. Nūc aut̄ neccū vidēmus oīa subiecta ei, subaudiū, q̄a multi cōtradicēt ei. Verū ī factū est qđ ait: Et cōstituisti eū super opera manū tuā. Iā em̄ propter passionem mortis, gloria & honore coronatus est. Et data est mihi (ait) oīis potestas in celi & in terra. Quō tādē vel ī q̄ subiecta ei, q̄ pertinaciter inimici eius sunt, & contradicēt ei. Nimirū ita, vel in eo, qđ protinus sequit. L̄. Et ruinæ impiorum erūt, & disperdā hoīes a facie terræ, dicit dñs. Hæc euāgelistā Matthæus & Iohānē nobis luce clariora fecerūt. Nā qđ hic ait: Cōgregabo oīa a facie terra, & ruinæ impiorum erūt, hoc apud Mat̄hæū ita dicit dñs oīm̄: Cū venerit filius hominis in maiestate sua, & oīes angeli eius cum eo, tunc sedebit sup sedē maiestatis suā, & cōgregabunt ante eū omnes gētes, &c. vsc⁹. Et ibūt hi in suppliciū æternū, justi aut̄ &c. Apud Iohānē aut̄ hoc mō: Amē dico vobis, q̄ venit hora in qua oīes qui ī monumētis sunt, audiēt vocē filij dei & procedēt, q̄ bona res cerūt in resurrectionē vite, q̄ vero mala egerūt in resurrectionē iudiciū. Nō igit dubiū vel obscurū est hoc dictū propheticū: Congregans cōgregabo omnia facie terre, dicit dñs. Congregans hominem & pecus, congregans volatile celi & pisces maris, & ruinæ impiorum erunt & disperdā hoīes a facie terræ, dicit dñs, quia videlicet & hoc & illud, quod postmodū propheta loquit: Iuxta est dies dñi magnus, iuxta & velox nimis, vox dñi amara, tribulabilis tibi fortis, dies iræ dies illa &c. de illo magno & vniuersali iudicio loquitur quod futurū esse ī nouissimo die oīes audiūimus. Porro post istud initiu, ante quā illud dicat: Luxta est dies dñi magnus, duo iudicia p̄nuntiantur, q̄ tūc futura vel faciēda erant sup Iudā & sup Hierusalē, alter⁹, ppter sanguinē prophetarū, quē p̄es fuderūt, alter⁹, ppter sanguinē ipsius dñi, quē fundēdo implere habeabant filii mensurā patrū suorū. Libet hīc terā p̄scribere vtriusq̄ vñdicātū sive iudicij, qđ vt iam dicitū est, venturū erat super cluitam illā, & iam venit. Sequit. L̄. Et extēdā manū meā super Iudā, & super oīes habitatores Hierusalē, & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & noīa æditioꝝ cū sacerdotib⁹, & eos qui adorant super tecta militiam celi, & adorant, & iurant in dño, & iurant in Melchom, & qui auertun̄ de post tergū dñi, & qui nō q̄sierit dñm, nec inuestigauerūt eū. Hoc ut dictū, ita & factū est postmodū per regē Nabuchodonosor, per exercitū Chaldaeorū. Sequitur de eo qđ faciēdu erat per manus Romanorū: Silete a facie dñi dei, quia iuxta est dies dñi, quia p̄parauit hostiā, sanctificauit vocatos suos &c. vsc⁹, & cōdiscubant domos, & nō habitabūt, & plantabūt vineas, & nō bēbēt vīnū eāꝝ, post q̄ statim subiungitur de illo die magno vniuersalis iudiciū, luxta est dies dñi magnus, iuxta & velox nimis &c. vsc⁹, quia cōsummationē cū festinatio faciet cūctis habitantibus terrā. Nūc per ordinem dicta tractemus. Et extēdā, inquit, manū meā super Iudā, & super oīes habitatores Hierusalē. Hoc ita p̄cedētib⁹ cōtinuatur, vt vbi dixit: & ruinæ impiorum erunt, subaudiat Iudæi primū & Græci, iuxta sensum apostoli. Prior nāq̄ Iudæus quā gētis mala q̄ me rebatur recepit, etiā tēporib⁹ suis. Hoc & historiæ tradunt, & prophetiæ testantur p̄ diuinam prouidētiā fuisse ordinatū. Sume (ait dñs ad Hieremiam) calicē vīni furoris hūis de manu mea, & propinabis de illo cunctis gētibus, ad quas ego mittā te. Et accepi (inqt̄ illo)

IN SOPHO. PROPHE. CAP. I. FO. CLXXXVIII.

minos fidei quos patres nostri prophetæ & apostoli posuerūt, adiūcīdo aliquid super positionē, vel diminuendo quippiā depositione illorū, nō timentes illud qđ in Apoc. scriptū est: Siquis adiecerit supra hæc, adiūcet deus supra illū plagas quæ scriptæ sunt in libro hoc & si quis diminuerit de verbis libri prophetæ huius, auferet deus partē eius de ligno vite & de ciuitate sancta. Nonne & in psalmo scriptū est: Postula a me, & dabo tibi gentes hæc, reditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. At illi cū essent in partibus terræ, alijs in Asia, alijs in Europa, alijs in Aphrica cōtra semetipos & cōtra catholica ecclesiā coniuncti, singuli suas partes cōstruere pro catholica ecclesiā cōtendentes, nō pagi ecclesiæ terminos, quantum in ipsis fuit diminuerūt, claudere volētes in parte possessionē Christi p̄finitū vsc̄ ad terminos terræ. Ita super terminos populi dñi magnificati sunt, & exprobantes Quid erūt runt & blasphemauerūt. Propterea viuo ego dicit dñs exercitūt, deus Israel, quia Moab haereticus, vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra. ¶ Quid erūt Moab vt Sodoma, & quid erūt filij Ammon quasi Gomorra? Siccitas spinarū & acerui salis, & desertum vsc̄ in alterū. Ad quid valet hæc spina? nisi vt mittant in ignē, vel submittant eis ignis vt ardeant. Et ad quid valet acerui salis, p̄fertim infatuati, nisi vt mittatur foras & cōculteret? Igitur qđ dicit, hoc est, qm̄ ipsi sunt spinae, de quibus nō colliguntur fucus, & rubus de quo nō vin demiatur vua, tradēetur igni vt Sodoma, & quasi Gomorra, imo tolerabilius erit terra Sodome & Gomorreog in die iudicij, qđ illis qui nō receperūt vos, ait dñs, neq; audierure sermones vestros. Quod si illis ita erit, qui nō recipiāt neq; audiūt, quato magis haereticis qui infidiose recipiāt & infidiose audiūt, vt dñ propositen partē, possint subuertere totū, lūste igitur & desertū, inquit, erūt vsc̄ in æternū, i.e. peccatum eorū non remittet eis, neq; in hoc seculo neg in futuro, qđ vere est esse desertū, quia videlicet extra domū dei, qđ est ecclesia dei vnde ipsi exierūt, nihil est nisi desertū. An & lex hoc ipsum nō dicit? Ammonites inquit, & Moabites etiā post decimā generationē nō intrabūt ecclesiā dñi in æternū. Quod & si quid aliquis sapidū locuti sunt aut scripsierunt, qm̄ & acerui salis fore dicit sūt, reliquie inquit, populi mei diripient illos, & residui gentis meæ possidebunt eos. Nec mir, si inter mortuorū & morientiū haereticorū monimēta quippiā reperitur quo velut sale viri catholici bene vtantur, dū in typū illoꝝ vxor Loth, quæ aūia fuit istoꝝ filioꝝ Moab & filioꝝ Ammon, ita mortua fuerit, vt mortua vertere in statu salis. Est quidē salis natura ad om̄ē escā necessaria, pulmentis etiā faporē dat, auditatē excitat. Quin etiā pecudes, armēti & iumenta sale maxime prouocantur ad pastū, multo largiores lacte, multoꝝ gratiōes casei dote. Sed & illa versa in statu salis, pecudibus, armētis sive iumentis ligentibus eo modo proficerē potuit, nunquid & sibimet sapuit? Sic nimis, quid, sive vtilitum historiarū, sive moralū doctrinarū, sive allegoriarū expositionū scripsierunt, nihil eis proderit, sed reliquie populi dñi diripient codices illos, residui, i.nō perditi pueri, gentis dñi, viri ecclesiastici, lectors & auditores catholici possidebunt eos, legent eos, vt legunt Iudei cuiuspiam opus grande vel parvū, vtypa Iosephi, vel cuiuslibet ceterorū. ¶ Hoc, inquit, eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerūt, & magnificati sunt super populū dñi exercitūt. Cū multa sint peccata, quoddā peccatum certū, propter quod haereticī desertum fuerunt, vt supra iam dictū est, in æternū. Hoc est superbire, & non per ignoratiā, sed per superbiam, seu per inuidiam contra veritatem dei verba proferre. Nam omne peccatum, ait dominus, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiz̄ non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui aut dixerit contra sp̄m sanctū, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Tanti huius peccati reus ille addicetur, qui sciens veritatem dei, totis ingenij viribus econtra nititur, & tunç demum verbum dicere contra sp̄m sanctū conuincitur, quando verba scripturarū, quæ vñq; verba sunt sp̄s sancti intelligens, imo intelligere nolens contraria loquitur. Quid igitur aliquid astruit hic sermo propheticus, dicendo: Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemaverunt, nisi quod in euangelio suo confirmat ipsum verbum incarnatum? Sequitur, L. Hor., ribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt cum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. V vere infelices super quos dominus horribilis est. Vnde enī in hoc? Nonne deus natura dulcis & suavis est, & ad videndum serenus & desiderabilis ut pote in quæ desiderant angeli prospicere, miro atq; ineffabili modo semper prospicentes,

IN SOPHO. PROPHE. CAP. II.

Fo. CXIII.

& semper prospicere desiderantes. Ergo infelices nimirū, quibus p̄ conscientia contigit plāces horre faciem pietatis, & sic perire a facie dei, sicut fluit cæra a facie ignis. Iam in ista vita miseri horrore illū sentiunt, & nefcio quam in consolatione doloris sui negant esse quod esse scīunt, tanquā hoc destruat vel defruere possit veritatem, qđ eam ipsi in mendacio deit. Et attenuabit, inquit, omnes deos terræ. Hic subaudiendū vel subintelligendū, qui boni. semetipos deos fecerunt. Sicut enī dñ terræ, super quos non est horribilis, & quos nō at, Psal. 46. tenet dñs, videlicet illi de quibus Psalmista cū dixisset, Principes populoꝝ congregati sunt cū deo Abraham, subiunxit, quoniam dñ fortis terræ vehementer eleuati sunt. Et est sensus, qm̄ p̄dicatores, qui in primis erant terra, facti dñ & facti excelsi, facti fortis per fidē & per bona opera, vehementer eleuati sunt per miracula, & ita factū est, vt multi ad fidem generentur, multi de principiis quoq; i.e. regibus alīs p̄ pontificibus cū deo Abraham creb̄ dixerat, dñ dñ congregarentur. Igitur de illis solūmodo hic agitur, qui semetipos deos fecerant, malit. quia p̄missum est de superbia eorū, & magnificati sunt super populū dñi exercitūt, & eodem modo hic dicuntur dñ, quo in Canticis canticoꝝ fodales dei, & dñi nostri Iesu Christi. Canticis. Indica mihi quē diligit anima mea, vbi palcas, vbi cubes in meridi, ne vagari inciplam post greges fodaliū tuorū. Isti dñ isti fodales dñi, qui nō haereticī sunt, de quibus hic sermo est sub nominib; Moab & filioꝝ Ammon. Super eos plane horribilis dñs, & attenuauit magnificantiū illoꝝ, quia eis in breui magnificati sunt super populū dñi exercitūt, quasi sterquiliniū in fine perditū sunt, & talū cuiusq; messem, si qua fuit, comedit famelicus, & ipsum rapuit armatus. Illis attenuatis, adorabit, inquit, dñm viri, de loco suo oēs insulæ genit. Dictū hoc, & dicendū cū subsannatione aduersus eiusmodi deos, qui iam nō habet locū sibi, imo quos iam nō intuebitur locus eorū vel cognoscet amplius, sicut per B. Job dicitur quia sicut consumuntur nubes & pertransiunt, sic qui descēderit ad inferos, nō ascendet nec reuertetur ultra in domū suū, neq; cognoscet eū amplius locus eius. Viri isti, qui non deseruerunt locū suū, oēs insulæ gentiū, i.e. ecclesiæ, qđ consuntur in medio gentiū sicut insulæ, qđ quis maris fluctibus vndiq; tundatur, stant, & locū suū non deserūt, adorabit de Christi, loco suo dñm, & hunc crucifixū, dñ & hominē Iesum Christū. Locus eorū apud ipsum dñi est, sicut ipse ad Mosen: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petrā, &c. Locus ille humilitas est, sicut Psalmista testatur dicens: Si nō Moses electus eius stetisset in cōfractione, i.e. in nimia mentis humilitate in cōspectu eius. Locū hūc haereticī nō inuenisse ariū, quibus hoc dñdū haec tenus dicitū est, eueniet, inquit, pro superbia sua, qđ blasphemā, Exod. 33 Psalm. 102. verunt & magnificati sunt super populū dñi exercitūt. Sequitur, L. Sed & vos Aethiopes interfici gladio meo eritis. Iam supētius dicitū est, triplex esēt ecclesiæ hostes, s. Iudei, os, haereticos atq; paganos, & Iudeos sub hominibus Chanaan & Philistinoꝝ, haereticos aut sub nominib; Moab & filioꝝ Ammon, paganos vero hic designari sub noī Aethiopū. Cur paganos sub nomine Aethiopū? Quia videlicet sicut pellis Athiopica magis qđ ceterarū gentiū nigra est, ita paganōꝝ magis qđ Iudeos, aut haereticorū impietas nota est. Siquidē Iudei atq; haereticī quodā diuinī nominis candore, vtcungq; le palliauerūt, pagani nō vñq; dñi, sed multa dæmonia publico errore coluerūt. Igitur nō soli Chanaan & Phi- listim, & Moab & filij Ammon, sed & vos, inquit, Aethiopes interfici gladio meo eritis, nō soli Iudei atq; haereticī, qui legē accepérunt, sed & vos pagani sive gentiles, eiustmo diligē nō habētes, iudicio meo cōdemnabitimi. Non enim est distinctio apud dñū. Quiscū Roma, & enī sine fine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunq; in lege peccauerūt, per legē iuvū dicabūtur. Sequitur adhuc. L. Extendet manū suā super aquilonē, & perdet Aſſur. Noī tū est in sanctis propheticis scripturis, noīe aquilonis, & noīe Aſſur, diabolū significari. Aſſur dñs. Ipse aut, s. diabolus, inimicoꝝ caput est, & sicut caput mēbris, ita cunctis p̄minet inimicis, bolus dñ, super qđ euaginatus est gladius dñi, de quo & nūc hic dicitū est. Et vos Aethiopes interfici gladio meo eritis, statimq; subiunctū, Extendet manū suā sup aquilonē & perdet Aſſur. Et in cantico Deute. p̄missor. Si acuero vt fulgor gladiū meū, & arripuerit iudicū ma Deuter. 32. quā mea, reddā vltionē hostibus meis, & his qui oderunt retribūā. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes, ita demū subditū est, de cruce occisorū & de manū inimicorū capitū, ita hic & illuc, verbis quidē diuerſis, sed eodē sensu oīm impiorum & ipsius diaboli damnatio, certa & ineuitabili denūciatur. Fuerit quidē carneus Aſſur. I. k. 2. gens

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

gens Assyriorum, quæ circa huius prophetæ tempora solutum est imperium, & Ninive metropolis eiudem imperii, quæ subuerterunt Chaldei, de qua & protinus dicit. Et ponet speciem in solitudinem, & in iniuriam quasi desertum, & accusabunt in medio eius greges, oes bestiarum & Onocrotalus, & Ericius in liminibus eius morabunt. Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, qui attenuabo robur eius. Hæc est ciuitas gloriosa habitat in considen-
tia, qui dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius. Quo facta est in
desertum cubile bestiarum? Omnis qui transit per eam, sibilabit & mouebit manus suam. Fuerit in
quâ & ille carneus Assur, & ciuitas Ninive, quæ hic appellat speciosa, & facta a Babylone
nihil tanta eius vastitas, ut ex istis verbis datur intelligi, Onocrotalus & Ericius in liminibus
eius morabunt, vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quæ indicia sunt solitudinis.
Veruntamen res, quæ in parte gesta est, intelligentia eorum, quæ in toto futura sunt, non de-
struit, immo magis astrictum, cu per experimenta magnarum virtutum quæ destructæ sunt, cœpellitur
audiens credere euangelicæ veritati, quia præterit figura huius mundi, & quia secundum si
1. Corin. 7 militudinem, scilicet Ninive & Babyloniam, totum quoque mundum dominum in fine iudicabit. Iam quia de
subuersione Ninive, quæ fuerint exempla totius mundi, perituri alias dictum & a sanctis doctori-
bus, assentimur est declaratum. Nos ad cetera propérantes, illud tantum dicere libet, quid sit
huic speciose dicere in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius, & quod oīs qui
transit per eam, sibilabit, & mouebit manus suam. Nam hoc dicere, ego sum, & extra me
non est alia amplius, superbiere est, & tantummodo in presentibus considerare, nullumque potest hanc
aliam vitam credere vel sperare. Impiorum est ita existimat, qui ut sapientia perhibet dixerint
aliis post apud se, cogitationes non recte. Exiguū & cum tardio est tempus vita nostræ, & non est refrigerio
hanc vitam, riu in fine hoīis, & non est, qui agnitus fit reuersus ab inferis, quæ ex nihilo nati sumus & post
Supra, 2 hoc erimus, tanquam si non fuerimus. Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vobis relinqua-
mas signa lætitie, quæ hæc est pars nostra, & hec est fors. Cum hæc & his similia dicunt in cor-
de suo impiorum vniuersitas, quid nisi speciosa ista ciuitas Assur, vniuersa cupiditas mundi
huius loquitur? Ego sum, & extra me non est alia amplius! At vero oīs qui transit per eam,
qui cum Abraham & Isaac & Iacob patribus sanctis consisterunt, quæ peregrinus fit & aduenia super
terræ, & non vult hic habere manentem ciuitatem, sed futuram inquirit, quæ viderit quæ Onocrotalus
Ericius & coruus possidebunt speciosam hanc, non iam speciosam ut nunc videatur, sed deser-
tam, vbi pterierit figura huius mundi, sibilabit & mouebit manus suam, id nec allocutione, ne dis-
cam cōsolutione digna iudicās, solo nutu, vel gestu oris & manus sua despiciet, & sublan-
cabit eam. Sequitur. LVæ prouocatrix, & redempta ciuitas. Columba non audiuit vocem, &
non suscepit disciplinam, in domino non est confisa. Ad dominum deum suum non appropinquit. Prin-
cipes eius in medio eius, quasi leones rugientes. Iudices eius quasi lupi vespere, non relinque-
bant in mane. Prophetæ eius vesani, viri infideles. Sacerdotes eius polluerunt sancta in-
CAP. III. iusta egerunt contra legem. Super quam cœpit intentio iudicij dicendo. Et extendit manum
ac redempta ciuitas Hierusalem, super oīs habitatores, sup eandem ciuitatem, & cōsummat, dicit
fale, q. oīl columba, Væ prouocatrix, & redempta ciuitas. Quæ enim alla ciuitas a deo prouocatrix, quam
passim, & fere vobis sancta scriptura dñm prouocasse arguit. Ipsa prouocatrix, ipsa redem-
pta, & tanto damnabilior prouocatrix, quanto pluribus redempta beneficis. Prouocationes
eius magna cum admiratio hic denarratur, cu in primis columba ipsa noīatur, & deinde leo
nū se uitia, lupus, ferocitate, vel habuisse, vel habere declamat. Columba, inquit, non audiuit vo-
cem, & non suscepit disciplinam, hoc dicere est, māsuetu quondam ciuitas vel gens rebellis facta
est, incorrigibilis perseuerat. Quid enim mansuetus Abraham, Isaac & Iacob, ceterisque patri-
bus, Mose & David, ceterisque sanctis & prophetis vel iustis hominibus? Si illos & vniuersam
illius gentis vel ciuitatis electionem consideres, recte enim ista ciuitas columba dicta est. Ecclæsi
los attēdas, q. prophetas & iustos hoīes occiderunt, qui dñm dereliquerunt, & Baal, ceteraque
portæ coluerunt, & alia sacrilegia cōmiserunt, veraciter dicas, ga non audiuit vocem, & non sus-
cepit disciplinam, in dño non est confisa, ad dñm deum suum non appropinquit. Itē si attendas, inter-
in ipm dñm eadē ciuitas egerit, quoniam gemitio mala & adulteria illius occidēdo mēfūrā patro-
rum impleuerit, recte dictuā adiuvantis. Principes eius in medio eius. Qsi leones rugientes, judi-
cantes eius lupi vespere, non relinquebant in mane, prophetæ eius vesani, viri infideles, sacerdo-
tes eius polluerunt sanctū, iniuste egerunt cōtra legem. Quis non miretur hæc de ea quæ fut

IN SOPHO. PROPHE. CAP. III.

F. CXCV.

vel esse debuit colubas? Quomodo leones colubas genuit? quoniam lupos enutrivit? quoniam vespa? Quid possit nos souis? quoniam infideles educavit? quoniam de pullis suis tales sacerdotes edidit, qui polluerent sanctum, qui quasi secundum legem maledictum faceret sanctum sanctorum. Dixerunt enim: Ecce lex Deuteronomio 21. dicit, quia maledictus a deo est ois qui pedet in ligno. Hic autem dicit, quod sit sanctus, quod sit ipse. Psalmus 117. benedictus, de quo psalmus dicit: Benedictus q. venit in nomine domini. Appendamus ergo eum, in patibulo, & erit non benedictus, sed maledictus: erit non sanctus, sed pollutus tanquam leprosus. Hoc modo polluerat sanctum, & ita polluentes sanctum: nimis iniuste contra legem egerunt. Lex enim ita dixit, ita promisit, quoniam peccauerit homo, quod morte plecedum est, demum ita subiunxit, & adiudicatus morti suspensus fuerit in patibulo. At ille homo non peccauerat, quod morte plecedum esset, immo sanctus erat, & sanctus est. Ergo polluendo sanctum, suo iudicio contumiendo maledictum, quem constat esse benedictum, iniuste egerunt contra legem, dum volunt impetrare suam patronam facere legem. Dominus iustus in medio eius, non faciet iniquitatem. Mane iudicium suum dabit in luce, & non obsecetur. Illi nimis iniuste egerunt, illo modo polluentes sanctum, & eum qui benedictus est, volentes constanter esse maledictum, sed dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem, neque enim iniustus est, aut esse potest, vel iniustus dare aut scribere legem. Non enim esset iniurias, si maledictum esse cöcederet hominē, ex sui patibuli poena, non pascendente patibuli causa? Non faciet, nec fecit hoc non sequel tale sacerdotum iudicium, neque dedit sacerdotibus tale legis decretum. Praemisit causam, quoniam peccauerit homo, quod morte plecedum est, & deinde subiunxit, & adiudicatus morti suspensus fuerit in patibulo, quod a iniustitia vel acquisitatem non discrepat, & deinde quod miserationis est, non inquit permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepeliet, semper quippe morituris sepeliri vel sepultura non carere obatile fuit, mirabiliter causam huius celatur subdidit, quia maledictus a deo est, ois qui pendet in ligno, & nequam contaminabis terram tuam, quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem. Mero modo o sacerdotes dum sanctum polluere tentatis lex contra quoniam iniuste egistis, vos in altutia sua comprehendit, ita ut & illi facere maledictum non possitis, nec inseparabilem relinque do contaminare terram corporis sancti, immo & omni mundo, vobis nescientibus, quod vos prouisum fuit, sepeliendo resurrectus principes & auctores resurrectionis. Non igitur faciet iniustitiae dñs iustus, non consentiet vobis lex domini iusti, non erit vestri similis, sicut vos existimatis iniqui. Sed quid? Mane mane iudicium suum dabit in luce, & non abscondet. Vos iudicium vestrum dedistis in nocte super sanctum, clamando quod esset reus mortis, pro eo quod non negavit se esse sanctum dei, quod vobis interrogatisbus confessus est se esse Christum filium dei benedictum, dominus autem dabit, mane manifeste faciet iudicium suum, de illo sancto quale sit, & hoc in luce, ita ut non abscondat. Dicit enim illi: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, atque ille tridens, exurgat diluculum, & ita fiet. Ita iudicium suum dabit mane, & dabit in luce, & non abscondebit, immo in omnem terram exiuit sonus, & in fines orbis terrae audiet, quod longe aliter & dissipiter a vobis iniustis, de illo sancto suo iudicet dominus iustus, in medio vestrum vobis videntibus & auditibus, & pro iniusto iudicio poenas exoluenteribus. Nesciuit autem iniurias confusus. Et hoc admirative dictum est, & reuera miranda est impudentia, non erubescere vel confundendi, manifesto in tanta clara luce iudicio dei de causa illius sancti, iuxta quod cecinit Psalmista: lux dicitur me deus, & discerne causam de gente non sancta. Eodem modo hic dictum est, nesciuit iniurias confusus, cui apud Hieremiam dominus ait: Frons mulieris meretricis facta est tibi, erubet Hiericus, & cere nolusisti. Ia ac si queraras, quoniam vel quod agendo deus dedisti in luce iudicium tuum, ita subiunxit, Disperdidisti gentes, & dissipati sunt anguli eorum. Desertas feci vias eius, eo quod non sit qui transeat. Desolatae sunt ciuitates eorum, non remanente viro nec villo habitatore. Hoc inquit est iudicium meum propter sanctum quem polluerunt, & ita manifestum, ut iam nemo sit qui interroget, scientibus & videtibus cunctis, quod disperdidisti illos qui tanta iniuste egerunt, & non paucos, sed facta multitudine, ut recte dixerim gentes, quae primi ciuitates oes & subiectos pagos, tribus oes, diversa confinia, tandemque ipsam metropolitam Hierusalem disperdidisti. Hoc est quod ait, dispersidi gentes, & dissipati sunt anguli, id est principes eorum, immo leones eorum, lupi eorum, sicut iam dictum est. Olim celeberrima ciuitas & regnum, quo nihil erat in toto mundo augustius, quoniam frequebatur, quoniam via eius confluentibus turbis populus stipabatur. At nunc desertas sunt illas, eo quod non sit qui transeat, & sicut in vero iudicio dixi: Ecce relinqueret vobis domus vestra deserta, ita in vero iudicio feci, quod desolatae sunt ciuitates, non remanente viro, nec villo habitatore. Nunquid autem hoc nimis properanter egit, & patientiam nullam exhibuit? immo tacui, dum Lex de sua peso in partibus.

COMMENT. RUPERTI ABBAE LIB. III.

filii patiens fui. L. Dixit Attamen timebis me, suscipes disciplinam, & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitavi eam. Veruntur autem diluculo surgentes, coruscum perunt omnes cogitationes suas. L. Sensus hic est, Misericordia prophetas meos consurgens diluculo, & ad penitentiam prouocans, dixitque, feci quidem tibi haec omnia Hierusalem, sed tecum timeres me, & susciperes disciplinam, & non periret habitaculum tuum, hoc est, templum, propter omnia Icelera quae gesserat. At econtra habitatores Hierusalem, me eos ad penitentiam prouocare, quasi de industria & ex contentione diluculo surrexerunt, ut festinatione qua ad me redire debuerat, compleverat omnes cogitationes suas, & opere demonstrarent quod mente conceperat. Itaque quod ait, dixi, attamen timebis me, suscipes disciplinam, quoniam est factum quod dixi, cum significacione dubitantis intelligendum est, ac si diceret: Dixi, forsitan timebis me, forsitan susciperes disciplinam, mandauit prophetis meis, dicentes: loquimini ad eum verba mea, forsitan audiet & timebit vel quiesceret & non periret habitaculum eius, quod futurum est, nisi timuerit me, nisi susciperet disciplinam. Solet enim deus interdum loqui cum significacione dubitantis cum apud eum nihil dubium sit. Fili hominis, ait ipse ad Ezechiel, dices ad filios Israel, haec dicit dominus deus, si forre vel ipsi audiant, vel si forte quiescant quoniam domus exasperans est. Item: Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant & timeant vel quiescent, quoniam irritatores sunt. Quod autem ita, quasi dubius loquitur, cōdescensio est ad eos vel propter eos, qui dubii sunt vel esse possunt, nisi experiantur nec iudicent deinceps venerantur, nisi experimento didicerint, incorrigibilis eos fuisset, quos sprevit, atque iudicauit deus. Sequitur. L. Quapropter expecta me, dicit dominus in die tribulationis mea, in futuro, quod iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, quae tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen christi, & serviant ei humero vno. Postquam super impios & peccatores & illam quae prouocatrix merebatur dicit Hierusalem, seueritate iusti iudicij declamauit, nunc tandem ad eam cōuertitur quae habet auctorem dei, & ea quae sunt gratiae, quae sunt misericordiae, familiariter insinuat illi, quae vocat & sibi iam Sion nuncupat Israel, nominat filiam Hierusalem; laudat inquietus filia Sion, jubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem, & cætera vsque in fine, quae ita cocludit, dabo enim vos in laude, & in nomen oibus populis terre, cu[m] conuertero captiuitatem vestram oculis vestris dicit dominus. Quapropter (inquit) quoniam sicut in inicio dixi, ut congregem gabe oia a facie terræ, id est traham ad me ipsum. Si in die resurrectionis meæ, postquam fuerit exaltatus a terra, & haec oia quae dicta sunt, faciat super eos qui me non expectant, quoniam in me credunt, tu expecta me, tu crede & spera in me, in die resurrectionis meæ, postquam fuerit exaltatus a mortuis usque in diem nouissimum, quia tunc faciam iudicium, & hoc erit iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna. Tunc enim sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ & venient oes angelii cum eo, & congregabuntur ante eum oes gentes. Expecta me in die resurrectionis meæ, illuminatos habens oculos clara & certa fide resurrectionis meæ, quia qui non credit, non est in die, sed in nocte. Expecta me, memor illius dicti angelorum testium meorum, sic veniet, quædammodum vidistis eum euntem in celum. Cui dicit, ut congregem gentes, & colligam regna, subauditur a finistris. Sequitur enim. Et effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei, videlicet dum dicam eis: Discendite a me maledicti in igne eternum, qui paratus est diabolus & angelis eius. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, id est impi qui celum non respiciunt, cuncta terrena gesserunt opera tamen qui sine lege, & qui in lege peccaverunt. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Tu autem a dextris eris, cu[m] hoc auditu venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, & tu eris tunc illa regina, de qua dicebatur mihi: Astitit regina a dextris tuis. Quia tunc reddam populis labium electum, tunc retribuam populis fructum labiorum nomini meo constitutum, quia videlicet nomini meo confiteri, hoc est, habere labium electum labium mundum vita eterna & cantici semper tertiæ retributione dignum. In quo reddam illis. In eo ut inuocent oes nomen domini, & servient humero vno. Num parua est ista redditio? Aut nunquid pax est illuc inuocare nomen domini, & seruire domino. Imo magnum atque magnificum, & omne exuperans desiderium, illuc est inuocationis & servitum bonum. Hoc psalmista sciens ceterum dixisset, Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel, hoc subiunxit, ad constitendum nomini domini, & magnificientem dicere

IN SOPHO. PROPHE. CAP. III.

Fo. CXCVII

dicere non potuit, & in Apocalypsi unus de senioribus dicit Iohanni, hi sunt qui venerantur de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo sunt an thronum dei, & servitum ei die ac nocte in templo eius. Igittu non ut ibidem litera sonat, regnum illud vel civitatem dei viventis Hierusalem celestem, Christianus vel ipsius homo existimet, aut existimare debet auro stratum, gemisque aut margaritis pretiata, quia videlicet non in auro aut lapidi bus pretiosis, sed in confessione nois domini, & in servitu eius est regnum dei. ¶ Servit autem illuc servitum perfectum, quod mira breuitate propheta hic innuit, cu[m] dicit humero uno. Quidnam est humero uno, nisi corde indumento. Non ita hic in isto exilio, ubi dispositi sumus ad servitum eidem domino. Multæ namque sunt huius mundi varietates, & animus mortalium, quis iustitia atque perfectio, vix una hora secundum torus est. Non ergo aut esse potest hic, quod promittit illic. Scindendum est autem, & manifestius dicendum, quae causa faciat, ut possit illic servitum, humero uno, humero indumento. Quae nam illa est? Videlicet, quia civitatis illius regni illius rex & dominus, unus & solus est, unus deus pater & filius & spousus sanctus est indumentus, & inseparabilis Imperium rex, & hic idem ipse est, idem permanet incommutabilis substantia, & invariabilis animus est, & una semper trium personarum unius dei voluntas est. Hinc indumentum imperium habet, quia indumentum & invariabilis ipse est, iuxta illud ab ipso dictum: Ego sum qui sum. Proinde quod hic dicit, ut inuocet omnes nomine domini, & servient ei humero uno, nihil aliud esse arbitrari, quod fuerat in psalmo dictum, commutato dūtaxat ordine sententiarum. Cuius participatio eius in id ipsum: Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel, ad constitendum nominem domini. Nam inuocare nomine domini, quod aliud est, nisi participatio eius in id ipsum. Sequitur. L. Ultra flumina Aethiopie pice inde supplices mei filii dispersi meos, deferent munus mihi. ¶ Si ita dixisset: Quia tunc reddam populo meo labium electum, ut inuocet nomine domini, putaret ut contigeret Iudeus de se tantummodo esse dictum, ut contigeret solet, quasi Iudeus sit deus tamen, & non etiam gentium. Nunc autem cu[m] dicit, reddam populus negare non potest, quoniam & de aliis cura deo fit, quod etiam alium iam dudum prouiderit sibi deus, confessores nois sui, & ita est. Nam ultra (inquit) flumina Aethiopie, id est, in fines orbis terræ, subaudierunt, exhibuit sonus predicationis euangelicae, & inde o filia cui loquor, cui dico, expecta me, & cui protinus dicitur ursus sum: laudat filia Syon, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem: deinde (inquit) de finibus terræ supplices mei, scilicet apostoli, deferent mihi munus dispersi meos, id est, dispersos meos cōgregabunt in unum, quod mihi utique erit munus magnum, hoc sciens Euangelista, cum esset in Iohannes, quod Caiphas pontifex anno illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Hoc o rabi filia Esaie, pro magna consolatione dictum est, quia si ex te exierint, quod uti esse debuerunt, filii scelerati, semper nequam, nihilominus multiplicaberis, & in filiis lætaberis, quod profecto venient de longe, quod magnifice significat, discendo, ultra flumina Aethiopie, non quod de sola debetur, sed Aethiopia venire, cum per alium prophetam dixerimus: Ecce isti de longe venient, & Esaie, 49 ecce illi ab aquiloni & mari, & isti de terra australi, sed quod vniuersitas gentium propter te nebras, in quibus erant ignorantes, & propter persecutionem principum vel tyrannorum, re significat, per impetus fluminum, & per nigredinem Aethiopie. Similiter plurimi laudes dat supplicibus suis quod transmiserat debeat flumina Aethiopie, & deinde sibi dispersi suorum munus deferre, id est, oim persequentiū tyrannoꝝ saevitiam exuperare, & ecclesiam sibi de gentibus adducere, secundum typum quod in eo praescisit quod regina Saba venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Nunquid autem o filia semper nigri erunt illi Aethiopes supplices mei, aut tu semper Aethiopissa eris, vt sit semper unde erubescere possis? Imo audi quod sequitur: L. In die illa non confunderis super cunctis aduentiis suis bus tuis, quibus prævaricata es in me, quia nunc auferam de medio tui magniloquos suis pectora, tamen non adiunges exaltari amplius in monte sancto meo. L. Magna promissio, magna confortatio. Nunc interim antequam veniat dies ille, dies resurrectionis meæ, confundeburis, & non absque re, cum dicens, & confiteris veraci confessione quippe tam tale, vt est illud Zachiæ, 15 Esaie, 64: Sicut pannus menstruata omnes iustitiae nostræ. At vero in illa die ita non erit, præfertum cum vt fieri, quod nunc promitto tibi in prophetis & in psalmis, quia erit fons patrum domini David, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatae, k. Vnde

COMMENT. R VPER. ABBA. LIB. II.

Psal. 50.
Psal. 58

Roma. 5

Plat. 28

Numer. 21

Psal. 58.

Apoc. 2
Roma. 10
Iohan. 8

1. Cor. 13
Psal. 42
Roma. 3

Quis est pos-
polus, pau-
per & ege-
nus

Roman. 4.

March. 8

Roma. 11

Magna ac-
beata remu-
neratio.

Trinitatem
hic sepe in-
sinuat pro-
pheta.

Vnde & David bona spe exultas in spū sancto: Asperges me (ingt) hyssopo, & mūdabor lauabis me, & super niuem dealbabor. Egdem q̄uis & alibi dicat: Accedit ad eū, & illumi nāmī, & facies vestrā nō confundent, tamen in præsenti vita, q̄uis vñt mortal conditio ne, & nondum plenus est in te dies ille resurrectionis meæ, erubescit modo quodā, iuxta illud, quem ergo fructū habuistis. Tunc in q̄bus erubescitis nunc, sed ista confusio gloriā adducit, & ipsa oīno succedente gloria pertransbit. Cum em̄ venerit plenitudo illius diei, plenitudo meæ resurrectionis, cū resurrexerint membra, sicut caput resurrexit, nunḡ re cordatio præteritæ nigredinis quicq̄ affteret confusionis. Imo locupletissima erit materia cantationis ipsa misericordia dñi, in æternū cātabo. Nun qd vel alius q̄s impropereat poterit tibi, quod tu Aethiopiss̄ fueris, vel mihi, qd Aethiopissam vxorem duxerim: iam Mariā operuit cādens lepra tanq̄ nix, & extra castra manet septem diebus, pro eo qd murmurauit cōtra Mosen, propter vxorem eius Aethiopissam, Et vt manifestius dicā iam synagogā immunditia suā inīgitatis, omni seculo notā fecit, proiectam nō solum scdm animā de regno dei, verum etiā scdm corpus de ciuitate & templo quondā dei, & foris manet, mente & corpore dispersa scdm illud: Disperge illos in virtute tua, & donec pertransit septem dies, t, donec plenitudo gentium subintroeat, nō reuocabit in castra hæc, pro eo quod impropereat tibi vel supplicibus tuis, quod Aethiopes fuerint, & mihi de talibus ergo ecclesiā cōiunxerim. Quanto magis in plenitudine illius diei in resurrectione vniuersali omne os obstructum erit: Prædicto tibi, q̄a tunc auferam de me in die tui magniloquos superbias tue, s. istos q̄ se dicunt Iudeos esse, & non sunt, sed sunt in synagoga satanæ, vere magniloqui & superbii, in eo maxime, quod suam querentes stauerint, iustitia dei nō sunt subiecti, quia videlicet superbia, sic tua superbia dicit esse, quomodo illi dicunt esse filii tui vel filii Abrahæ, & se vnum patrem deum dicunt habere Hoc factio non adiçes altari amplius in monte sancto meo, sed stabis in magno & aeterno sancte humilitatis firmamento, sciens & perfecte cognoscens, quod nunc ex parte cognoscis, & veraciter confiteris, q̄a de suis operibus nullus vñquā potuit vel poterit in cōspectu dei iustificari, Imo omnes peccauerint, & egent gloria dei, & quod tunc probatio non indigebit, quia res manifesta erit. Auferentur magniloqui, & qui relinquentur ibi: At Et derelinquā in medio tui populum pauperem & egenū, & sperabunt in noīe dñi reliete, recumbant in sinu Abrahæ, magniloquus illis filijs regni in tenebris exteriores eieciſ. Fiet tñ quādoq̄ vt sperent in noīe dñi etiā quæ Israel, s. cū plenitudo gentium subintroeat, Quid erit illis sperare in noīe dñi, nisi deponere pertinaciam, qua se iustificari arbitrantur ex operibus suis, & omnem iustificationem credere in solo noīe dñi, in fide Iesu Christi? Sequitur: Non facient iniquitatem, nec loquent mendacium, & non innueniunt in ore eius lingua dolosa, qm̄ ipiſ pascentur, & accubabunt, & non erit q̄ exterreat. Felix ille dies rei surrectionis, in cuius plenitudine nec verbo nec ope quicq̄ peccabit. Magna & beatissimā remuneratio omni animæ vel omni homini, qui nunc & si iniquitatem fecit, & mendacium, locutus est, iam vltierius iniquitatem facere, & mendacium loqui non vult. Magna (inquam) & beata remuneratio, q̄a nunc accipiet stabilitatem hanc, vt iniquitatem facere, vel mendacium loqui iam non possit, quippe vbi iam malam voluntatem habere non poterit beata anima deo creatori suo sociata vel coniuncta, inseparabiliter per spiritum amoris aeterni, L. Lauda filia Sion, jubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem. Subi- ditur hanc promissionem habens. Lauda deum patrem, & jubila deo filio, lætare & exulta in deo spiritu sancto, quæ sancta trinitas vñus deus est, vnde accepisti, qd es filia Sion, qd es Israel, quod es filia Hierusalem, filia Sion per fidem, Israel per spiritum, filia Hierusalem per charitatem. Abstulit dominus iudicium tuum, auerit inimicos tuos rex Israel dominus per misericordiam. Abstulit dominus iudicium tuum, auerit inimicos tuos rex Israel dominus per misericordiam. Rex

IN SOPHO. PROPHE. CAP. III. Fo: CXCII:

Rex Israēl dei filius inimicos tuos auerit, dominus spiritus sanctus in medio tui est, & idcirco non timebis malum ultra, quia quem nunc vides per speculum in ænigmate, tunc visus debet facie ad faciem, & mors ultra non erit, quia fuit iudicium tuum super omne genus humanum. Adam peccante prolatum: Neq̄ luctus, neq̄ clamor, neq̄ dolor ultra erit ultra, quae prima abierunt. In illa die dicetur Hierusalem: Noli timere Sion, non dissoluatur manus tuae, dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit. Gaudebit super te in lætitia, filebit in dilectione tua, exultabit super te in laude. Quam lætus trinitatis amator animus hoc attendit, quod hic spiritus sanctus per os prophetæ indubitabili veritate loquens quasi tinnulam fidei tripudiat cantilenam, & iucunditatis suos modulos triplicat, vt excita ta audiens anima, sicut per hæc verba meditando gustare, vel speculari incipiat, quod deus suis sancta fit trinitas, quā videlicet trinitatem, quia tunc mundus nomen eius, quod est pater, & filius, & spiritus sanctus, portare non poterat, idcirco quærendum non est hic, cur non ita Propheta distinxit, sicut ipse in Euangeliō suo dominus deprop̄misit, dicendo: In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Ecce quatuor modis opus decantavit, quod circuca nos agit, vel actura est indiuīsa vnitatis trinitatis. Primo modo ita sonat, vox exultationis & reuera sonus epulantis. Lauda filia Sion, jubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem. Secundo autem sic: Abstulit dominus iudicium tuum, auerit inimicos tuos rex Israel, dominus in medio tui. Tertio vero ita: In die illa dicetur Hierusalem, noli timere, Sion non dissoluatur manus tua, dominus deus in medio tui fortis ipse saluabit. Quarto autem sic: Gaudebit super te in lætitia, filebit in dilectione tua, exultabit super te in laude. Quam pulchre quatuor his modis variatur vox vñus eiusdemq; laudis, trinis per singulos modos distincta clausulis. Quam pulchre (inquam) si consideres, q̄a quatuor sunt opera vñus quæ in vno Christo pro maxima propter nos operata est vnitatis trinitatis, quæ nescire nō trinitatis licet vñi animæ, quæ & Sion, & Israel, & Hierusalem fit digna nuncupari. Quæ sunt illæ? In carnatio, passio, resurrectio, & ascensio. Incarnatio, trinitatis opus est, q̄a vt incarnaretur filius, pater illum misit, ipse virginis vterum ingressus est. Spiritus sanctus illi verum corpus, veram carnem de carne virginis condidit, & cum anima rationabilis carnem nostram verū hominem vt indueret, ipse effecit. Passio, trinitatis opus est, quia calicem illum, quem pater Passio dedit, filius bibit, & per spiritum sanctum (ait apostolus) sese hostiam obtulit, vt emun. Heb. 9, daret conscientiam nostram ab operibus mortuis. Resurrectio, trinitatis opus est, q̄a pater: Resurrectio Exurge gloria mea dixit, filius exurgam diluculo respōdit, spū sanctus eadem die ex ore eius in remissionem peccatorum processit insufflantis & dicentis: Accipite spm sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ascensio, trinitatis opus est, quia dixit pater: Iohann. 20, Sede a dextris meis, filius ascendit, & sedet, spiritus sanctus de illo consessu super discipulos. Ascensio los veniens, divisiones gratiarum illis distribuit. Itaque pro eo, quia deus homo factus est. Psalm. 104, Lauda Sion, jubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem, quia inde tu filia Sion, quod sicut deus patribus promisit, ita filium suum misisti: inde tu Israel, quia natura tua cum dei filio, dei verbo, in vnam personam assumpta, reuera cum deo directa est secundum nomen Israel, inde tu filia Hierusalem, q̄a per eandem diuinæ & humanæ naturæ coniunctionem, tu quæ de terra eras, eccelestibus in pace sociata es, & iam quidem per hoc ipsum, quod propter te passus est, iudicium tuum, iudicium mortis abstulit, inimicos tuos auerit. s. malorum spiritus, & ipsum principem mundi, quem foras misit, & illo foras missio, dñs in medio est tui, & malum illud prævaricationis antiquæ, transgressio paternæ, non timebis. Veruntamen est adhuc aliquid quod times, dum in corpore vñis, scilicet, mors carnis & passiones corporis. Sed certum tibi est & esse debet, quia in illa die resurrectio vñi, uerbalis dicetur tibi: Noli timere, videlicet, quia mors ultra non erit, non dissoluatur manus tua, quia immutata, & impallibilis facta eris. Porro, gaudium quo gaudebit super Esaie 63, te in lætitia, silentium quo filebit, in dilectione tua, exultatio qua exultabit super te in laude trinitatis sanctæ, oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit. Sequitur: Nugas qui a lege recesserant, congregabo, quia ex te erant, vt non ultra habeas super eos opprobrium. Nugas dixit nugas homines, videlicet, qui dominum ipsum, de quo hic sermo est, sicut Sapientia testatur, calumniatur, dicentes: Quoniam dissimilis est sapientia vñi vita illius, & immutata sunt viæ illius. Tanquam nugas aestimati sumus ab illo, & ab

COMMENT. RUPERT. ABBA. LIB. III.

Psal. 2.
Matt. 13.

Roma. 2.
Ezech. 16.
Esa. 23.

1. Joh. 2.

Roma. 2.

Psal. 137.
1. Cor. 14.

Exo. 7.
Psal. 46.

Acto. 8.

Matt. 25.

Ibidem. 24.

& abstinet se à vijs nostris, tanq; ab immundicis. Eiusmodi nugas (inquit) illios nugaces, qui à lege recesserant, dicentes: Aduersus dñm, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorū, & prohiciamus a nobis iugum ipsorū. Congregabo, quia ex te erant, id est, in fasciculis ad comburendum alligabo, & maius iudicium portabunt, propter hoc ipsum, quia ex te erat, quia legem accepserat, quia semen Abrahā erat, quia miseri Christi erat, vnde & opprobrio tibi fuerunt, & propter eos blasphematum est nomen meum. Congregabo eos, vt non ultra habeas super eis opprobrium, vt non ultra in comparatione tui iustificet se Sodoma siue Gomorrha, neq; dicat mare, vt Syon erubescat, quod nimirum dicit, quoties manifesta gentilitas tibi propter aliquos, q; in te gentiliter vivunt, insultant. Ecce ego interficiam omnes, q; affixerunt te in tempore illo. Non eos sūtū, qui ex te erat, & ex te exierunt, imo ex te non erat, sicut q;dam tuorum dicit: Ex nobis exierunt, sed non erat ex nobis: Non (inquam) illos sūtū, sed & omnes, q; te affixerunt, siue in lege siue fine lege peccates, interficiam in tempore illo, eos q; in lege peccauerunt, per legem iudicādo, & eos qui sine lege peccauerunt, sine lege perditioni dando. Et saluabo claudicātem, & eam quæ electa erat, congregabo, & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eoz, in tempore illo, quo adducam vos, & in tempore, quo congregabo vos. Magna dignatio, quā omnes nouimus, excelsi dñs, q; iuxta illud Psalmista: Qm̄ excelsus dñs & humilia respicit, & alta a longe cognoscit, & fecit & facit. Nam vide te (inq) vocacionem velstram fratres, q; non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. Quid aliud hic placet, dum dicit: Et saluabo claudicātem, & eam quæ electa erat, congregabo. Nam per claudicātem & electam cuncta infirma siue impotentia cuncta stulta & ignobilia & contemptibilia, recte propheticus sermo dicitur. Saluabo (inq) & congregabo huiusmodi & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eorum, i. faciā eos laudabiles atq; nominatos illic, vbi erat sine nomine, vt videbant illaudabiles, videlicet, confundendo per ipsos, & destruendo sapientes, fortes, atq; potentes illos, quos in oculis habebatur ignobiles, & videbatur contemptibiles. Hoc (inquam) faciā in tempore illo, quo adducā vos, & in tempore quo congregabo vos, nō solum in futuro, verum etiam in praesenti seculo faciā nominatos, & inclytos illos de humilitate vocatos principes vestros, ita vt sicut ad Mosen dixit: Ecce constitui te deum Pharaonis, ita & isti dij terrae dicātur, & sint iuxta illud Davidicum: Principes populoꝝ cōgregati sunt cum deo Abrahā, qm̄ dij fortes terrae vehementer eleuati sunt. Dabo em̄ vos in nomen, & in laudem omnibus populis terrae, cum convertero captiuitatem vestrā corā oculis vestris, dicit dñs. Omnes populos terrae hic intelligimus electos de omnibus populis terrae, q; dicunt in Apocalypsi, & redemisti nos deo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione. Quos istos vel quod ob meritum, datuꝝ se promittit, eos in nomen & in laudem, cum converterit captiuitatem ipsorū corā oculis eoz. Nimirum illos quos iam diximus: Principes populoꝝ, quos labore & industria, cooperante eis dei gratia, factū est & sit, hoc ipsum quod convertitur, & converteretur captiuitas eorum corā oculis eoz, quæ videlicet, convercio captiuitatis nunc inchoata, tunc perfecta erit, quādo resurgent mortui, & constituentur a dextris, mox percepturi regnum, quod paratum est eis ab origine mundi. Magnum cōuersare captiuitatis spectaculum ipsorū, quondam captiuos, & magna præsentis admirationis felicitatis apud ipsos, recolentes magnitudinem tristitia miseriarū præteritae captiuitatis. Proinde cum dixisset, cum convertero captiuitatem vestrā, magnifice addit coram oculis vestris. Tunc isti principes, vel patres, siue apostoli, & quicquid cōvertendae huius captiuitatis adiutores fuerunt vel sunt, in nomine & in laudem, i. nominati & laudabiles essent erunt, quos audierūt, vt cōverteretur captiuitas eorum, & valde iusto ordine principes vel patres, imo & saluatores post deum illos se habere gaudebunt. Hec omnia dicit dñs, subaudiatur, qui non mentitur, & cuius omnia dicta necessario implebuntur: Coelum enim (inquit) & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

LIBRI II. IN SOPHONIAM PROPHE. FINIS.

Prologus



PROLOGVS RVPERTI ABBATIS. IN AGGAEVM PROPHETAM.

Aggæus, decimus est in ordine. XII. prophetarū. Spū sanctus q; per os prophetarū loquebat p̄fagio signari voluit noīe, vt vocaret Aggæus, videlicet, Aggæus, in scdm negotiis, q; per os eius erat locuturus. Et hoc nāc nomē Aggæus, in terptā festiūs, & magna vtq; festiuitate prospiciebat eius oculus, dñs ista loquereb, quæ nūc habemus in manibus, dū diceret p; eū dñs, pp̄lus iste, dicit: Nondū venit tps domus dñi ædificādæ, & dū iubēte dñs interrogaret sacerdotes, dicentes: Stulerit hō carnē sanctificatā in ora vestimētū sui, & tetigerit de luminitate eius panē, aut pulmentū, aut vīnū, aut oleū, aut oēm cibū, nunq; sanctificabitur, & si tetigerit pollutus in Roma. 8. iā ex oībus his, nunq; cōtaminabit. Hæc &c. h̄mōi dicta siue interrogata q; intelligit, cur scribi digna fuerint, profecto magnā & dignā sentit causam huius q;co noīs Aggæi. i. festiū. Letitia Aggi in Chri. siue dubitat, qn tale vocabulū fortius ille fuberit nutu dei, q; quos p̄scinat sanctos, & p̄de- fūi tendit: de prophetali, nūst̄ fœtitia, qualē habebat vel habere poterat cū plebe, de illa reædificatione templi manus acti, itq; cōtaminādī, itq; irrecuperabiliter arsuris. Egđem fuerit eiusdē tempi reædificationis, quā p̄s videbat, materia magnæ festiuitatis, verunt̄ non scdm se vel propter le, sed propter oīm sanctoꝝ, & angelōꝝ, & hoīm festiuitatē Ch̄m, q; futurū erat, vt reædificato tēplo, mūri quoq; ciuitatis postmodū reædificarent, & rursus ciuitas habitaret, & reædificata ciuitate rursus coalesceret in terra populus, vnde Ch̄m seruata veritate p̄missionis, quæ ad Abrahā & ad David facta, & iuramento firmata fuerat, p̄sceret. Igitur omnia quæ hic loquitur Aggæus, sic adiuvante spū sancto suscipimus, vt eum omnino in Ch̄m tendere nō dubitemus, & tunc demū nos quoq; Aggæi, id est, festiū quodāmodo dici vel esse poterimus, videlicet contemplando idipsum, quod iste contemplatus, diuīs, & utique p̄fagio vocatus est Aggæus.

RUPERTI ABBATIS

TVTIENSIS IN AGGAEVM PROPHE-

tam commentariorum liber vnicus.

N anno secūdo Darī regis, in mense sexto, in die vna mensis, factū est verbum dñi in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filiū Salachiel ducē Iuda, & Iesum filiū Ioseph sacerdotē magnum, dicit: Hæc ait dñs exercituꝝ, dicit: Pp̄lus iste dicit: Nondū venit tps domus dñi ædificandæ. Et factū est verbū dñi in manu Aggæi prophetæ, dicētis: Nunq; tps vobis ēt habitetis in dominibus laqueatis, & domus ista deserta. Primo illud operæpresū est qd sicut Nabucodonosor in sanctis propheticis scripturis Filii transmigratiōis diabolo assimilat, vel similis demonstrat, ob eam causam qua po- manū in primis parentibus de paradiso in hūc modum captiuitauit. Ita Zorobabel & Iesu filii Ioseph, & cæteri filii trāsmigrationis, q; ascendentēs de Babylone, templum & ciuitatē dei reædificauerūt, illos significauerūt patres siue patriarchas & populum, nec solū significauerūt, verum etiam pars eorum fuerunt, qui de hoc mundo tendentes ad deū, hoc meruerunt, vt de carne ipsorū nasceretur Christus, templum nō manufactum. Nam sicut Hebrei templum illud a filiis captiuitatis ædificatum est, ita Ch̄rus de patribus, cōfidentibus quod pere-

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

Iohā, 2

peregrini & hospites essent, sup terrā natus est. Vnde & corpus suū tēplū ipse nūcupauit, Solute (inquiēs) tēplū hoc, & post tridū excitabo illud. Nā hoc didebat (ait Euāgelistā) de templo corporis sui. Cū igit̄ hic ita dicit: Factū est verbū dñi in manu Agḡei propheta ad Zorobabel filiū Salathiel ducē Iuda, & Iesum filiū Iosēdech sacerdotē magnū, dicens: Hac ait dñs ex exercitu, dicens: Populus iste dicit, nondū venit tps domus dñi ædificādæ, & hoc dīcō nihil amplius addit, nisi rursus p̄missio, & factū ē verbū dñi in manu Agḡei, profecto hoc iōm ppls iste dicit: nondū venit tps domus dñi ædificādæ. Tale oportet intelligi, q̄ le nō potuisse sciri, nisi p̄ verbū dñi, quale Agḡeūs scire nō posset, nisi propheta esset, nisi ad eū vel in manu eius verbū dñi facili fuisse. Et qđ illud ē, nisi qđ hodieq̄ audim⁹ & vi-

Iudæi m^a
le negant
Coloss. 2

Gene. 49

Prouerb. 9

Iohā, 5

Hebrei
in domib^s
laqueatis

Acto. 2

Duo mala
committit
Iudei
Hiere. 2

Efa. 2

1. Eld. 3

Chrītū ad demus. Nā ppls iste notabilis, & publica captiuitate notatus & notus, ppls Iudaicus dicit; q̄a Messias nondū venit, tps ædificādæ domus dei nōdū venit. Nos aut̄ dicimus, credim⁹, propter qđ & loquuntur, q̄a tps iādudū venit, iādudū tēplū hoc ædificatū est, & in eo habi-
tat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter, & hoc de carne Mariae virginis ædificatū est. Non
(inquit) ille fuit Messias nec est, q̄ de Maria natus est, veniet alius, eū expectamus adhuc.
Dum hoc populus iste dicit, nōne sacrilegiū facit? Mēdācē q̄ppē facit p̄tārachā & p̄tārē su-
um dicēt: Nō auferet sceptrū de Iuda, & dux de fēmore eius, donec veniat q̄ mitredēs.
Si vez̄ ille dixit, imo q̄a vez̄ dixit, ybi ablatū est sceptrum de Iuda, regnātē Herode, alieni
gena, q̄ p̄e Iudām & m̄te ortus erat Arabica. Iā tunc erat aduentus Messiae, qđ tps viā
dictū est, erat domus dñi ædificādæ, de qua &c in parabolis dīctū est: Sapia ædificauit sibi
domū, scidit columnas septē. Hoc aīdāuerō cōstāt profecto, q̄a nō vane, q̄a nō absq̄ pro-
pheticā authoritatis dignitatē p̄missum est. Factū est, verbū dñi in manu Agḡei propheta-
tæ. Hac aīt dñs exercitū, dicens: Et tunc demū brevis iste sermo subiunctus est, ppls iste
dicit: Nondū venit tps domus dñi ædificādæ. In paucis q̄ppē verbis, magnū istius populi
malū signabā, qđ videlicet veniēt Chrm̄ nō suscepitur, aliumq̄ foret expectaturus. Vñ
& ipse loquit̄: Ego veniēt in noīe p̄tis mei, & nō suscepistis me. Si aliūs venerit in noīe suo, illū
suscipietis. Ecce aliud: Et factū ē verbū dñi in manu Agḡei propheta, dicens: Nung
tps ē vobis, vt habitetis in domib⁹ laqueatis, & domus ista deserta. Et hoc nīmīḡ qđ aīt: Nū
qđ vobis tps ē, vt habitetis in domib⁹ laqueatis, & dom⁹ ista deserta, tā magnū ē, & tam
gnifice intelligi debet, vt dignū sit verbo dñi, & ore prophetali, qm̄ ædificādæ est p̄missa tali
enuntiatiōe, & factū ē verbū dñi in manu Agḡei propheta. Et reuera magnū & magna
est stultitiae mēdaciō, qđ ppls iste, cō dicit: nondū venisse tps ædificādæ domus dñi, con-
fedit nihilominus tps sibi esse, vt habitet in domib⁹ laqueatis, i. cū Chrm̄ ne get venisse, ni
hilominus afferat paradisi vel regni dei mālitiones iā a patribus possideri, & sibi hāreditatiē
illā oīno deberi. Veritas em̄ ita se habet, qđ nulli regni cœloꝝ aditus patere potuisset, nisi p̄
aduentū Chri, & qđ nō sit in illo aliquo salus, aut aliud nomē sub cœlo datū hoīibus, in quo
oporteat nos saluos fieri. Interroga Iudæū, in quo vel vnde cōfidat saluari, vel paradisi
ingredi, si Chrs nondū venit. Et r̄ndet tibi, q̄ per Abrāhā, vel p̄ iustitiā sua factū sit apus
regno dei. Ergo sinḡ prophetā domus ista deserta, i. aduentus Chri nulla est ḡa, nulla est
vitilitas. Vt qđ enim Chrs promissus fuit, aut venire debuit, si absq̄ aduentus eius homo
per iustitiā sua saluari potuit? Iḡif vnde apud Prophetā arguit ppls iste, dicens: Duo ma-
la fecit ppls meus, me dereliquerūt fontē aquāe viuāe, & foderūt sibi cisternas, quae non
valent aquā continere. Inde & hic arguit ænigmatice, dicens: Populus iste dicit: Nondū
venit tps domus dñi ædificādæ, & nunq̄d vobis tps est, vt habitetis in domib⁹ laqueatis,
& domus ista deserta. Vnum quippe malum est, negare Chrm̄ venisse, aliud domos sue
mansiones regni dei sibi vel patribus suis arrogare, & ad hoc, vt in illas mansiones induc-
rent sancti, aduentū Chri nō necessariū reputare. Sc̄iēdūm aut̄ propter istā domiū non
manufactam propter incarnationē verbi dei filij dei futurā, reædificationem illius manus
facte domus fuisse necessariā. Si em̄ domus illa & ciuitas reædificata, & gens restituta nō
fuisse, vnde promissio vel aduentus Christi, vel propositum eius adimpleret, præsentū cū
per alios prophetas dixisset: Quia de Syon exhibit lex, & verbum dñi de Hierusalem. Vnde
& si tunc tps non intelligebant, quae nunc in istis propheta verbis intelligimus, at tam
non nihil conferebat ipse carnalis sensus, quo eadem verba intelligētes, ad ædificādā dos-
mum illam accendebant. Vnde & in libro Esdræ scriptum est: Et non siebat opus vñq̄ ad
annū

IN AGGEVM PROPHE. CAP. I.

Fo.CXCIX.

annū secundū regni Darj regis Persaḡ. Prophetauerunt aut̄ Aggeus propheta & Za-
charias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa & Hierusalē, in nomine
dei Israēl. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosēdech, & ccepe-
runt ædificare templū dei in Hierusalē, & cū eis prophetas dei adiuuantes eos. Verunta-
men qđ populus ille tunc temporis dixerit, nondū venit tēpus domus dñi ædificandæ, ex 1. Eld. 3
eadē scriptura Esdræ non cōprobatur, imo omnis, inquit, populus vociferabatur clamō-
re magno in laudando dñm, eo q̄ fundatū effet templum dñi. Hoc tamen quibusdā corū
discebat, & flētū incutiebat, quod minus siebat q̄ fuerat. Siquidē, vt Iosephus quoq̄ Iose, de an-
ticipin, cū suissent altitudinis cubitorū centum viginti, reædificatū est in altitudine cubis tī. lī. c. lī.
torum sexaginta excepto Darj, quod tandem Herodes in antiquā magnitudinē reforma-
uit. Plurimi, inquit Esdras, de sacerdotibus & leuitis, & principes patrū & seniores, qui vis-
derant templū priusq̄ fundatum esset, & hoc templū in oculis eoz, flebat voce magna
& multi vociferantes in lætitia eleuabant vocē, nec poterat quisquam agnoscere vocē clā-
moris latentiū, & vocē fletus populi. Vnde ergo secundū literam dictum est constabit, Mystic⁹ seta
Populus iste dicit, nondū venit tempus domus dñi ædificandæ. Igit̄ quomodo cunq̄ sus hic po-
tius res sese habuerit, nos, vt cceperimus, sic intelligere curemus, tanq̄ verbū domini, tanq̄ tūs attens⁹
prophetā tendentem quo omnes prophet̄ intendunt in tempora vel sacramenta Christi
litera. Sequitur. L Et nunc hæc dicit dñs exercitū. Ponite corda vestra super vias veſtras. Se-
minatis multū, & intulitis pag. Comedistis & nō estis satiati. Bibistis & nō estis inebriati.
Operistis vos & non estis calefacti. Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculū
pertulū. J Et hæc vt litera sonat, non facile probantur ex historijs, quia videlicet quod
intermissum est opus, & non siebat vñq̄ ad annū secundum regni Darj, hoc egerunt ho-
stes Iudæ & Beniamin, quia conduxerunt aduentus eos consiliatores, vt destruerent cōs. 1. Eld. 4
siliū eoz oībus diebus Cyri regis Persaḡ. Si inuitu populo dei opus intermissum est, quo
modo illa intermissione pro criminē reputatur ei, & vindicatur in eum sterilitate terræ, & de-
fectu potus atq̄ ciborum, & calefactionis sue vestiūm? Itaq̄ sicut iam dictū, quomodo
cunq̄ tunc se res habuerit, spiritualiter, vt cceptum est, intelligere curemus verba spiritus
sancti. O Iudæi, qui in vñq̄ peccatis, & in eo quod dicit, nondū est tempus domus do-
mino ædificandæ, quod est dicere, nondū est tempus aduentus Christi. Et in eo quod ha-
bitare præsumitis in domib⁹ laqueatis, domus aut̄ ista deserta, quod est confidere in ope-
ribus legis, tanq̄ Christi gratia vobis ad salutem non sit necessaria. Ponite corda vestra
super vias veſtras, considerate diligenter operationes sue actiones veſtras. Deniq̄ hoc pa-
co sic vobis contiḡit, sicut illi qui leminauit multū, & intulit parū, & sicut illi qui come-
dit, & non est saturatus, sicut illi qui bibit, & non est inebriatus, sicut illi qui operat se, & nō
est calefactus, sicut illi qui mercedes congregauit, & misit eas in sacculū pertulū. Semina-
tis quippe multā salutem, nam salus ex Iudeis est, sed intulitis parū, quia videlicet quic-
quid ex patribus habere potuistis, parū est, imo nihil conferit non suscipientibus semen be-
nedictionis Christum. Comedistis & non estis satiati, quia videlicet paleam sectantes li-
terā occidentis, non attigistis granū spiritus vivificantis. Bibistis & non estis inebriati, q̄a lu-
gentes non intellexistis, nolementes interesse nuptijs dominicæ incarnationis, ybi de aqua vi-
num sit. Operistis vos, & non estis calefacti, id est, p̄cūlatis nominibus patrū, & sacerdotio
legis adornati, & exteriori religione vestiti, nihilominus q̄ gentes frigidi permanistis, nō
habentes dilectionē dei in vobis. Et qui ex vobis mercedes congregauit, i. qui aliqua ope-
ratus est secundū præcepta legis, sic perdidit, quomodo qui mercedes misit in sacculum
pertulū, quia profecto absq̄ fide Christi, nihil opera prosunt. L Hæc dicit dñs exercitū
im̄: Ponite corda vestra super vias veſtras, ascendite in montem, portate lignum & ædifi-
cate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit dñs. Cum iam domus ista, quā
dicimus domus vel templum corporis, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo di-
uisinitatis, ædificatum sit, quomodo adhuc dicitur vel dicendum est populo isti ex imperio
dñi exercitū, ascendite in montem, portate lignū, & ædificate domum? Quomodo, in-
quam, nō ac si dicatur, credite venisse Christū, credite in crucifixum, credite illum resurre-
xisse, & ascendisse in cœlū. Deniq̄ illi quidem primi ædificauerunt hanc domū, qui pro-
missiones acceperūt, & ex quibus ipse Chrs est secundū carnē, sed nos quoq̄ posteriores,
quoties

Johā. 4

2. Cor. 3

Coloss. 2

Roma. 9

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. I.

quotiescum p̄dicamus vel recitamus librū generationis eiusdē Iesu Christi filij David, Mons Chri filij Abrahā, & in summo eiusdē generationis vertice Iesum qui de Maria natus est testi flus. Danie,² sicutur esse Christū, profecto ascendimus in montē, qui iuxta visionē Danielis impluit orbem terrarū, & inquantū vel ipsi credendo vel alijs p̄dicando credentū facimus crescerē numerū, in tātū portamus lignū, & edificamus domū, & h̄m̄ dī adificatio sue domus acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit dñs. L. Respexitis ad amplius, & ecce factū est minus, & intulisti in domū & exufflati illud. Non facitis o Iudæi quod mandauit vobis, vt optetis iustificari per fidem Iesu Christi, sed respexitis ad amplius, i. voluistis iustificari ex operibus, quas opus vestrum sit amplius, q̄ fides eius, & ecce factū est minus, qd ex eo satis patet, quia quisquid ope & intulisti in domū, exufflati illud, & dispersum est, si cut exufflante aliquo dispergitur puluis exiguis, & vos quoq; cū operibus vestris eadem exufflatione in omnes gentes dispersi estis. L. Quā ob causam dicit dñs exercitū. Quia dominus mea deserta est, & vos festinatis vnuſq; in domū suā, propter hoc prohibiti sunt super vos cœli, ne darent rōrem, & terra prohibita est ne daret germen suū, & vocauit factū tatem super terrā, & super montes, & super triticā, & super vīnū, & super oleum, & quācūq; profert humus, & super homines & super iumenta & super omnē labōrē manū. Hæc (vt supra diximus) secundū literā accidit, difficile ex historijs comprobatur, videlicet qd populus dixerit, nondum venit tēpus domus dñi adificandæ, & quod idcirco prohibiti sunt cœline darent rōrem, & terra ne daret germen suum. Nam vi Esdras memorat & diligenter denarrat, cum alacritate magna opus faciebat simul laudantes dñm, & concionentes in hymnis & confessione, quoniam bonus, qm in æternū misericordia eius super Israel, donec per accusationē hostium Iudæ & Beniamin actū est, vt opus intermitteretur vt iam supra meminimus. Non ergo causa manifesta est, cur ex diē qua opus intermissionē est, sterilitas terræ vel siccitas iuste illis accidere debuerit, nisi quod satis credibile est quia prohibiti adificare domū dñi, nimis citio prohibentibus acquiecerunt, & circa adificatiō nem domus dñi negligētes atq; scordescētis effecti sunt, gaudentes, qd per hanc occasionem vacaret cuiq; suā domū adificare ad habitandum. Cœptū quomodo cœptū tunc actū sit, nos Aggeum prophetā esse scimus vnu de prophetis, per quos vnu locutus est spū sanctus, & idcirco sub verbis, quibus p̄sentis excitabantur & cōfortabant, mysteria futura & propheticō more illum signasse nō dubitamus. Cœpto, igitur modo persequamur. Quā ob causam dicit dñs exercitū, vobis respicentibus ad amplius, ecce factū est minus, & cum hoc ipsum inferretis in domū, exufflati illud. Quā ob causam odi & proieci festinantes vestras? Videlicet quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnuſq; in domū suā, i. qd vos nō quæreritis iustificari per Christū, cuius solū corpus iustitiae domus est, & totius diuinitatis templū, & eius iustitiae non subiecti, festinatis vnuſq; statuere iustitiam suā. Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rōrem, prohibiti sunt apostoli apud vos perdere sermonē, & terra, si ecclesia per orbē terrarū diffusa prohibita est dare germen suū, prohibita est vobisingerere euangelium, non qd debeat salutē vestrā cupere, sed qd non valeat nolentibus vobis ad salutē proficerē, & vocauit siccitatē. Et sicut per alii dicit prophetam: Nubibus mandati, ne super vos quondam veneam mē pluant imbrē. Sequitur. Et audituit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Isedech, sacerdos magnus, & omnes reliqui populi, vocem dñi dei sui, & verba Aggei prophetæ, sicut misit eum dñs deus vobis ad ipsos, & timuit populusa facie dñi. Et dixit Aggeus nuncius dñi, de nuncis dñi, populo dicens: Ego vobiscū dicit dñs. Et suscitauit dominus spū Zorobabel filius Salathiel ducis Iuda, & spū Iesu, filii Isedech sacerdotis magni, & spū reliqui de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercitū dei sui, in die vicefimiliā quartā & quartā mēsiā, in sexto mēse, in anno secundo Dārī regis. Manifestus non est immorandū, Veruntamen hic non prætereundū, duos homines Zorobabel & Iesus sacerdotē magnū qui templū illud manufactū reædificauerunt quoddā exemplar extiisse omniū, qui tēpli non manufacti, scilicet corporis Christi fidē suscepérū, suscipiēt & suscepserū sunt. Deniq; alter illo, videlicet Zorobabel filius Salathiel, qui filius Iechonite fuit, de tribu erat regali, Iesus vero filius Isedech sacerdos de stirpe sacerdotali. Nōne & oēs, qd ad spūale tendunt vel pertingunt, templi non manufacti corporis Christi, & sacerdotis & regis

IN AGGEVM PROPHE. CAP. II. Fo. CC

¶ Gregis sacerdotes & reges sunt: Vos aut (inquit Petrus) genus electū, regale sacerdotiū. ¶ Petrus Apoc. 1. Et in Apoca gratiarū actionis ipsoꝝ vox ista est: Fecisti em̄ nos deo nostro regnū & sa- Mysteriū pueri ſacerdotes. ¶ Sed & hoc qd in sexto mense ingressi sunt, & faciebant opus in domo dñi, propter ipa perfectione numeri senarij reminisci nos facit, quo d̄ angelus ad Mariam dixit, vbi in senarij. Lucæ 1. grediebatur in vterū virginis verbū deus, sapientia dei, domū de carne eius mox adificata, tūc. Et hic mēsis est sextus illi, quae vocatur steriliſ. Forte & hic mēsis sextus anni se- curdi Dārī, quo ingressi sunt, & faciebant opus in domo dñi, & illuc mensis sextus a cōcep- tione Iohānīs, quo cōcipientē virgine de spū sancto, inchoato est templū corporis dñis. cōceptore delectat propter perfectionē (vt ī dīctū est) numeri senarij, qui cōstat ex parti- bus suis. Est em̄ dimidiū eius ternarius, tercia pars binarius, sexta vīnitas, qd videlicet partes simul iunctāe senarij perficiunt. Eiusmodi numeros, qui valde rari sunt, arithmeticī perfec- tōs dicit. Ex ipso igitur numero cōmoniti, libēter hic quoq; p̄dicamus, qd perfectius in- tecūcta opera mūdi nihil est tēplo corporis Christi, qd adificatiū est in absolutione capti- uitatis generis humani secundū typū tēpli illius manufacti, qd adificatiū est in absolutione captiuitatis populi dei qui de Babylone rediit. Sequitur. L. In septimo mēse, vicefimiliā & pri- ma mensis factū est verbū dñi in manu Aggei prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filii Salathiel ducē Iuda, & ad Iesum filii Isedech sacerdotē magnū, & ad reliquos po- puli dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit dominum istā in gloria sua primā & quid vos videtis hāc nunc? Nunquid nō ita est, quasi nō sit in oculis vestris & nunc cōfortare Zorobabel dicit dñs, & confortare Iesu fili Isedech, sacerdos magne, & cōfortare omnis populus terræ, dicit dñs exercitū. Verbū quod p̄epiḡ vobiscū, cum egredieremini de terra Aegypti, & spū meus erit in medio vestrū. Nolite timere, quia hāc dicit dominus exercitū. Adhuc vnu modicum est, & ego cōmouebo cœlum & terrā, & mare & ari- dam & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domū istam gloria, dicit dominus exercitū. Meum est argenti & meum est auræ, dicit dominus exercitū. Magna erit gloria domus istius nouissima plus q̄ primā, dicit dñs exercitū, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercitū. T. Totum hoc capitulū simul posuit, vt quoniam per se satis patet literalis sensus, totius ad delectationē latentis in ea my- steriū diligēs pertingat animus. Nimirū quādo (vt supra iam dīctū) monuimus, fundatum est tēplum dñi. Plurimi (inquit Esdras) etiā de sacerdotibus & leuitis, & principes patrū, & seniores, qui viderāt templū ante q̄fundū esset, & hoc in oculis eorum flebāt voce magna, & multi vociferantes, in lætitia elevabant vocē suā, nec poterat quisquam agnoscerē vocē clamoris lætantū, & vocē fletus populi. Causa hāc fuit, vt diceret dominus. Quis in vobis est derelictus, qui vidit dominum istā in gloria sua primā & quid vos videtis hāc nunc? Nunquid nō ita est, quasi nō sit in oculis vestris? Flebat em̄ fere tēplū, dimidio minus q̄ fu- erat prius. Hoc prospiciens sive intendēs, magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus q̄ primā dicit dñs exercitū, & in loco isto dabo pacem, i. peccatorū remissiō dicit dñs ex- exercitū. Equidē Herodes tēplum illud, qm̄ erat priore minus, depositū, & in antiquā ma- gitudinē reformauit, multis & magis adificiōs decorauit, sed hoc nunq̄ dñs exercitū. P. in antiqui- ty, cā, fin. gloria reputare sit dignatus, qd homo funestus, rex impius operatus est exæquari vel etiā p̄ferri cōtendens regi magnē opinionis, & sapientissimo Salomonī. Gloria illa, gloria vera fuit loco vel tēplo illi, qd in eo deus homo factus, offerri est dignatus secundū cōsuetudinē legis dīcētis: Quia omne masculinū adaperiēs vulnū, sanctū dñō vocabitur, & qd in illo lo- co, in ciuitate illa, ante portas vrbis pro omni mūdo crucifixus, pacē, i. peccatorū remissiō, nō dedicēt creditib⁹, & his q̄ prope erāt Iudeis, & his q̄ longe erāt gentibus. Nunc illud di- cere libet, qd quoq; in oculis domus q̄ fundebatur, sic erat quasi nō esset, qui viderāt illā in gloria sua prima, flebāt voce magna, vociferatibus in lætitia iunioribus, q̄ priorē illā nō vi- derant, nonnullā similitudinē p̄stulerunt eorum, qui tēpore euangelicā p̄dicationis credētes, ex circuncisione grandē excitauerū tumultū, & eos qui crediderūt ex gentibus, turbauerūt, sicut habemus in actibus apostolorū. Domus quippe nouissima sic erat, quasi nō esset in oculis eorum, in cōparatione eius, quā prius viderunt. i. fides Christi, & ritus sacrificiū no- ui, sacrificiū veri, cuius ipse Christus author est, sacerdos in æternū, secundū ordinē Mel- chisedech, non valere ad salutem illis visus est, nisi circumcidērentur, & omnem obserua- rent morem, quem tradidit Moses. Sed quid dicit sermo propheticus. Et nunc cōfortare 1. 2. Zoro-

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

Zorobel, dicit dñs, & confortare Iesu fili Isodech sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dñs exercituū, & facite qm ego vobiscum sum, dicit dñs exercituum. Sicut dixit, ita factū est, qm̄ confortatus est omnis in quo erat dñs exercituum, sp̄s paracletus etenim discipuli gaudio & cōsolatione sancti sp̄s replebantur, & in eo q̄ quod die crescebat & augebatur credentū numerus, fiebat quotidie, & fiet vsc̄ in fine leculi, quod dictū est, magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus q̄ primæ. Eiusdē gloria summā erit illud quod ait: Adhuc vnū modicū, & ego cōmouebo eccl̄ū & terra, & mare & aridā, & mouebo oēs gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Magna erit illa motio, glorioſa erit illius desiderat̄ visio. Hinc ipse dicit: Et erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terris pressura gentiū p̄r confusione sonitus maris & fluci uū, arescentibus hominibus p̄r timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nā virutes corporis mouebuntur. Et tunc videbunt filiū hominis venientem in nubibus cū potestate magna & maiestate. Et tunc sine dubio plena & perfecta erit gloria domus huius nouissima Christi & ecclesiæ. Proinde cū dixisset, & véniet desideratus cunctis gentibus, ita subiunxit, & implebo domū ista gloria, dicit dñs exercituum. Interim gloria nōdū perfecta est, ga gloriāmūr (inquit A postolus) nondū in re, sed in spe gloriae filiorū dei. Ibi erit plenus fidei, fructus, quia sp̄ualiter egressi sumus de terra Aegypti, credētes in Christū, & sp̄s sancto in baptismate signati, hoc ipse promittēs, verbū, inquit, quod pepigī vobiscū, cū egredere minis de terra Aegypti, & sp̄s meus erit in medio vestrū. Videbitis sicut est, videbitis facie ad faciē, evacuato qd ex parte est. Quod toties repetit, dicit dñs exercituum, nullū legenti vel audiēti parere debet fastidiū, immo facere attēntū, docilē & benculō auditōre, viseniat magnā ēē quā audit, & dignā promissōre deo remuneratiōnē. L In viceſima & quattuor noni mēsi in anno ſecundo Darii regis, factū est verbum dñi ad Aggeum prophetam, dicens: Haec dicit dñs exercituum. Interroga sacerdotes legem dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vēſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panē aut pulmentū aut vinum aut oleum, aut omnē cibū, nunquid sanctificabitur? Respondentes autē ſacerdotes, dixerunt: Non. Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus hiis, nunquid contaminabitur? Et responderunt ſacerdotes, & dixerunt: Cōtaminabitur. Et reponit Aggeus, & dicit: Sic populus iste, & ſic gens ista ante faciem meā, dicit dñs, & ſic omnis opus manuum eoz, & omnia quæ obtulerint ei, contaminata erunt. Ecco, hic tertio factū est ad Aggeum verbum dñi, pulchrum & delectabili fidei myſterium, ſua interrogatiōne innuit, quod nō niſi fideliſ & euangelicæ gratiae ſtudioſ ſanctificari posſit. Deniq̄ prima reſponsione qua interroganti dñs, ſue prophetæ, ſi tulerit homo carnem ſanctificatam in ora vēſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panē aut pulmentū, aut vinum, aut oleum, aut omnē cibū, nunquid ſanctificabitur? Respoſdent ſacerdotes dicētes: Non. Convincentur & iudicantur ex ore ſuo Iudei cū ſacerdotibus ſuis, q̄ ex lege non poſſunt iuſtificari. Quis em̄ fuit homo, qui ſanctificatā carnē abſconditā, & colligat̄ tulit in ora vēſtimenti ſui, niſi Moſes, qui ſacraficiat carnis & paſſionis Christi ſacramēta ſub velamine legis abſcondit⁹. Hoc deniq̄ eft, qd in ſancta eccl̄ia vbiq̄ p̄adicitur, qd in omnibus eccl̄ijs A postolus & omnis docet diſcipulorū Christi chorus, ga quicquid cérémoniay in immolatione agni paſchalisi, & in cæteris Moſes tradidit aut ſcripſit, typus fuit ſalutifer paſſionis Chriſti. Itaq̄ dare legē eiusmodi ſine dubio carnē ſanctificatā fuit ferre in ora vēſtimenti, & eiusdē legis litera, populū in cibis & potibus inſtruere. Hoc fuit de ſummitate vēſtimenti panē aut pulmentū, aut vinū, aut oleū, aut omnē cibū tangere. Sed nunquid ſanctificabitur quippiā talū tactū de ſummitate vēſtimenti, cuius in ora caro ſanctificata portat? Nō inquit ſacerdotes legē ſcītēs, & qd dicunt ven̄t̄ eft. Igitur nec vos o Iudei, nec patres vēſtī de lege ſanctificati eftis, q̄a quid eft lex, niſi vēſtimentū aut pāni, cuius in ora caro ſanctificata, caro Chriſti portatur. i. figuraſt̄. Secūda respōſione, qua interroganti dñs, ſi tetigerit pollutus in aia, ex oībus hiis nunquid cōtaminabitur? ſident ſacerdotes & dicit: Cōtaminabit, ſine dubio cōuincunt & iudicant ex ore ſuo Iudei cū ſacerdotibus ſuis q̄a immodi ſint, vt cōtaminet oīs homo, quicquid cōmunicat eoz cérémoniis. Quis em̄ eft pollutus in aia, i. in morte hominis, niſi Iudaicus populus, q̄ mediatorē dei & hoīm Iesum Chriſtu occidit, & eundē nūc iſte blaſphemare non definiſt. Igitur ſic, inquit, populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meā dicit dñs, ſubaudit, non eft ſanctificatus ex lege, quā Moſes dedit.

Lucas 21.

Roma 5.

I. Joha 3.
I. Cor. 13.

Ex lege iuſtificatio non eft.

Cerimo-
nia legi-
ſa figura
Christi.

Iudei in
anima pol-
luti.

I. Timo. 2.

IN AGGEVM PROPHE. CAP. II.

Fo. CCI.

Sicut nō ſanctificatur panis aut pulmentū tactū de ſummitate vēſtimenti, cuius in ora caro ſanctificatā homo tulerit, & ſic omne opus manū eoz, & omnia quæ obtulerint ibi, vi delicit in synagoga, vel cētu ſuo, vbi in anima, i. in morte polluent Chriſti, cōtaminata erūt ſicut iam dudū per Eſaiā dixit: Ne afferatis ultra sacrificiū fruſtra. Incēſum abominatio eft Eſaiā, mihi, Kalēdas vēſtras & ſolennitatiē vēſtras odiuit anima mea. Sequitur. L Et nunc ponite corda vēſtra a die hac & ſupra, anteq̄ ponereſt lapis ſuper lapidē in templo dñi, cū acceſſeret ad acerū viginti modioz, & fierent decem intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaſinta lagenas, & fierent viginti. Percuſſi vos vento vrente, & auragine, & granate omnia opera manū vēſtræ, & nō ſuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit dñs. Ethoc, vt litera ſonat, ex historijs demonstrare nō poſſimus, quod propter dilationē, ſi ne intermissionē operis domus dñi ſic euenerit, queadmodū dicit: Percuſſi vos vento vrēte, & auragine, & grandine, omnia opera manū vēſtræ, & quod tunc tēporis ita duri, & io malo pertinaces fuerint, vt inde loquatur tanta conqueſtione, & nō ſuit in vobis qui reuerteretur ad me. Ergo potius huc reſpiciamus, quo nos mittit, dicendo, ante haec, & ſic omne opus manū eoz, & omnia quæ obtulerint, ibi contaminateda erunt. Quo enim mittit nos dicendo, ibi, niſi ad haec tempora, vbi fine dubio pollutus eft ludæus in anima, ſicut iam dixit, in morte Christi Iefu, quem occidendo factus eft homicida, & idcirco cuncta quæ offert, ſunt contaminateda. Ibi dē propheſia ſp̄m iſta quoq̄ non dubitemus dicere, & in hoc dicto perſeueraſe vſq̄ hodie. Et nunc, inquit, ponite corda vēſtræ a die hac & ſu praantequā ponereſt lapis ſuper lapidē in templo dñi. Dies, antequā ponatur lapis ſu per lapidē in templo dñi, omne tēpus eft, qd nunc pterit, anteq̄ velint ludæi ſuperēdificaſi, tāq̄ lapides viui, in domo vel templo, quod eft eccl̄ia Christi, quod futu⁹ eft, cū plenitudo gentium ſubintrauerit, vel ſuperēdificata fuerit. Culpa incredulitatis eoz, propter quā omnia quæ offerunt cōtaminata ſunt & erunt, qdū fuerint ibi, ſcilicet in pollutione, qua in anima eius quæ occiderunt ſunt polluti, culpa inquā incredulitatis eoz pulchre & ſubtiliter innuitur his verbis mysticis. Cū accederetis ad acerū viginti modioz, & fierent decē, intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaſinta lagenas, & fierent viginti. Quan viginti modio em̄ ludæi acceſſerunt ad acerū, & ad torcular intraretur, niſi quando Christi de ſe dixit Chriſtus, metiſis progenit̄, prædicante audierunt, moriendo viderunt: Ipſe eft em̄ acerū moſtus eft, diq̄ viginti, qui numerus binarius decenus eft, quia videlicet nō vnius tantū, ſed geminat ſubſtitutus eft, non homo tñm, ſed deus & homo eft, & eccl̄ia quoq̄ eius acerū eft, ſicut idē dicit ipſe in Caticis: Venter tuus ſicut acerū tritici vallatus lilijs, ſed nō dicit, q̄ acer Cant. 7 uisile viginti modioz eft. Iste ſolus viginti modioz acerū eft, quia (ſicut iā diximus) genitrix ſubſtantia eft, deus & homo eft. Sed vos ludæi, cū intraretis ad acerū huiusmodi, Mors Chriſtus modioz viginti factū ſunt decē modij, dimidiūq̄ vobis perit, quia non deū & hoſtis torcular minem, ſed tantū hominē attēditis. Item mors vel paſſio eius torcular extitit, vnde & pro Eſaiā, 63. fut. pheta alijs proſpiciens eū, ait: Quare ergo rubrū eft in diuinentū tuū, & vēſtimenta tua ſicut calcantū in torculari. Et ipſe respondēs: Torcular (inquit) calcaui ſolus. Hoc torcular Leui. 28. quinquaſinta lagenas, id eft, peccatoz remiſſionē facit. Numerus nāq̄ iſte, ſcilicet quinquaſimus, remiſſionē ſignificat ſecondū legē, quæ anno quinquaſimo remiſſionē ſacravit, vnde annus iubileus, i. dimittēs dicitur. Sed vos o Iudei cum intraretis ad torcular eūmodi, torcular lagenas, quinquaſinta factæ ſunt vobis lagenas viginti, q̄ numerus lōge eft a numero quinquaſimo numero remiſſiois. Plus q̄ dimidiū vobis defecit. Nā toto tūq̄ dū erat reponēdū, tres vobis partes defuit, & tantūmodio duæ ſuſceptae ſunt. Quinq̄ partes ſuſcipi debuerunt, quæ ita totū perficiunt ſicut quinq̄ decades in quinquaſinta ſur- gunt, & ſacratū faciūt iubileū. Quānā ſunt duæ partes quas ſuſcepitiſ? Videbat natū ex Maria, paſſumq̄ vel mortuū, q̄ uis peruerso corde nō ignoratis. Que ſunt treſ parties quas partib⁹ du omiſſiſis? Niſi resurrexiſſe, in cēlū ascendiſſe, atq̄ ad iudicandū viuos & mortuos veniā, tāq̄ ſuſcep- tis, eſſe nō creditis. Nō iſgitur ignoretiſ, aut ſcire vos diſſimuletiſ cur dñs dixerit, q̄ omne receperunt ſuſcep- tis ſanctificata ſunt vobis lagenas, & oīa q̄ offertis cōtaminata ſunt, ſicut ſecondū legē cōtaminat omne Iudei. q̄ pollutus in aia tāgit. Nā iſta cauſa eft, q̄ vos accelfiſſis ad acerū viginti modioz, & de cem feciſiſis, i. Chriſtū & deū hominē p̄eſentē habuifitſ, & hoīm vidētes, deū ex operi bus cognoscere noluitiſ, q̄c̄q̄ intrastiſ ad torcular, & de quinquaſinta lagenis viginti ſeciſſiſ ſuſcep- tis partib⁹ de toto relictis, tantumq̄ duabus ſuſcep- tis, i. verūm hominem, & vere mortuū

15 mortuū

COMMENT. RUPERT. ABBATIS LIB. II

mortuum experti, viatorē esse mortis, ascensōrē esse celi, iudicē esse venturę seculi non accipitis. Quod deinde subiungit, per cūsi vos vento vrente, & aurungine & grandine, omnia opera manū vestrā, & non sicut in vobis, qui reuerteretur ad me, hoc est qđ nūc vsc̄ videmus, q̄a miserabile passi excidiū, cū ceciderunt in ore gladii, ciuitate & templo sua gratis, & qui superfuerūt captiuū duci in oēs gentes, veracē ipium esse sciunt, qui pdixit, fere nullus est qui ad eū reuerti velit, dura certuice, & corde indomabili. Sequitur. Ponite corda vestra ex die ista & in futurę, a die vicefima & quarta noni mensis, a die qua fundamēta facta sunt templi domini ponite super cor vestrum. Quamuis dixerit, & verum dixerit, & non sicut in vobis qui reuerteretur ad me, tamē quia futurę est, vt reliquiae convertantur ex eis, videlicet cū plenitudo gentiū subintroierit, adhuc hortat & dicit, Ponite corda vestra, &c. Porro in eo q̄ ita dicit, ex die ista, & in futurę a die vicefima & quarta noni mensis, a die qua fundamēta facta sunt tēpli dñi, ponite super cor vestrum, nullū diē libenter intelleixerim, q̄ diē nativitatis eius, de quo agitur, dñi nostri Iesu Chri, tēpli vtiq̄ dñi, tēpli nō manufactū. Nā die vicefima & quarta noni mensis, s. Decembri, ille enim Romanis quidē a Martio decimus est, sed Iudaeis nonus, ab A prili, qui secundū legē primus illis in mensib⁹ anni est, die (inquit) vicefima & quarta noni mensis, i. Decēbris. Chfs de virginea natus est, scilicet octauo Calendas Ianuarij. Media nocte natus est, & illa nox erat pterea diei, q̄a nō ita vt nunc a resurrectione eiusdē dñi, nox tunc pcedebat diē, sed dies noctē. Igitur diē quā hic dicit diē nativitatis illius libentissime intelleixerim, q̄ videlicet dies apud Romanos quidē per oēs annos vicefima quarta est mensis Decembri, apud ipsos aut ludeos, quia secundū lunā computat menses, nō per ornēs annos, sed tertiodécimo dumtaxat an nos lunaris cycli, itidē vicefima quarta est eiusdē mensis. Ex die ista (inquit) & in futurum quo Christo nascente fundamēta vtiq̄ facta sunt tēpli corporis eius sacrosancti, & inde per succedētes dies & annos aedificatū est, proficiendo sapientia, aetate & gratia apud deum & homines. Ponite corda vestra, cōsiderate q̄ & quanta facta sint magnalia, quāta vobis non credentibus mala, quanta credentibus prouenerint bona. Quae sint illa bona, si quasi nescientes quereretis, iam dicam. Nunquid iā semen in germine est, & adhuc vinea & fucus, & malogranati & lignū oliuæ nō floruit? Ex die ista benedicā. Interrogando vthēmē rius affirmat illud, vnde nemo dubitat, quia videlicet mēse nono, mense Decembri, qui (vt iam dicitū est) ab A prili nonus est Hebreis, semen in germine nō est, nec enim hoc téporis natura fert, nec vinea, nec fucus, nec malogranatum, nec lignum oliuæ florescit. Sic nimirū, qñ natus est Christus fere nusquā erat semen in germine iustitiae aut flos sanctitatis, ita vt in vinea vel fico & malogranato, & ligno oliuæ, per quā intelligimus iustos homines, posset parere. Quomodo illo tépore anni, quo & Chfs natus est, intrinsecus latet, quicquid viroris est in germine, vinea, fico, & malogranato, seu ligno oliuæ, frigore cuncta cōstringē, ita quicquid in paucis hoībus erat, iustitiae supprimebatur. Herode impio regnante, propter quē vel maxime nō erat tutū, vel iam sciretur q̄ de spū sancto impregnata fuisset vtriginta Mariae, quippe cū nec loqui quisq̄ auderet manifeste de Meflia. i. Chfs, q̄ tēpus aduentus eius existaret, eo q̄ regnante alienigena sceptru de Iuda & dux de femoribus eius ablatus esset. Igitur prophetali intuitu in illius diei vel téporis cōsideratione positus. Nunquid (ait) iā semen in germine est, aut lignū oliuæ subauditur non, statimq̄ subiunxit. Ex die ista benedicā. Ponite corda vestra, ite, dico, ponite cor vestrum, & vide te quia ita est. Nā ex illa die me benedicē, semē in germine apparuit, vinea, fucus, & malogranatum, & lignū oliuæ floruit. i. oīs iustitiae fructus & decus crescere & proficere coepit. Primo in pars, vīs innocētibus, q̄s funestus Herodes occidit, q̄uo pietas germinauit, q̄uo lignū oliuæ floruit. Per totū orbē, quidā paradisi spūialis, lilijs castitatis & rosis coepit vngue martyris, tantūq̄ fructū exuberavit vsc̄ nūc, & exuberabit vsc̄ in finē seculi, vt bene decuerit diū cere dñm deum ad gloriam suā, ex die ista benedicā. Sequitur. Et factū est verbum dñi secundo ad Aggeum in vicefima & quarta noni mensis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo ccelū pariter & terrā, & subuertā solū regnum, & cōtra fortitudinē regni gentiū, & subuertā quadrigā & ascensorē eius, & descendēt equi & ascensores eius, & vir in gladio fratris sui. Zorobabel dux filioī Iuda, qui tēplū reædificauit noī forores eos & vir in gladio fratris sui. Zorobabel dux filioī Iuda, qui tēplū reædificauit noī & oīe, & in ipso principatu suo similitudinē gessit dñi nostri Iesu Chri, sicut & multi iusto rū vel prophetas, quēadmodū ipse dicit: Et in manu prophetarū meoī, assūlūtus sum.

Nomine

IN AGGEVM PROPHE. CAP. II. Fo. CCII.

Nomine, q̄a Zorobabel interptaf natus in Babylone. Et q̄s in Babylone tā insigniter est natus, q̄ ille, q̄ cum in forma dei eēt, semetipm exinanituit, venies in hunc mundū q̄ vere eēt Babylon in similitudinē hoīm factus, & habitu inuētus vt hō, ob hmoī causam vt solueret captiuitatē nostrā, vt sicut Psalmista cecinerat: Ascēdēs in altum captiuā duceret captiuā iē. Operē, q̄a manus eius fundauerunt domū illā manufactā, & manus eius perfecerunt eā. Et q̄s alius, nisi ipse Iesu Chfs fundauit tēplū nō manufactū corporis lui, & nunc vsc̄ ecclēsia, q̄e est corpus eius, plenitudo eius de viuis & electis lapidibus perfecit. Princeps patu suo, ga princeps & dux fuit filioī ludas. Et q̄d eft Iuda, q̄d interptat cōfessio, nisi vni, vseras cōfettiū dñi. Et q̄s nesciat p̄incipē cōfessionis nr̄a esse Iesum. Cum igit audimus factum esse verbum dñi ad Aggeum, vt loqueret ad Zorobabel, videlicet pulchre intelligimus, q̄a totius salutis nr̄a festivitas & omnis prophetiae veritas a Chfo nascēta de Maria virgine celebrāda atq̄ implēda, suscepta & in ipm directa est. Quid autē sibi volūt quatuor dicta hāc quā promissio: Ego mouebo ccelū & terrā, ita cōtinuat, & cōuertā solium regno. & conterā fortitudinē regni gentiū, & subuertā quadrigā & ascensorē eius, & descendēt equi & ascensores eos. Ide em videt toties repetit, & hoc est, subuertā solium regno, q̄d eft. & conterā fortitudinē regni gentiū & cōf. fift. Sed reuocemus ad memoriam illā Danielis visionē in qua quatuor bestiæ grādes ascendebat de mari. Prima quasi leæna, Danie. 7 Secunda similis vrsi. Tertia, quasi pardus. Quarta, terribilis atq̄ mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habēs magnos, comedēs atq̄ cōminuēs, & reliqua pedibus conculcās, & deinde antiquis dieq̄ thronis positis sedet, & venit cum nubibus celi quasi filius hoīs, atq̄ p̄venit vsc̄ ad antiquū dieq̄, & dedit ei p̄tātē, & honorē & regnum, interficta bestia, aliq̄s q̄oq̄ bestiæ p̄tāte ablata. Quod enim apud illum, videlicet Daniēlē, talibus est imaginibus signatum, hoc ipm in isto est verbis reppromissum. Itē Zorobabel propter nos (vt iā dīctum eft) in Babylone natus, ad quēm quatuor ista dicunt, ille filius hoīs est, qbus quatuor bestiis imperfectis sive sublatis, potestas, honor, & regnum soli datur q̄d non corrūpet. Deniq̄ q̄a quatuor regna fuerunt, quāt̄ ex istorū prophetarū tpe cōtra deum se extulerūt & per quāt̄ nūs est diabolus destruere locum & gentē, vnde salutē mundi, Chfs nasci oportebat, sc̄dm q̄d iurauit deus Abrahā, idcirco quatuor hic dicta sunt, & subuertā solium regno, & solium Babyloniō, & conterā fortitudinē regni gentiū, videlicet, Persarū & Medorū, & subuertā quadrigā & ascensorē eius, nimirū regnum Græcorū, & eum q̄ in illo regno contra deum eius magnificatus est, impium Antiochūm, q̄ Epiphanes sive illus tris dictus est. Et recte illud regnum quadrigā nominauit, q̄a post mortē Alexandri magiū quatuor regna diuisum est, sicut significatum fuerat Danieli, quia hircus caprak fa, & tūs ē magnus nimis, cūq̄ creuifet, fractū ē cornu magnū & orta sunt cornua q̄tuor subter illud per quatuor ventos celi. Et descendēt equi & ascensores plurimi fuerunt. Quo descendēt nimirū illuc ubi Daniel vult intelligi dicendo: & vidi q̄m interficta est bestia, & perīssiēt corpus eius, & traditū eēt ad cōbōrēdū igni, & de hoc regno maxime notādū, q̄a cum dixisset & defēdēt, & ascensores eos addidit, vir in gladio fratris sui, q̄a q̄d fere nullū incognitū ē Roma, nō imperiū ciuilibus, itmo plus q̄ ciuilibus bellis semetipsum persēpe lacerauit. Et iam qđē particularitatem & paulatim subuersa & contrita sunt, & subuertentur, & descendent regna haec, tunc ast, qñ faciet quod præmisit dñs, dicens: Ego mouebo ccelū pariter & terrā, de q̄d videlicet motu oēs scripturā loquunt, quo & virtutes cceloī mouebunt, tunc omnia simul subuertent, & descendent, videlicet, in infernum, q̄a propter hoc (inquit Esaias) dilatavit infernus animam suam, & descendent sublimes eius, gloriōsīq̄ eius ad eūm. Sequitur: In die illo dicit dñs exercitum, assūlam te Zorobabel fili Salathiel serue meus dicit do minus, & ponā te quasi signaculū, q̄a te elegi dicit dñs exercitum. Quō assūmā te in illo die, Videlicet, ofīdā q̄ assūlūpserim te, & q̄ regnū tuū sit legitimū, rapina vero fuerit omne regnum, omne regnum gentium, quia regnauerunt non ex me, principes extiterūt & ego antiquis dieq̄ non cognoui, & iniuria facta est mīhi in republica mea, quia non respererunt ad canicē sive antiquitatē meā, & ius meum quātūm in ipfis fuit, infringere sue, sunt aūsi. Nemo quippe in regno meo, in mundo quod totum est, & esse debet iuris mei, quia mundū ego feci, nullus, nisi ex me, regnare debuit. Quicquid homines egerunt noui & hei

Omnia res
genitū
im rapina
lunt

Esa. 5

Dani. 7

Luc. 2

Ephes. 6

1 Petri. 5

Hebr. 3

Daniel. 7

Machab. 1

Dani. 8

Dani. 9

Dani. 10

Dani. 11

Dani. 12

Dani. 13

Dani. 14

Dani. 15

Dani. 16

Dani. 17

Dani. 18

Dani. 19

Dani. 20

Dani. 21

Dani. 22

Dani. 23

Dani. 24

Dani. 25

Dani. 26

Dani. 27

Dani. 28

Dani. 29

Dani. 30

Dani. 31

Dani. 32

Dani. 33

Dani. 34

Dani. 35

Dani. 36

Dani. 37

Dani. 38

Dani. 39

Dani. 40

Dani. 41

Dani. 42

Dani. 43

Dani. 44

COMMENTARIU M RUPERTI ABBATI. LIB. II.

& hesterni, ego antiquus dies, facia quod est meū, ordinabo regnū meū, statuā ex me regē
meū, assumēdo te o Zorobabel serue meus, q vnde Zorobabel, inde seruus me⁹ es, & gafor
mā serui accipiēs, in Babylone, i. in mūdo, natus es, & es fili⁹ Salathiel, i. filius petitiois dei, si
lius quē lōgo & magno desiderio sancto, vel iustog, vniuersitas a me deo suo, vte mi-
terē, petuit. Te assumā dādo tibi p̄tātē, & honorē, & regnū, & oēs pp̄lī, tribus, ac lingua
seruēt tibi, & ptas tua, ptas æterna, quæ nō auferet, & regnū tuū qd nō corrumpe. Assu-
mā te (inqt) & ponā te quasi signaculū, qd videlicet signaculū p̄ signauit ait ipse de semet
ipso, & sanctificauit. A plus qd ipse est (inqt) imago dei inuisibilis, & figura substātia eius.
¶ Dicēdo quasi signaculū, nō minuit veritatē signaculū, sicut in psalmo dīcēdo, faci sumus
sicut cōsolati, nō diminuit veritas cōsolatiōis. Nos qd vulgaris sermone sic dicere solemus,
fecisti quasi fidelis, sicut amicus, & ita dīcēdo, vere fidelē, vere amicū p̄clare proutitius.
Itaq sicut signaculū, i. vere signaculū, quo sicut annulo, sive imagine regis cera subiecta, ita
signat & similitudine decorat, credēs & fidelis aīa. Vbi ponā te e Nitim, in cōspectu meo ad
dexterā meā, in gloria mea, vt habeas oīm p̄tātem in cōculo & in terra, qd
te elegi o forma serui, vñā esle p̄sonā cū forma dei. ¶ In tā breui versiculo tertio repente
esse, dicit dñs exercituū, nō debet nobis videri tēdiosum, aut superflū, sed delectable, &
operosum, qd reuera forma serui. Hoc dulcissimā promissiōis eloquisi, dñs pater dixit, dñs
verbū dicit, dñs sp̄us sc̄tūs dicit, & hoc opus totius est trinitatis, qd illa forma sedeta dei
xtris dei, talis vt sponsa eius gratulef, & dicat: Dilectus meus candidus & rubicundus, de-
ctus ex milibus. ¶ Finis libri primi & ultimi in Aggēum.



PROLOGVS RUPERTI ABBATIS IN ZACHARIAM PROPHETAM.

Apocai. 3.

Visio hu-
Ruperti.

Psal. 8.

Iohan. 9
Psal. 18

Psal. 80.



Longe spectatū o diligēs aīa, Zachariā nunc ītēderis, q vndecimus eī in
ordine duodecim prophetar. Quis nīsi verus & sanctus, q habet clavē Da-
uid, aperiet itēligētō ostiū, dabitq sermonē rectū, & bene sonatē in os tuū.
Quid est qd mēte retractas, assistēs iā, & pulsans ad huius prophetā, imo p̄
pemodū pulcherrimi Euāgelistā ostiū: Vidi p noctē, ait: Et ecce vt alen-
dens sup equū rufum, atq; hoc dīcēs, reminisci me facit, q nescio qualiter sapiā qd acceptu-
rus fit, qd vidi p noctē, & ecce immētias lucis, & p̄ia liminis dulce rubetis, & rubicudo se-
reno lucetis, vltra qd possit, & in ea cātus suis, cātus multitudinis iugiter canētis, & ob-
qd interrupētē cōfona laudē personatīs. Illuc appropinquitē acceſſerūt exinde obūa qui
dā pūſoli, & applaudētē latabūdū iste (inqt) ille ē, qd de dñs nō ſic & ſic loq̄t: Hæc &
taſta dīcīt. Interim illius p̄tātē quædā ſuavitā inefabilis inundabat ſecretiora vētris, & dīcīt
bat sp̄us aīa intelligēt, qd illi concētui deberet cōſociari. Nōne hæc infantilia ſunt? Sed u-
dīne deus nōſter, cuius admirabile eſt nomē in vniuersa terra. Ex ore infantū & lacētū
p̄feciſti laudē. Igīt quicūq; hēc audit, ſue infantē, ſue virū accipere velit, tendēda chorda
ingenij, p̄cutiēda eſt cithara pectoris, tuā Christe fidē spiratīs, at rogādūt eſt sp̄us tuę chal-
tatis, quatenus ipse cōponat p̄ optē modulamina laudis, qd iādudūt hoc inspirauit, vt de p̄
phētā theſauris nīhil aliud ſperē, nīhil aliud cupiā cōſequi, qd teſtimonia tua, teſtimonia fi-
delia euāgelij tui, qd euāgelizatū eſt nobis, qd iātē ſunt ſcripturas quæ teſtimoniū perhibēt
de te, ſicut dixisti Iudeis ſcrutamini ſcripturas, qd in ipſis vos putatis vīta habere, & ille ſunt
quæ teſtimoniū perhibēt de me. Ecce in introitu assistēs huius ſcripturā, illud qd vērē eſt,
decāto, & ſedula mēte rumino, qd teſtimoniū dñi fidele, ſapiam̄ p̄ficiās parvulis, luſtitia
dñi recte laetificatē corda, p̄ceptum dñi lucidum illuminās oculos. Fit mihi ſcdū illud
quod dixisti, tu deus nōſter & dominus, dilata oſ tuū, & implebo illud.

Ruper.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN ZACHARIAM PRO-

phetam commentariorum liber primus.



N mēſe octauo, in anno ſcdō Darij regis, factū eſt verbū dñi ad
Zachariā ſiliū Barachiae, filii Addo, p̄phetā, dicēt: Iratus eſt dñs
ſup p̄fes vīos iracūdia. ¶ Aggeus ille & Zacharias cōtemporaſe. ¶ Eld. 8
fuerū ſimilis ſub Dario, ſcdō regni ei⁹ anno, p̄phetauerūt, adiu-
uātes Iudeos & cōfortatēs, ſicut in Eſdra ſcriptū eſt: Tūc ſurex
rūt Zorobabel filius Salathiel & Iosue filius Iosedech, & cōopeſ ſuſa Cyrd
rūt ſedificare tēplū dei in Hierlm, & cū eis p̄phetē dei adiuuātes rex
eos. Duobus mēſibus Aggeus prior qd Zacharias p̄phetare cō-
pit. Siqdē ad iſtū in mēſe octauo, ad illū aūt in mēſe lepto eiudē
amī gerat ſecundus Darij regis, factū eſt verbū dñi. Idcirco ſicut p̄phetat tpe, ita & ſcriptu-
ra iſtū ille p̄cedit ordine. Porro Darij, cui ſanno ſcdō p̄phetauerūt, filius Idaſpis qd to loco
poſt Cyrd, Mēdīs & Perſis imperauit. Deniq; Cyro fili⁹ aīi Cābyles & Cābyſe duo frēs
Magi ſuccēſſerūt, eisq; interfeſſi, Darius iſte rex cōſtitutus eſt. A primo anno Cyri re-
gi, qd tēplū dñio ſedificari iſtū in Hierlm, & qnqaginta ferme milia captiuos remiſit
in ludeā. XL, cōputant anni, in qbus altare tū ſtructū fuerat, & iacta tēplū fundamēta, in noſe, tū
vicini natiōibus eos ex p̄cepto Cābyſe regis, ne tēplū vel ciuitatē ſedificaret, phibētibus, p̄n Christū
Sedū magnitudinē grā vel meriti, qd dignus extitit in libro vitæ cōſcribi. ¶ Nomē quoq; gerit,
apud hoies iſte ſoritus eſt, vt vocaret Zacharias, qd interptāt memorā dñi, & filius Bara-
chiae, i. filius bīfidiōis dñi, & fili⁹ Addo, i. filius teſtimoniū dñi. Magnā grā filius p̄dicat
noībus iſtis, & ipsa grā cognoscēda ē, ex ipso qd ad eū factū eſt verbū dñi, cuius in ingressu
nūc allumus, qd ſic incipit: Iratus eſt dñs ſup p̄fes vīos iracūdia. ¶ Et dices ad eos: Hæc dicit
dñs exercituū: Cōuertimini ad me, dicit dñs exercituū, & cōuertar ad vos, dicit dñs exerci-
tuū. ¶ Sicut in fine Aggēi, ita & in huius initio tria p̄fulget repetitio nōis dñi. Nunq; calū vel ſine iūtu rōnis putamus ita dīcūt, hæc dīcīt dñs exercituū: Cōuertimini ad me, ait
dñs exercituū, & cōuertar ad vos, dīcīt dñs exercituū: Non vtq; caſu, nō ſine rōnis intuitu, ſed
ga p̄pheta erat, & prophetat oculo in illud tps acceptable, in illū diē ſalutis totus tē
debat, qd dīcēdūt erat: Eūtes docete oēs gētēs baptizatēs eos in noīe p̄fis & fili⁹ & sp̄us ſcl̄i
& vt abluerēt p̄ctā illā p ſanguinē Ch̄ri, ppter qd dñs iracūdia ſup p̄fes vīos iratus fuerat.
Quos nāc ſup p̄fes, & quali ſuerat iratus iracūdia! Nitim angustā ſacimus nobis sanctā
ſcripturā, ſi nullā intelligim⁹ alia iracūdia, qd captiuitatē vīniū generatiōis, qd ſuo tpe dūcta
el in illā Babylonīa, quādā mūdi huius p̄tūlā, nullosc̄ p̄fes alios, nīſi Iudeos, qd in Babylo
ne defuncti ſunt p̄fes Iudeos, qd inde reuertiſt. Sed, p̄fecto nō valde magna erat iracū-
dia, p̄tūſſe de gētē, & de regno ad p̄pīm altea. Nō (inqt) valde magna illi, qd ma-
jore cōſiderat, cui⁹ iſtā qd ſitū ſitū, tenuſc̄ ſuit vībra, p̄ quā velut imaginē, puetiliſ hoīm
ſenſus, magnā iracundia, verāq; captiuitatē, in quā dīcīt p̄ Adā, & de qua liberatus eſt p̄
Ch̄ri, paulatim introductus, agnoscat. Igit iratus ē (inqt) dñs ſup p̄fes vīos iracūdia, ſub-
audit, quā iracūdia portatilis & vos, ſicut & alius prophetā cōſitēt loquit: Patres nīſi peccauē
tū, & nō ſunt, nō ſunt, nō ſunt iniqtatē eōtē portauimus. Non p̄t illa iracundia ſedari, non p̄t ille pa-
ties inimicitiā ſolui, nīſi p̄ ſidē leſu Ch̄ri, nīſi ſignari properetis in noīe p̄fis & fili⁹ & sp̄us
ſancti. Dices ergo (inqt) ad eos: Hæc dīcīt domin⁹ exercituū pater, ait domin⁹ exercituū ſili-
lus, dīcīt domin⁹ exercituū ſp̄us ſancti us: Cōuertimini ad me, & cōuertar ad vos. i. cre-
dite in me, & iracundia remota in reconciliatiōne ſuſcipiāt vos. ¶ Ne ſitis ſicut patres vētri,
ad quos clamabat prophetā priores, dīcētēs: Hæc dīcīt domin⁹ exercituū: Cōuertimini
de vijs malis, & cogitatiōibus vētri ſeffimis, & non audierūt, neq; arrederunt ad me, dīcīt
domiūs. ¶ Hoc ſile eſt illi, qd ſp̄us ſanctus dīcīt in David: Hodie ſi voce eius audierūt, no-
liſe obdurare corda vētri, ſicut in irritationē ſcdū diem tētationis in dēſerto, vbi tentauē
tū, me patres vētri, probauerunt, & viderunt opera mea & ē. Quod hic dīcīt: Ne ſitis ſi-
cū patres vētri, hoc eſt, in illo nolite obdurare corda vētri, ſicut in illa exacerbatiōne vbi p̄ſal. 8. 4
tentauerunt me patres vētri. Et quod hic dīcīt: Et non audierunt, neq; attenderunt ad
me

COMMENT. RVPER. ABBATIS LIB. II.

Hebr. 4

Ne sitis si-
cuit patres
vestri.

Numer. 14

Esaig. 28

Hiere. 27

Ibidem. 28

Non recta
cohuerit
Iudeorum
Danie. 9

me hoc est, in illo. Ipsius vero non cognoverunt vias meas. Igis ad quem die nos ducit. Apud in

verbis illis: Hodie si vocem eius audieritis, ad ipsum respicere pulchrum est, in isto dicet: Ne sis
sicut patres vestri. Quoniam ergo (ingt idem Applus) superest quosdam intrare in illam requie, & hic,
quibus prioribus annuntiatum est, non introserunt propter incredulitate, ite, & terminat diem quem
dā in David, dicendo post tñ tps: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nā si Iesus eis requie praestitisset, nunq̄ de alia loqueretur post hac die. Et reuera hodie,
hoc tpe salutis grā, q̄ mūdo illuxit, a Christi passio & resurrectio dñ, non solis Iudeis: ne sis
tis sicut patres vestri, ad q̄s clamabat prophetæ priores, & non audierūt, neq̄ attenderunt, ne
obdurent corda vestra, sicut p̄es vestri, q̄ me tētauerūt, & in deserto prostrati sunt, nec in il-
lam requie introierūt, sed & nobis cūctis hoībus quacūq̄ sunt ex ḡte vñ natio, dicit: Ne sis
tis sicut p̄es vestri Adā & Eua, q̄ in illam requiem, i. in paradisum introierāt, & eadē requie
fese indignos fecerunt. Verunt̄ & hoc sciendū, q̄a cūctis murmuratores aut rebels in
professio Ch̄ianitatis sunt, quacūq̄ ex ḡte vel natio sunt, p̄es eorū recte dicunt illi, qui
trāst̄o mar̄i rubro, quis Aegypti reliquie viderent, in illā re promissiōis terrā nō introie-
runt, sed in deserto prostrati sunt, & illi q̄ deinceps missis ad se prophetas non audierūt, cum
ei murmuratores vniuersi rebels illoꝝ filii sunt, videlicet p̄ imitationē, & proinde nō mi-
nus Græc, q̄ Iudeus si dicitur intelligat, ne sis sicut p̄es veltri &c. Sequit̄ L. Patres vestri
& prophetæ ybi sunt: Nungd in sempiternū viuēt. Verunt̄ verba mea & legitima mea,
qua mādaui seruis meis prophetis, nungd nō cōprehēderunt patres vestros. Ac si dī-
cat: Saltē vexatio tūc intelle, & tu det auditui, q̄m cū in pace habitaretis, prophetas q̄s mitte-
bā, credere nolueris, potius vris attēdētes pseudoprophetis. Vbi nūc illi p̄es vñ & p̄phete-
te sunt? Illos nāc, prophetas mēdaces insultabūda regit veritas, de qualibz Hieremias: No-
lite (ingt) audire verba prophetar̄ dicentia vobis. Nō seruēt regi Babylonis, q̄ manday-
cium ipsi loquunt̄ vobis, q̄a nō misi eos (ait dñs) & ipsi prophetar̄ in noſe meo mēdaci-
erunt. Nungd (ait) eiusmodi prophetas vestri in sempiternū viuēt? Imo illi cūtus mortui sunt
exempli grā, vt ille Ananias, q̄ cōtra Hieremias, imo cōtra dñm falso prophetauerat. Non
misit te dñs (ait Hieremias) & tu cōsidere fecisti pp̄lm istum in mēdacio. Idcirco hoc anno
morieris, dicit dñs, aduersus em̄ dñm locutus es. Et mortuus est in anno illo mēſe septimo.
Nungd ergo in sempiternū viuēt? Nequaque, sed verba mea, & legitima mea, qua māda-
ui seruis meis prophetis, illa viuēt, & illa p̄es v̄os cōprehēderūt. Et cōuerſi sunt, & di-
xerunt: Sicut cogitauit dñs exercitū facere nobis scđm vias nostras, & scđm adiunctorū
nes nostras fecit nobis. Non bona conuersio, nec suavis videſ dicit̄, imo murmuratio di-
uinæ queritatis reprehēto, in eo qđ dicunt, sicut cogitauit dñs exercitū facere nobis, illa
fecit. Quāto melius atq; suauius Daniel & socij eius: Dñe deus magne & terribilis, peccav-
imus, inique fecimus, omnia quae induxit̄ super nos, & vniuersa quae fecisti nobis, vero
iudicio fecisti, tibi iustitia, nobis autē confusio facie, &c. his similia. Reclita conuersio & ma-
bilis dictio talis, vñ semetipſos sic acculauit, vt iustificat̄ deū. Non ita p̄es vestri (ingt) sed
conuersi sunt, & dixerūt: Sicut cogitauit dñs exercitū facere nobis, scđm vias nostras, &
scđm adiunctorūnes nostras fecit nobis. Ita dicēdo semetipſos nō iustificat̄, q̄a nō possum, in
mur, si inter doctores scrupulosa vnq; fuit cōcertatio, pro re huiusmodi, cū visio sit noctis, non substa-
quia sic incepit: Vidi per noctem &c. In visionibus namq; non ipsa persona sue substantia tia, sed ima-
cuiuscunq; sed similitudo siue imago personæ vel substantiæ solet apparere, siue horminis, go. rei ap-
sue alterius cuiuslibet rei, præter spūales substantias, vt sunt angeli. Itaque sicut in hac ipsa Pare
visione quatuor cornua, & sicut in visione Danielis quatuor bestiæ, non ipsa quatuor re-
gna, sed quatuor regno, quædam imagines fuere, ita hic Iesu, neque substantia dñi nos-
tri Iesu Christi, q; secundum hominem nondum existebat, necq; ille Iesu filius Iosedech
illius temporis pontifex erat, qd cum homo esset & corpus, quomodo in visu noctis appa-
rere poterat. Imago erai hois, quæ videbatur, quædam similitudo dītaxat sufficiens mini-
sterio propheticō, ad significanda illa quæ de domino nostro Iesu Christo iam tunc signis
sicuti te m̄pus vel ratio postulabat. Quod si quererat quis, cur in ea similitudine potius qd in
alia significari hic placuerit: scire debet, qd cunctos fere sanctos & probos antiquorum tem-
porum viros, qd venturo regno dei proprio labore aliquid contulerunt, spūs sanctus eius-
dem regni dei mysterijs sic honorauit, vt aliquem quallemcūq;, singuli proferrent similius
dinem regis, regni dei dñi nostri Iesu Christi. Hinc est quod in illis hoib; sanctis, tanta
conquista & inuenta sunt a sanctis doctribus gesta vel dicta in typum eiusdem dñi, qua-
lium de præcipuis fuere Isaac, Ioseph, & David, & Salomon, quādū in sapia vigilavit.
Isti duo Zorobabel filius Salathiel, & Iesu filius Iosedech, multum in hac parte omni mū
do profuerunt siue contulerunt, qd videlicet in reuersione de Babylonia principes exti-
runt, templumq; fundauerunt & perfecerunt, loco vel genti recuperandæ studentes, vñ-
de salus venire, qd salus ex Iudeis est. Honorauit igitur eos spūs sanctus, vt in nominibus Iohann. 14
vel figuris eorum, venturi Christi mysteria significarentur, pro eo quod eius aduentu, vel
regno labor & opus eorum famulabatur. ¶ His autem præmissis, nunc præsentia visionis
dicta vel acta ordine persequamur. L Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stan-
tem coram angelō dñi, & Satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. Quid illud signi Chrys., dicit
sicut auerterit, in eadem visione innuitur his verbis: Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, tur seruus
qui habitant coram te, qd viri portententes sunt. Ecce enī ego adduco seruum meū orien-
tem &c. Itaq; Iesu ille, quem vel citius speciem siue imaginem videbat in nocte, stantem
coram angelō dñi, portentum fuit serui dei, serui (inquam) illius noie orientis, qd cum in for-
ma dei esset, propter nos semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, vnde & recte di-
citur seruus dñi, qd propter nos seruus, & obediens fuit vñque ad mortem, mortem autem
crucis. In illa forma seruus stare habebat sacerdos magnus coram angelō dñi. Minuisti enī
(sai) enī paulominus ab angelis. Minoritatem illam hæc dictio pulchre innuit, stantem corā
angelo dñi, pulchrius autem & venerabilius illud in euangelio, quod cum factus in agonia
prolixius oraret & sudaret sudorem sanguineum, apparuit illi angelus de ccelo confortans
eū, maior vñq; minorē, vt pote nunq; moriturus, cōtinuo moritur. Quod in illo visu Satan
stabat a dextris Iesu, vt aduersaretur ei, hoc est, qd talis est seruus de semetipso dixit: Ve-
nit enī princeps mundi huius, subauditur, quærens in me suum aliqd. Stabat vt aduersare-
tur, nec tamen dictum est, quod aduersatus fit ei, vel aduersari potuerit, qd videlicet sic futu-
rum erat, vt ad ipsum qdē veniret princeps mundi, sed in me (ingt) non habet quicquā.
Stabat, non à sinistris, sed à dextris, qd videlicet sic futuræ erat, vt in isto nihil finistrum, sed
totum dextrum, id est, nihil malum, sed totum esse bonum. Itaq; stabat à dextris, qd nulla
erat sinistra, videlicet hoc intendens, vt de dextris facere sinistra, vt peruerteret quæ dixe-
rat quæ fecerat bona, sicut narrat euangelica veritatis eius scriptura. Accusabat enī tanq; Mat. 12, 27
malefactor cum esset benefactor. Sic olim idem Satan stabat a dextris Iob, vt peruerteret Iob. 1
eū bona, cum diceret: Nung d frustra lob timet deum &c. ¶ L Et dixit dñs ad Satan, in-
crepet dñs in te Satan, & increpet dñs in te qd elegit Hierusalē. Cur non dixit, vade Sa-
tan, siue define aduersari Satan? Videlicet, qd multum profuturus erat, sic aduersando Satā, Satana
non solum vt exemplum patientiæ esset nobis, ad quod informamur, dicente Iacobō apo-
stolo, patientiam Iob audistis, & finem dñi vidistis, verumetiam vt mundum redimeret illa
patientia saluatoris, illa passio redemptoris. Igitur increpet (ait dominus) in te Satan, id est,
assis quidem, sed non vñq; ad plenam voluntatem tuam. Nimirū & illud erat increpare,
quid

COMMENT. RUPERTI ABBATIS. LIB. II.

quod dixit pro beato Iob: Ecce in manu tua est, veruntamen anima illi serua. Similiter pro isto dictu sit ab omni potentia, caro in manu aduersarij sit, quos tu inflamas, veruntamen anima illius in inferno non detineas, caro in sepulchro corruptionem non videat, hoc dicitur. **Hebreo. 9.** xit dominus, increpet dominus, & increpet dominus, sicque ab una persona, duæ personæ domini ad increpandum Christum, tunc inuitantur, quia videlicet victoriam dominicam passionis, quae magna est increpatio diabolitrix, rite igne, nitas operata est unus dux. Pater namque calcem illum filio dedit, & filius per spiritum sanctum Acto. 2 (ait apostolus) semetipsum obtulit. **L.** Nungd non iste torris est erutus de igne? & iesus, erat induitus vestibus sordidis. **L.** Et secundum hanc illius visionis similitudinem, dominus iesus, torris erutus de igne fuit, sive qa in mundo hoc magno viac camino & grandi officina peccati peccatum evasit, peccatum non fecit, neque ex conceptione contraxit, sive qa cum descendit ad infernum, impossibile fuit illum ab eo teneri, & induitus erat quidem vestimentis sordidis, veruntamen non suis, sed alienis. Nam dominus posuit in eo iniuriam omnium nostrorum, & Esaias transfigurans in se (in qua) estimationem impiorum, & nos (inquit) reputauimus eum quasi leprosum & peccatum a deo, & humiliatum. Itaque fuerit quidem iesus ille homo ipsi illius sordidatus peccatis suis, quam vxorem alienam, vel sicut Malachias ait, filiam duxerat dei alieni: Christus autem iesus, q in illa nocte per imaginem significabatur illius iesu, non suis, sed alienis peccatis, induitus erat vestibus sordidis. **L.** Et stabat ante faciem angeli, q respondit, & ad eos, q stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. **L.** Hoc dixit, angelus domini, auctoritate vel imperio loquentis in se domini, licet non interposuerit, quod postmodum interposuit idem angelus domini, haec dicit dominus exercituum, si in vijs meis ambulaueritis &c. **¶** Qui porro erant q stabant ante faciem angeli, immo ante faciem domini, in angelo sive per angelum loquentis? Non enim qualescunq; erant vel sunt, sed reuera magni, quorum officij est, auferre vestimenta sordida, auferre iniurias & peccata. Inferius in hac visione duæ oliuæ (inquit) super candelabrum, vna a dextris lampadis, & vna a sinistris eius, & dixit: Quid sunt duæ oliuæ istæ? Etrursus: Quid sunt duæ spicæ oliuæ, quæ sunt iuxta duo rostra aurea? Ita secundo interrogatus angelus, isti sunt (ait) duo filii olei, qui assistunt dominatori vniuersitatem terræ. Eosdem duos filios olei, intelligimus hic stare coram angelo loquente vel agente in persona domini, & de ipsis, quinam sint, opportunitus in illo loco pro Abstulit a posse dicendum est, hoc tantum in praesenti dixerim, q vestimenta sordida, quæ nostræ te iniuriae iniuriantur, ablatæ sunt a domino iesu in passione sua per spiritum sanctum, q est remissio temtuam, peccatorum, & diversarum distributor gratiarum. Vnde & protinus dixit ad eum: **L.** Ecce abstuli, a te iniuriam tuam, & indui te mutatorum. **L.** Iniquitatem tuam cum dixi, simul attendit, re conuenit, quod postmodum velut exponentis, quid ista significant, cum dixisset: Ecce ego adducam seruam meum orientem &c. Ita conclusit, et auferat iniuriam terræ illius in die vna. Ergo abstulit a te iniuriam tuam, id est, iniuriam terræ tuæ, iniuriam ecclesie tuæ peccata omni credentia in te, & indui te, i.e. eosdem tuos mutatorum, qa videlicet ab iniuria tibi emundata, diversis ornatibus charismatum donis, & quod multum ad dei gloriam spectat, vbi abundavit iniurias, superabundavit gloria. **L.** Et dixit: Ponite cedaram mundum super caput eius, & posuerunt cedaram mundum super caput eius, & induerunt eum vestibus. **Hoc**, est quod nunc videmus (vt ait apostolus) dominum iesum Christum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Cidaris, i. pileus sue mitra pontificalis, cui superponebat lamina in fronte pontificis, habens scriptum tetragrammaton ineffabile nomen domini coronam significat gloriam & honoris in capite domini nostri iesu Christi, qui factus est obediens vobis ad mortem crucis, propter quod & deus illum exaltavit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Et uestes de quibus ait: & induerunt eum vestibus, dona illa sunt, de quibus iam dictum est, quæ dantur ecclesie eius, quæ est corpus eius. Vnde (sicut iuxta alia translatione legimus) ascenderat in altu captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hoibus, ita nichilominus veraciter psalmus, accepisti dona in hoibus, quia videlicet propter unitatem personæ capitum & corporis, ipsius & ecclesiæ, ipse accepit in nobis dona querentes, accipit mus, cum ipse det ut vere deus. Quæ haec enus in visione ostensa sunt, propter quid ostensa sunt sequentibus verbis ipse angelus aliquantis per declarabit his ad ipsum iesum præmissis. **L.** Hic dicit dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris & custodiā meam custos dieris, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi de his ambulantes, qui

IN ZACHARI PROPHE. CAP. III. Fo. CXI.

qui nunc hic assistunt. **L** Hæc enim ad illu hōsem iesum esse dicta, recte intelligimus absque illa significationis vel mysterij clausura, quod ex eo vel maxime constat, quod præmissio, si in vijs meis ambulaueris, ita personam vel causam illius hōis determinat, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea. Cum enim dicit tu quoque, satis innuit ea quæ præmissa sunt, & quæ sequentur de alio dicta, propter alium esse facta vel ostensa. Et recte ratiō hōmini sub conditione sive conditionali modo locutionis, dicendo: si in vijs meis ambulaueris, promittis iudicare domum dñi, sicut iam dictum est, ducendo alienigenam contra præsum legis dñi, sacerdos, cuius labiorum est custodire scientiam, cuius ex ore legem requirit, eo quod sit angelus dñi exercituum. Et cum dicit: Tu quoque iudicabis domum meam, subin telligendum est aliter & felicius, sive meliori fine q Heli, qui de sella cecidit, & cadendo dignitatem iudicari perdidit honoris. Et illius quidem principatus temporalis & custodia tristitia designat, dicendo: & dabo tibi de his ambulantes, q nunc hic assistunt. Illius autem de quo vel propter quem præcedentia dicta, & sequentia dicenda sunt. Principatus aeternus, & custodia sempiterna est, principatus & custodia præteritorum, & presentium, atque futurorum, quem & designat, ita subiungens: **L** Audi iesu, sacerdos magne, tu & amici tui q habitant coram te, q viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem. **L** Ac si dicat: Cum acceperis narrationem in visione eius prophetarum narrare, iesu sacerdos magne, tu & amici tui, q habitant coram te, quoque imagines vider in nocte, & audit quæ dicuntur in te; audi & cognosce, q viri portendentes sunt, id est, qvis visio quam videt circa te & amicos tuos, portentum est futurorum, quæ sine dubio magna erunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, & illius adductionem portendis, tu in hac visione ostensus, & amici tui tecum. Sicut amici tui in hac visione coram te habitantes, vidi sunt, ita coram illo quem adducam oriente seruo meo, multi facti ex iniurias amici habitabunt, quibus ipse dictus est in ipso articulo, quo Satan stabat a dextris eius, sicut hic portenditur. Iam non dicamus vos seruos, sed amicos meos, & maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat q pro amicis suis, vos amici mei estis. Hic inde oriens dicitur, q lux vera est, quæ illius minat omnem hominem venientem in hunc mundum & inde seruus, q semetipsum exibuit, formam serui accipiens. Cum haec diceret: videbatur quoque lapis coram iesu. **L** Super lapidem unum septem oculi sunt. Ecce ego dabo sculpturam eius, dicit dominus exercituum, & auferam iniuriam terræ illius in die vna. **L** Lapidem est dominum Christum lapidem sumum angularem electum in fundamento fundatum, & per se pitem oculos, q super hunc unum lapidem sunt, septem esse spous dei, q super eum requiri, terunt, fere nulli est aut esse debet incogitatum. Non enim huic ad mensuram dedit deus spatum, & in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hic lapis ab hoibus reprobatus est, a deo autem electus & honorificatus est. Quomodo ab hoibus reprobatus est. Ecce extra portam in ligno suspensus est, vt maledictum legis existaret, qa lex dicit maledictus a deo est, q pendet in ligno. Hæc erat ædificantium reprobatio. Sed ecce ego (inquit) celabo sculpturam eius, & auferam iniuriam terræ illius in die vna. Et est sensus: lumen lapidem clavis crucis, & lancea militis faciam vulnerari, & in illius passione auferam iniuriam terræ in die vna, de qua scriptum est: Hæc est dies quam fecit dñs, exultemus, letemur in ea. **L** In die illa vocabit vir amicum suum subter vineam, & subter sicutum. A tempore enim dominice passionis cepit annunciarci euangelium, quod est vocari subter vineam, & spiritualiter lex intelligi, quod est vocari subter sicutum, spiritu sancto reuelata, quod lex & prophetæ Christi euangelio perhibeant testimonium. **¶** **L** E reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi virum, qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis quæ erant super caput illius, & duæ oliuæ super illud, vna a dextris lampadis, & vna a sinistris eius, & respudi, ait ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt haec dñe misericordia? Et dicit angelus, q loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid necis, quid sunt haec? Et dixi: Non dñe mihi. Et respodit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum dñi ad Zorobabel dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. **L** Sicut in præcedenti bus humilitatem passionis, in qua minoratus fuit paulominus ab angelis, ita in præsentibus glo-

I. Efd. 10
Malach. 2.

Regu. 46

Iohann. 18

Philip. 2

**Christus fa
pis sup que
tepe oculi**

Esa. 11
Acto. 4

i. Petri. 2
Hebr. 13
Deute. 24

Platm. 107

CAP. III.

COMMENT. RUPERTI ABBA. LIB. II.

Fo. CCXI.

Iohā. 17. gloriā intelligimus resurrectiōis eiusdē dñi nostri Iesu Ch̄ri, in qua gloria & honore coro-
natus est, & cōstitutus sup̄ ope manū p̄tis, clarificatus claritate apud deū, quā habuit prius
Chr̄us can̄ q̄ mūndus eset apud ip̄m. Quid enī est cādelabrum aureū totū, & lāpas eius sup̄ caput ip̄m,
delabrum aut̄ q̄ mūndus eset apud ip̄m. Cādelabrum aureū totū, & lāpas eius sup̄ caput ip̄m,
nisi Chr̄us ip̄se, decus & lumē oīm angeloz & hoīm, lāpade suā diuinitatis, quā ex virtute
suae resurrectiōis mūndo innotuit, illuminās, quā in tenebris sunt vel fuerūt? Vnde notā
dum pariter & admirādum, q̄a post q̄ visus est Iesu vestibus sordidis induitus, eīc̄ ablatis,
Ecce (inḡ dñs) abstuli iniq̄itatē tuam, & ite q̄ de eodē, & auferā iniq̄itatē terræ illius in die
vna, reuersus dē angelus ē & suscitasse prophetā quasi virḡ, q̄ suscitat de somno. Sic enī fu-
rūt erat, & sic factū est, q̄a post q̄ ablati esit iniq̄itas terræ dñi Iesu, q̄a est ecclesia eius, in die
vna, in die despōsiōis eius, in die latit̄ cordis eius, q̄n lācea militis p̄factō latere eius, ex-
iuit sanguis & aqua, vt iā ultra nō esent sordida vestimenta eius, quā for̄ des erāt iniq̄itates
oīm n̄m (vt supra iā diximus) ip̄se triduo dormiuit in sepulchro, & tertia die suscitatus es-
t de somno suo. Vnde signātē propheta dixit: Suscitauit me quasi virḡ, q̄ suscitatus ē de so-
mno suo, p̄ hoc innuēs in se p̄figuratu, q̄ vir ille dñs Iesu suscitatus ē et de mortis sua so-
mno. Sed & reuersio angeli quā dicit, & reuersus est angelus q̄ loq̄bat in me, designat eū ad
ip̄s recessisse, videlicet in signū illi⁹ recessiōis quā declamabat vir ille, dū diceret: Deus me-
us deus meus, vt qd̄ dereligisti me. Iḡ, vidi (inq̄) & ecce cādelabrum aureū totū, & nos vide-
mus dñm Iesum glorificā, & mundū gloria resurrectiōis eius illuminatū. Et ante p̄flio
nē illius, caput illius dilecti, i. diuinitas eius an̄q̄ erat optimū, sed corpus eius, cū passibile &
mortale ēt, nōdū erat auge. Ergo cādelabrum nōdū erat auge totū, q̄a corpus pro condi-
tione mortali erat subobscure, & minus q̄ nū est gloriosum. Lāpas eius sup̄ caput ip̄s, &
pas vna, & septē lucernæ eius sup̄ illud, requiescēs sup̄ ip̄m, est sp̄s sanctus, ex q̄ resurrexit ip̄se, magis
lucernæ se in eo manifestus, q̄a videlicet sp̄s, q̄a vnu esit, lāpas vna dicit, & q̄a septiformis esit, q̄a se-
ptē eius dona sunt, septē lucernæ dicunt. Lucernæ & infusoria, i. vascula in qbus oleū esit,
qd̄ infundit in lucernas, eadē significant, septē dona sp̄s, hac sola differēta, qua id qd̄ effi-
cis at efficiēte distat. Sicut enī singula infusoria, singulas alunt lucernas, ita singuli sp̄s pro-
pria quādā effici opa, de qbus hi q̄ sp̄m sc̄m accepērūt sua mēstrā clari sunt, vt videant
hoīa, de bono exēplo aēdificati, glorificēt deū. Duæ oliuæ, oliuæ sup̄ cādelabrum vna à
dextris lāpadis, & vna à sinistris quid sunt? Deniq̄ & propheta hoc & c̄. inquisiuit, & re-
spōdi (inquit) & aio ad angelū, qui loquebat in me, dices: Quid sunt hæc dñe mis? Quicūm
respōdisser, & dixisset: Nunquid nescis, quid sunt hæc, & ille dixisset: Non dñe mi, & inter
hæc paratus ad audiēdum, sine dubio redderet attētior ad intelligēdum, tandem hoc esit; at:
Verbū dñi ad Zorobabel, dices: Nō in exercitu, nec in robore, sed in sp̄u meo dicit domi-
nus exercitu. Et hoc respōso potuit quidē quāuis breue respōsum fuisse, potuit (inq̄)
intelligere, qm̄ propheticā ad intelligēdum grām habebat, quid ēt cādelabrum, quid lāpas
eius sup̄ caput ip̄s, quid septē lucernæ septemq̄ infusoria lucernis, quā erat super caput
ip̄s. Verunt̄ nondū intellexit qd̄ essent duæ oliuæ, vna a dextris lāpadis & vna a sinis-
tris ip̄s. Et quid sibi vult responsū hm̄oī nō in exercitu, nec in robore, sed in sp̄u meo
dicit dñs: Iam quidē diximus cādelabrum aureū, dñm Iesum esse propter passionē mortis,
gloria resurrectiōis glorificā, septemq̄ lucernas sup̄ illud cū totidē infusorijs, eū qui ex-
tunc datus est sc̄m septiformē sp̄m, qui nimis eatenus modo, s. in remissionē p̄c̄ dñs non
dabat. Vū enī est illud? Nondū erat sp̄s datus, q̄a Iesu nondū erat glorificā. Sed
quid sibi vult taliter ad Zorobabel dīt̄ um: Nō in exercitu, nec in robore, sed in sp̄u meo;
Breue dīt̄, magnæ rei suggest intellec̄t̄. Sēfus enī hic esit: Ante q̄, iuxta p̄sentē visionē
veniat dominus habitare in medio tui oī filia Sion, cuius passioōe deleat iniq̄itas terræ illius
in die vna, sicut significatum esit p̄ hoc qd̄ auferri iussa sunt ab Iesu vestimenta sordida, qm̄
gloria resurrectiōis & ascētionis glorificatus, sc̄m septiformē det sp̄m, sicut significat per
cādelabrum aureum tot lucernaz, ante q̄ veniat (inq̄) ille dominus probe & laudabiliter
fecerint, quicūq̄ habētes zelum eius cum exercitu, & cum robore ascēderunt, vel ascēluri
sunt, ex aduerso stare pro domo eius, vt fecerunt iudices Israēl, vt fecit fidelis David, vt sa-
cūri sunt Machabæi. At vbi venient idē dominus, & clarificatus fuerit, vbi dixerit cibū,
qd̄ vni dicturus esit, cōuerte gladium in locum suum, iā nō in exercitu, nec in robore, subau-
dit̄, certabitis pro me, nec em̄ erit neccesse, dicit dominus. Ante q̄ ego venire, agere in exer-
ciū

IN ZACHARI PROPHE. CAP. III. Fo. CCXI.
 cōt̄ & in robore, tale fuit, quale defendere arborē ne succidat, de qua fructus speratur vi-
ta eternæ. Agebat enī diabolus per imp̄os homines quatenus gens illa nō eset, de qua
promissum fuerat patribus qd̄ ego eram accepturus. Natus sum, & idcirco nō iam in ex-
ercitu nec in robore, sed in sp̄u meo quā iam non cōtra homines, sed tantūmodo contra
diabolū certamen necessariū esit, qui qm̄ sp̄s esit, non in exercitu nec in robore, sed in sp̄u
meo debellandus & superandus esit. Idcirco sub nomine Zorobabel recte ip̄m domi-
num intelligimus, sicut in Agḡeo plenius de eo dictū est. Nam illo tēpore in aēdificādo Agḡei, 4
exercitu & robore vtebantur. Deniq̄ media pars iuueniū (ait Neemias) faciebat opus &
media parata erat ad bellum, & lāceæ & scuta, & arcus, & lorica, & principes post eos in
omni domo Iuda ædificatiū in muro, & portantū onera, & imponentium vna manu
sua faciebat opus: & altera tenebat gladium. Aēdificatiū enī vnuquisq̄ gladio accinctus
erat renes, & ædificabāt, & clangebāt buccina iuxta me. Hæc de muris citiūtis dicta sunt.
Templū quoq̄ illud manusac̄tu non sine aliquo robore hominū reædificatū esit, cum re-
gium eset positū huiusmodi decretū. Omnis homo qui hand mutauerit iussionē tollatur, 1. Esd. 6
lignū de domo ip̄s, & erigatur & configatur in eo: domus aut̄ eius publicetur. Illud
vnu omnino sine exercitu & sine robore in sp̄u dñi factū esit, quod princeps huius mū
dīforas esit missus, in quem protinusita dicitur. LQuis tu mons magne coram Zoroba-
bel in planū? M Mons quippe magnus monti domini contrarius, mons importuosus,
mons naufragosus diabolus esit, qui in hoc mundo principabatur, de quo ip̄le dñs: Venit
enī princeps mundi huius, s. vt mihi aduerteret, secundum quod significatū esit supra, vbi Johā. 14.
Satan stabar a dextris Iesu vt aduersaretur ei. Hoc est quod nūc dicitur: Quis tu corā Zo-
robabel, & dicendo quis tu, omnino nescitur, quia totus reprobus esit. Quodq̄ ita subiun-
gitur in planū, potest ita intelligit̄ subaudiatur sternere, & a tua superbia dehceres nisi
quod ille nunq̄ eo modo in planū descendit, aut descensurus esit. Ergo inde potius redar-
guitar, qd̄ cōtra planū id est, contra humilitatem domini nostri quē intelligimus per Zoroba-
bel (vt iam dictū est) steterit mons magne & frustrat quia in hoc planō, i. in hoc mī-
ti & humili corde est sp̄s sanctus, cui resistere non potest sp̄s malignus. Sequitur. L Et
educer lapidē primariū & exequabit gratiam gratiæ eius. L Quis nūf sp̄s meus, de q̄ dis-
xeram ego dñs, non in exercitu nec in robore, sed in sp̄u meo. Quis inquā nūf sp̄s meus
educer lapidē primariū, i. mediatorē dei & hominum Iesum Christū, lapidē vniq̄ angula-
rem & honorificatū, & exequabit gratiam gratiæ eius. Educet eū, i. crescere faciet, vt iu-
xta propheticū, quod Daniel expoluit regi, somniū, stat mons magne & impletat vni-
versum orbem terrarū. Gratiam quoq̄ exequabit gratiæ eius, ita videlicet vt non sit fo- Roma. 8
lus, sed sit primogenitus in multis fratribus. Nam hæc est gratia quā secūdum hominē 1. Cor. 4.
acceptit dominus Iesus, qd̄ vocatur & est dei filius. Quid enī habet qd̄ non accepit, etiam
in vngenero nostra natura? Ergo gratiam inquit, exæquabit sp̄s sanctus gratiæ eius, i.
multos faciet fratres, & cohæredes eius, hinc est illud: Videte qualē gratia donauit no-
bis deus, vt filij dei nominemur & sumus. Verunt̄amen licet in hoc gratia, quā dedit nobis
deus exæquata sit gratiæ eius, nō tamen omni modo æquales sumus aut erimus, quia vi-
delicet ille solus natura filius: nos aut̄ oēs adoptiōe filij dei nominamur & sumus. Magna
quidē distatia esit: sed quid dū modo filij & cohæredes vnicē & vngeneris sumus? L Et fa-
cūt̄ et verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerit domū istā, & ma-
nus Zorobabel perficiēt̄, & sciēt̄ quia dominus exercitū misit me ad vos. Quis
enī despexit dies paruos, & lætabuntur & videbunt lapidē stanneū in manu Zorobabel.
Septem isti oculi domini qui discurrunt in vniuersam terram. Nondū de toto ornatu
cādelabri responderat angelus interroganti, imo & postmodum interrogavit, sicut post
hoc sequitur. Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram cādelabri, & sinistram eius: itemq̄
scido. Quid sunt duæ sp̄icæ oliuæ, q̄ sunt iuxta duo rostra aurea. Ergo & hoc nūc
interseritur, & factū est verbum domini, ad rationes eiusdē pertinet cādelabri, maxime
quia lapidem stanneum videbāt, vt in manu Zorobabel, statimq̄ subtūgitz Septem isti ocu-
li domini, qui discurrunt in vniuersam terram. Deniq̄ & hæc & illud quod prōmissum esit,
ducet lapidem primariū, & exæquabit gratiæ gratiæ eius, prohibent nos & increpāt̄ ne istud
mediū manus Zorobabel fundauerunt domū istam, & manus eius perficiēt̄ eā, eo tan-
nū tummodo

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

Sensus literali de resplenditio aedificatio. tummodo sensu accipiamus, quo pueris illius temporis blanditur, quicq; hmoi est. Dominum istam manufactam, quam in metu & cu retardatio aedificare cepisti, impeditibus aduersariis in breui completam videbitis, ita ut ex ipsa velocitate operis fore debeatis, qd dñs exercitu miserit me ad vos. Scire (inquit) debebitis, per hoc. Quis em despexit dies paruos? qd est dicere. Cui nō mitis visum est, aliqui grāde opus fieri intra dies paruos sive paucos? Sunt autem pauci dies, at anno secundo Darij regis, a vicefima & quarta vnde cimi mēsis eiusdem anni, qua videlicet die ego loquor vobis in verbo dñi, vñq; ad tertium diem mensis Adar, huius anni, qui sextus est Darij regis. Nimirum pauci dies ad tm opus, videlicet tm quartuor annū cōputant, & tam paucis diebus opus illud cōpletū fuisse scriptura Esdræ testatur. Cu em dixisset: Seniores autem Iudeorū aedificabat & prosperabant iuxta prophetam Aggœi prophetam, & Zachariæ filij Addo, ita fubiuixit: Et cōpleteuit domū dei istam vñq; ad diem tertium mensis Adar, q; est annus sextus Darij regis. Bene ergo cum dixisset: Et scieris quia dñs exercitu misit me ad vos, dignā statim rōnem cu acri interrogatio subiunxit, dicendo: Quis em despexit dies paruos? i, quis tantā velocitatē tanti operis nō accipiat pro testimonio sive experimēto, qd dñs miserit me ad vos? Ad quid autē illa diez paucitatem scire nobis valet, nisi ad illud qd supra puerile sensum est, & senes delectare debet, ga paruos dies, nec plures q; cōs creandi hominis natura postulabat, in formādo templo dominici corporis nō manufacto trāfisse manifestū ē Deniq; & illa dominus quatuor annū aedificata est & istud propriū dei templū nouē mēsis a cōceptuē decursus, nā cendo in hanc lucē eductū est. Nō tm huic cōtrariū est illud qd in Euangelio, Iudæi contra dñm dicāt, quadraginta & sex annū aedificatū est templū hoc, q; videlicet illi rancore ex inuidia saeuitēs, quia dixerat: soluite templū hoc, & ego in triduo excitabo illud, non solum tempus quo templū aedificatū est, sed impedimenta, q; & dilationis annos compūtaverūt, qbus opus, ne fieret ab editio Cyri regis, vñq; ad secundū Darij annū, impeditū & dilatū est. Et vt magis amplectamur qd dixit: Et scieris, quia dominus exercitū misit me ad vos; quis em despexit dies paruos? sciendo quia non plures q; totidē. i. nouē generationes transiit erant inter Zorobabel, cuius tempore prophetauit iste, & Ioseph virorum Mariæ. Zorobabel ipse genuit Abiud, Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor, Azor genuit Sadoch, Sadoch Achim, Achim Eliud, Eliud Eleazar, Eleazar Mathan, Mathan Iacob; & post huc illa nō manufacta domus dñi fundata est in utero, & ex utero virginis habētis, sed nō cognoscētis, vñq; Ioseph. Quis despexit aut despicerē debuit dies tā paruos, verbi gratia, vt diceret, in ipa lōga siet istud. Tunc vñq; qui fideles erunt, qui redēptionē Israēl expectabūt, scientes experimēto, qd dominus exercitū miserit me, & hæc reuera loquutus ficerit per me, letabuntur (ait) & videbūt lapidem stanneum, in manu Zorobabel. i. Christū natū de stirpe Zorobabel. Quare autē dixit lapidem stannēt, & nō potius aureū lapidē sive Chrysotil, aut vt supra iam dixit, candelabru auroreum. Ad hæc, hoc sciendū, quia gloria humanitatis Christi vñq; ad passionē mortis longiorē minor existit quam cōpet ex virtute resurrectionis. Erat quidē etiā ante passionem habitans in illo omnis plenitudo divinitatis manebat & requiecebat super eum spūs septiformis. Vnde & ita sup lapidē stanneum, septē oculos dñi, sicut sup cādēlabru aureū, septē lucernas se vidisse dixit, sed quāto p̄tiosus stano aux, quāto lapide stanneo cādela brū aureū, tanto gloriōsior est post resurrectionē q; fuit ante passionē humanitatis eiusdem me diatoris dei & hominum. Sequitur. Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ, iste ad dexteram candelabri, & sinistram eius? Et respondi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuæ, q; sunt iuxta duo rostra aurea, in qbus sunt sufficiencia ex auro? & ait ad me dicens: Nungq; nescitis, qd sunt hec? & dixi: Nō dñe mi, & dixi. Isti sunt duo filii olei, q; afflītū dūctori vniuersitatem terræ. Valde attenta & studiosa percunctatio vix breuem responsonem accepit, quæ & si prophetæ intelligibilis fuit, vt pote iā intelligentia donum habenti, nihilominus clausum illius temporis hominibus sensum continuit, q; si nihil responsum fuisse ei. Sed & hodieq; sensus eiusdem responsonis multis dubius & incertus est, ita ut alij duas oliuas Molen & Heliām significare velint, alij legem & evangeliū in dextera, lex in sinistra sit. Nos autem postremi qd dicemus si nec illud nec illud sufficiet. Nimirum qm in septē lucernis super candelabrum aureum significationis spūs sancti, quem

I. Eld. 6

Sensus mysticus, de Christi templo nō manufacto

Ichan. 2.

Nouē generationes inter Zorobabel, & Ioseph viri Mariæ.

Coloff. 2
Esa. 41

Duo oliue
duo data
spūs sancti.

IN ZACHAR. PROPHE. CAP. V. Fo. CCXII.

quem cu patre deo filius deus glorificatus, & propter passionem mortis gloria & honore coronatus dedit, & tantæ dignitatis duæ oliuæ sunt, vt stent iuxta duo rostra aurea cādēlabri, vñ ad dexterā & vñ ad candelabri sive lampadis, arbitramur nihil dignius, nihil in telligi posse conuenientius, q; duo data eiusdem spūs sancti. Bis nāc datus est spūs. Primo, in remissionem peccatorū per passionē dñi nostri Iesu Christi. Secundo in divisiones gratiæ per gloriam eiusdem Iesu Christi resurrectione & ascensione glorificati, & secundū ad exterrā maiestatis in excelsis. Vna oliua a sinistris, & vna a dextris candelabris, quia videlicet datū primū, quod est in remissionē peccatorū ab humilitate passionis, secundū qd est in divisiones gratiæ a gloria paterni confessus, credentibus in spūm prouenit. Hæc sunt duo rostra aurea videlicet adoranda, passionis humilitas & p̄dicanda exultationis gloria, iuxta quæ videnti stantes duæ oliuæ, quia videlicet vbi passus & mortuus est, ibi expectabūtis se remissionē peccatorū contulit defunctis & viuis, vnde & mox vbi post mortem in medio discipulorū suorū reditūus stetit, & dixit eis: Accipite spūm sanctū, quorū remise ritis p̄fā, remittuntur eis. Et exinde quinquagesimo die vbi sedet ad dexterā patris, inde divisiones gratiæ dedit Apo stolis, quas & significabāt dispertite linguae, q; apparuunt illis tanq; ignis. Iste sunt ergo (ingt) duo filii olei, i. duo data spūs sancti, sive duo effectus omnipotentis eius gratiæ, q; afflītū dominatori vniuersitatem terræ, q; semper promptū & paratū est vni deo patri & filio, & spiritui sancto, remissionē peccatorū, & insuper qualibet diuisiū gratiā dare, & prout vult distribuere. Et cōverfus sum, & leuavi oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans, & dixit: Quid tu vides? & dixit: Ecce ego video lumen volans. Longitudo eius viginti cubitorū, & latitudo eius decē cubitorū, & dixit ad me. Hæc est maledictio quæ egredit super faciem omniterræ, q; omnis fur sicut ibi scripsit, p̄tum est, iudicabitur & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educā illū dicit dñs ex ecclitiū, & venit ad domū furis, & ad domū iurantis in nomine meo mendaciter. Et cōmorabitur in medio domus eius, & consumet eum, & ligna eius & lapides eius. Hoc futurum erat vt post illa quæ haec tenus in hac visione significata sunt, s. post incarnationē, passionē, resurrectionē & ascensionē domini Iesu, dato spū, p̄dicantibus Apostolis Iudei non crederēt, imo & prædicatores euāgelij persequerent & occiderēt, atq; profinde venient super eos oēs maledictiones legis, quas Moses in Deuteronomio scriptit, quæ sunt hmoi: Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictus horrea tuū, maledictæ reliqua tū, maledictus fructus ventris tui, &c. Recite ergo & secundū regi gerēdarum ordinem. Postq; dixit dñs: ecce venio & habitabo in medio tui. Postq; ablati vestimentis sordidis Iesus iudicatus est mutatoris. Postq; candelabru aureū stetit cu septē lucernis, & duabus oliuæ sive oliuæ spicis, q; sunt duo filii olei, i. duo, de qbus iam dicitū, data benedictionis certi volumen volans, & hæc est maledictio ingt, & educam illud & veniet ad domū furis & ad domū iurantis in nomine meo mēdaciens. Dislexit em maledictionē & venierūt ei, & noluit benedictionē & elongabūt ab eo. Volatus voluminis cursum velociter aduenientis significat maledictionis, quia videlicet sicut Psalmista dixerat: In generatiōne vna deleatur nōmē eius, ita futurū erat & ita factū est, vt vltra quadraginta annos maledictio, i. vñdicta super populu Iudaicū nō differretur. Longitudo voluminis, i. maledictio, & latitudo voluminis est dānationis, & latitudo eius, temporalitas tribulationis. Nā & in p̄senti & futuro seculo damnati sunt increduli Iudei in vñdictā sanguinis dñi Iesu & prophetarū eius. Et latitudo quidē maledictionis decē cubitorū est, quia videlicet temporalis tribulatio, quæ cederet in ore gladij, & captivi ducti sunt in oēs gētes: decalogi, quod prævaricati sunt, iusta vñdicta est. Porro longitudo eiudē maledictionis viginti cubitorū, i. dupla est, quia nimirum æterna dānatione non solum corpus vt præsens tribulatio continget, sed & corpos & animam gehennali igne puniet. Hæc igitur est maledictio (ingt) quæ egredit super faciem omnis terræ, & profecto primū terræ Iudaicæ, ira em & indignatio, & tribulatio, & angustia in omnē animā hominis Iudaicæ primū & Græci. Et reuera prophetæ ps̄lentis Roma. 2
ordi postulat, faciē oīs terræ hic intelligi vniuersitatē terræ Iudaicæ quæ legē accepit, i. non solam ciuitatem Hierusalem, sed & omnes ciuitates Iudeæ, q; super oēm terrā illā maledictio adiulauit, & super omnem gētem illam effusa est. Vnde & adhuc subditur, Quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur, Ibidem, Lōgitudo & latitudo voluminis

n 2 cabitur,

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

Deuter. 28 dicabitur. Quomodo ibi scriptum est. Sin volumine maledictionis Præmisso, maledictus eris in ciuitate vsq; maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Quat̄, q̄ horribiles maledictionis sententiae, nominatum cursu cōtinuo proferantur, volenti legere vel numerare promptum est. Triginta nāq̄ eiusmodi sententiae & plerq; ex ipsis declamatione imprecatoria depromptae, quaq; prima extimittet dñs super te famem & elutē, trigesima, ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Nā verba siue sententias esse maledictionis ipse confirmat, ita cōcludens: & venient super te oēs maledictiones istæ, & persequentes apprehendet te donec interreas. Post hæc & alia similiter ad maledictionem pertinetia declamat, non tñ imprecatis modo, sed annuntiantis & loquentis more propheticæ. Hæc id circa dixerim: qua reuera nonnihil habet cōsideratione, & admiratione dignū, tot ēcitas fuisse sententiae maledictionis, quod argenteos daturi erant in pretiū sanguinis dñi. In Psalmo quoq; centesimoctauo, si diligenter computes, maledictiones totidem inuenies, quaq; prima constitue super eū peccatorē, ultima est: & induit sicut dioploide cōfusione sua. Nōne propter hæc magis delectatus animus, numen voluminis q; est in longitudine, & numen qui est in latitudine recte cōiungit & cōponit, vt sint triginta cubiti magnitudinis voluminis, sicut sunt triginta sententiae maledictionis, & triginta argētei fuerūt, q; in pretiū sanguinis dñi sur ille. i. coetus Iudeorū dedit. Deniq; sicut longitude & latitudo vna magnitudinē faciūt, ita & decē qui sunt latitudinis, & viginti cubiti longitudinis recte simul veniunt, & triginta sunt. Et quis nesciat, q; dubitet evenisse quod ait, q; omnis sur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & oīs iurans ex hoc similiter iudicabitis, educam illud & veniet ad domū furis & ad domū iurantis in nomine meo mēdacerit, & cōmoranbitur in medio domus eius, & consumet eum, & ligna eius & lapides eius. Quis nescit, q; non audit, q; sic omnino factū est? Venit enī volumen illud maledictionis ad domum furis, ad domū illā que cū debuisset esse domus orationis, facta est spelunca latronū, & dominus negotiorum, & ille qui hoc fecerat, & latrocinia sua in domo illa periuero cumulabat, imo & ipsum dici filū mēdacerit, & in dolo adiurauerat, proloquēt quodā: Adiuro te per deū vergę, vt dicas nobis, si tu es Chrys filius dei benedicti? Omnis eiusmodi sur, & eiusmodi iurans siue adiurans, id est, tam populus q; secerdos iudicatus est, sicut biseriū p̄tum est: omnino sicut scriptit Moles & consumpsit eum, & ligna eius & lapides eius, ita vt flamma concremarent ligna, & nō remaneret lapis super lapidē de omni domo illa, & non pertransiuit a populo illo volumen illud qd est maledictio, sed commorab̄t adhuc in medio eius. Sequitur. Et egredius est angeli q; loquebatur in me & dixit ad me: Leua, oculos tuos & vide, Quid est hoc quod egreditur? & dixi. Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hic est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est in pietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Et leuauit oculos meos, & vidi, & ecce duas mulieres egredientes, & spiritus in aliis earum & habebant alas quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & celum. Et dixi, ad angelum, q; loquebatur in me. Quo ista deferunt amphoram? Et dixit ad me, Vt adificet ei dominus in terra Sennaar, & stabilitur, & ponatur ibi super basem suam. I pars maxima, pars præcipua Iudaici sceleris, & pœnæ consequentis, miraculo mystico, mysterio mirabilis designatur litera præsentis capituli. Dixerat in præcedentibus furem, dixerat mendaciter iurantem, sed in his duobus dictis, nondum habes scelerum illorum mensuram siue plenitudinem, quam ipse dominus cognitam, imo præcognitam habens iam dedum & vos ait: complete mensuram patrum vestrorum. Mensura illa recte hic intelligitur premonstrata per amphoram. Nam leuat oculis suis ad videndum, & attentus facilius ab interrogante oculo, quid est hoc quod egreditur, & ipse interrogans qd nam esset, audiuit hæc est amphora egrediens, & hic est oculus eorum in vniuersa terra. Secundum ordinem hæc euus in præsenti visione obseruatum, recte, vt iam dictum est, illa intelligitur mensura patrum, qui prophetas occiderunt quam cum implevissent filii, occidendo ipsum prophetarum dominum, lapidando siue occidendo, flagellando in synagogis suis, & persequendo de ciuitate in ciuitatem, missos ad se prophetas euangelicos & sapientes, & scriptas, iustum fuit vt veniret super eos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā a sancta

IN ZACHAR. PROPHE. CAP. V. Fo. CCXIII.

guine Abel iusti, quemadmodū ipse dixit, & ita factum est. ¶ Et notandum quod amphoram etiam oculum nuncupavit: hic ē (inquit) oculus eorum in vniuersa terra. Cōstat enim, & in vniuersa terra notū est, quia non per ignorantiā, sed per inuidiā Christum occidendo, & A postolos eius persequendo, mensuram illam siue amphoram impleuerunt, & oīo scienter peccauerūt, & oculū in peccando apertum & videntem habuerunt. Nā si cæci essetis ait, non haberetis peccatum, & alibit. Nunc aut̄ & viderūt & oderūt, & me & patrem meū. Vere igitur hic est (ait) oculus eorum in vniuersa terra, q; videlicet peccatum eorum non effecit error siue ignorantia, sed oculus nequam, id est, inuidia, & hoc auditū est in vniuersa terra. ¶ Sed & illud notandum qd dicens: hæc est amphora addidit egrediens, quia profecto illa iniquitatis amphora diu versabatur intus, & in convuentulis & secretis consultationibus, qd Iesum in fermone caperent, qd illū dolo teneret & occideret, & quod taliter diu tractauerūt, tandem longo circuitu pertractū, egressum est in publicū. Hinc est illud Psalmistæ, quod tam de traditore q; de omni inimicō, cōetu, qui dixerūt, q; morietur & peribit nomen eius, recte intelligit, cor eius congregauit iniquitatē sibi, & grediebatur foras, & loquebat in idipsum, aduersum me susurrabant oēs inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi, verbū iniquum constituerūt aduersum me. Nimirū sic agendo amphora intus versabatur, tunc aut̄ egressa est, quād diffinito cōfilio, tanquam Johā, 18 ad latronē exierūt cū gladijs & sustibus & seditionis clamoribus, petierūt atq; effecerunt ut crucifigeretur. Et ecce ait, talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphora, & dixit: Hæc est impietas, Talentum plumbi pondus est iudicij siue damnationis, magnum vtq; & graue secundū magnitudinem & grauedinem irremissibilis delicti, i. cordis impenitentis. Nā huiusmodi delictū impietas est, cuius perseveratiā quām hodieq; videmus, sessio mulieris in medio amphora cōgrue significat. Sedēt nāq; nūc vsc patres impīi in cathedra pestilentiae blasphemantes, & filios suos Christū blasphemare docentes, atq; hoc modo in medio amphora siue mensurā impletā mulier sedet, dum eis etiam in ore gladij cadentibus, & vbiq; gentium in captiuitatem dispersis, impietas sua placet. Proinde qd sequit: Et proiecit eā in medio amphora, & misit massam plumbeam in os eius. Hoc post presentem vitā & sit & fiet. Iam factū est, qd supra signis fabricatur & dicebatur, vbi volumen volans propheta vidit, & hæc maledictio (inq; ange) & educam illud, dicit dominus exercitū, ad domū furis, & consumet eū, & ligna eius & lapides eius. Hoc (inquam) iam factū est, quia templū illud exterminatū, & quā erat ciuitas destructa est, sed magnitudo amphoræ & impietas, quā in medio sedet, exigit, vt hac vindicta simplici, iustitia dei non contenta sit. Ergo & proiecit eam in medio amphora, & misit massam plumbeam in os eius, statimq; & leuauit (ait) oculos meos & vidit, & ecce duas mulieres egredientes, & spūs in aliis earum, & leuauerūt amphoram inter terrā & celū, &c. Mirū qd & mulier q; est impietas, sedebat in medio amphora, & proiecit eā in medio amphora, vt litera sonat. ¶ Quid poterat proīci in medio amphora, q; sedebat in medio amphora? Sed pfecto amphora ista nō manufacta, q; est impleta peccati mēsura, aliter est, q; va vī p̄tō suo nemo tradit, nisi qui se tradidit vtrōne, iuxta illud. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, & q; nocet noceat adhuc, & qui in soribus est, fordescat Apoca. 22 Amos. 2

Qualis vel quāta quarto huic sceleri pœna debeat, significat id qd dictum est, & misit massam plumbam in os eius. Massa nāq; plumbam siue talētu plumbi, pōdus (vt iā dictū est) significat dñationis vel iudicij dei, qd videlicet impietas huius amphoræ, i. mēsura sepe dictæ irremissibilis sit, testante ipso domino, quia qui dixerit verbū contra spiritū sanctū, i. qui scienter de bono dixerit malum, vt tunc Iudei vel pharisæi, & post hæresarchæ fecerit, nō remittet ei in hoc seculo neq; in futuro. Quid tandem sunt duas mulieres, q; portando huic tanto ponderi addictæ, quēadmodū dicit: Et leuauerūt amphora inter terrā & celū? Duas ex scripturis prophetis mulieres notas habemus, & noīa eā, ait dñs Matth. 12 ad Ezeq.

COMMENT. RUPER. ABBA LIB. II.

Ezech. 23

ad Ezechielē, Oolla maior, & Ooliba soror eius minor. Item: Porro eaq̄ nomina Samaria Oolla, & Hierusalem Ooliba. Ac deinceps: Filii hominis nō iudicas Oollam & Oolibam, & annūtias eis scelerā eaq̄ q̄ adulterā sunt, & sanguis in manibus earum? Hæc & his familiā per similitudinē dicta sunt, quia videlicet sicut adultera dicitur & est mulier q̄ relictio viro suo alteri commiscetur viro, ita Oolla & Ooliba relictio deo patrum suorum coauerunt deos alienos. Et sanguis in manibus eaq̄, quia missos ad se prophetas occiderunt. Et Ooliba minor plus q̄ Oolla, id est, Hierusalē plus insāniuit q̄ Samaria. Quomodoq; q̄ proculdubio cū familiā fecerit Hierusalem, quæ & Samaria fecit, occidendo prophetas, & sectando idolatriā, addidit quod maius est, occidendo dominū, & eligendo Barrabā quod fuit implere (vt iam dictum est) mensuram patrū, quæ intelligitur per amphoram.

3. Reg. 18
Matt. 21. 4.

Pulchre ad hunc sensum accedit, quod & apud Oollam, i. Samaria mulier Iezabel priores prophetas interfecit, & apud Oolibam, i. Hierusalem mulier Herodias nouissimum prophetaz & plus q̄ prophetam Iohannem occidit. Igitur duæ mulieres, patres & filii sunt patres qui mensurā sanguinis fere dimidierunt, & filii qui mensuram impleuerunt, & ita vnam eandem amphoram sibi ad portandum, cum impietatis pondere communē fecerunt. ¶ Iste habebant alas quasi milii, i. superbiam quasi diaboli, quia videlicet sicut in Psalmo scriptum est: Tenuit eas superbia, opertæ sunt iniquitate & impietate sua, & prout quasi ex adipe iniquitas eoz, dū diceret anterior mulier, non est nobis pars in David, neq; haereditas in filio Isai. Posterior vero dicente Pilato: Regem vestrum crucifigamus, clamarunt dicens: Non habemus regē nisi Cæsarē. Itaq; & spūs (inquit) in aliis eaq; spūs vnguis blasphemie, vñus idemq; in superbia mulierū talium, vt illa sublamineret patrem & patris archam David, & ita filiū David. Hoc omnino reminisci iuvat, quotiescūq; mentire ille illius mentio fit, de qua hic agitur, propter amphoram eiusmodi, quia videlicet abnegatio David, & schisma quod fecerunt patres, scindendo se a domo David, vitulosq; colendo, quos Hieroboam fecit, initium fuit impietatis, quam impleuerunt filii negando Christum ante faciem Pilati. Nonne patres dicendo: Non est nobis pars in David, iam negotiores

Psal. 72.
3. Regu. 12
Iohā. 19.

extiterūt eius dē Christi quæ negaverūt filii. Promissio nāq; facta fuerat ipsi David, Christum de semine eius nasci, & idcirco sicut ad Samuel dixit: Non enim te abiecerunt sed me ne regnem super eos, ita de illis verissime dicas, quia non David, sed Christus nos gauerunt, ne regnaret super eos, præeligerat filio David Barraban, sicut illi patres eoz ipsi David prælegerūt Hieroboam. Et leuauerūt (ait) amphoram inter terram & cœlum.

6. Regu. 8.

¶ Quid sibi vult huiusmodi dictū, leuauerunt inter terram & cœlum. Scimus quidē q̄ id est portandum sive deferendum, deferēdo leuatur inter terram & cœlum. Sed qd sibi vult huiusmodi dictum nī, vt innuat tibi respicere rem cuius erat totum portētum? Quæ nā est illa res? Nīmīz ipsa sanguinis vindicta, cuius (vt supra dictū) signū erat amphora, & in amphora sedens impietas. Qualis enim est sanguinis sive iniquitatis illius vindicta? Ecce palam est, & videmus ludæos qui mensuram illam (vt saepe iam dictum est) impletarunt, leuatos inter terram & cœlum. Quomodoq; quia videlicet nec terra sua capite eos nec cœlum admittit eos. Nonne ducti in omnes gentes captiui, terra suā non contingūt? Multo magis cœlum contingere, id est, ad regnum cœloq; peruenire, cum sint increduli non possint. Huius rei non istud solum fuit portentum, quod leuauerunt amphoram inter terram & cœlum, verum etiam illud quod sceleris eorum signifer Iudas, perit inter terram & cœlum. Suspensus enim crepus mediis, & vt ait quidam, cœlo terræq; perosus, inter utrumq; perit, & diffusa sunt omnia viscera eius. Sic nāq; ille populus, cœlo ac terræ perosus, a terra Hierusalem abactus, & cœlesti Hierusalem indignitus, inter utrumq; perit, & sic reliquias dispersas sunt eiusdem populi, sicut pendentes inter terram & cœlum diffusa sunt iam dicti viscera proditoris. ¶ Quanto melius quanto pulchrius, atq; dulcius signū sive portentum, quod duo viri ex his qui explorauerant reprobationis terram reverentes, botrum cum palmite in veste portauerunt. Conseru duos illos viros duabus mulieribus istis, & vectionem illorum, istarum oneri, si tamen possint conferri, cū omnino contraria sint. Sicut em̄ istae mulieres duæ malos patres, & malos malorum patrum filios, qui impleuerunt mensuram eoz sive significauerunt, sicut econtra illi duo viri, bonos patres, quos optimi patriarchæ & prophetæ fuerunt & bonos bonorum patrum filios, quoq; Apo-

March. 27.
Acto. 16.

